BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
32 D
11

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

44-16, E. 15

# D. SEVERINI BOETHII VIRI ILLVSTRIS,

de conſolatione philoſophiæ libri quinque, luculentiſſimis Iohannis Murmellij (partim etiam Rodolphi Agricolæ) commentarijs illuſtrati.

*Recognouit omnia Iohannes Cæſarius.*



Coloniæ, ex officina Eucharij Ceruicorni, Anno uirginei partus M. D. XXXV.

12-32-D-11
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Iohannes Murmellius Ruræmundē-ſis Rodolpho Langio Monaſteriẽſis eccleſiæ canonico S. P. D.

*TAndem meas in Boethij Seuerini de Philoſophiæ conſolatione cum primis fructuoſum opus enarrationes, Rodolphe Langi, uir omnium (quos noui) humaniſsime, diſertiſsime, pientiſsime, ſtudioſorum uſui in lucem emitto, tuoq; clariſsimo nomini dico: nō quòd ei meis nugis aliquid ſplendoris accedere poſſe confidam, ſed ut autoritatis tuæ præſtantiſsimæ tutela quaſi Aiacis clypeo munitæ, ſub hominū uultus prodeant tutiores, nec uituperonum linguas cote liuoris (ut eleganter ait quidam) naturaliter acuminatas, & aſsiduum morſu nocentiores reformident. Dignus eſt profectò Boethius, ut ingenue uerū fatear, qui me longe meliorem aliquando cōmētatorem ſortiatur. Verum tantum abeſt, ut in hac commentariorum editione tanto ſcriptori ſatisfactum putem, ut uel hoc modò doctiores ad iuuanda ſtudioſorum ſtudia maximopere cupiam excitari. Porro de hactenus editis in eundē enarrationibus nihil attinet dicere: quæ ſi placerēt hominibus eruditis, ſane quàm libens (ut qui triuialibus olim quotidie prælectionibus, & ſcholæ moderandæ curis ſupra modum diſtringar) hoc lucubrandi la-*

*bore, & hominum iudicia ſubeundi periculo ſuperſe-diſſem. Cæterum candido lectori operam meam proba tum iri confido, nõ ob hoc ſolum, quòd obſcuris lucem intulerim, ueruметiam quia græcis, quæ deſiderabantur, loco ſuo repoſitis (quæ Iohãnes Cæſarius utriuſq; linguæ doctiſſimus, & philoſophiæ medicinæq; profeſſor egregius ex Italia, Iohãnes Aedicollius bonarum artium magiſter, dubium literatior an humanior, Dauentria ſuperiori ad me anno dederunt) mendas com pluſculas, tum è proſa oratione, tum è uerſibus ſuſtulerim. Qua quidem in re tua quondam non parum me iuuit induſtria, multijugaq; eruditio: ſup cuius am pliſſimis laudibus (id quod Saluſti⁹ de Carthagine ait) ſilere melius puto, q̃ parum dicere, quoniam alio properare tempus monet. Præmiſi autẽ quædam noſtris, quæ diligẽs lector haud quaquam aſpernabitur ſpero. Vale, meq; (ut facis) ama, Alcmariæ tertio nonas Aprilis, Anno à Chriſti ſaluatoris ortu. M. D. XIIII.*

## Iohannes Cæſarius Iuliacenſis in quadam ad Murmellium epiſtola:

*QVod ſcribis te commentaria parare in quinq; Boethij libros de conſolatione philoſophiæ, nihil ſane iucundius audire potui: quòd id certe diu iam optaueram, ut uidelicet ab aliquo docto homine & in bonis literis rite inſtituto (qualẽ te & iudico, & certo ſcio) talia ederentur commentaria, quæ digna eſſe poſſent tanto autore, ac tantæ etiam rei conuenire.*

## Nicolaus Creſcius Florentinus, monachus Ciſtercienſis, Antonio Lanfredino Florentino ciui illuſtri ſalutem.

*Multa quidem ſunt Antoni Lanfredine, & in philoſophia & in theologia, cum obſcure dicta, tum ad cognoſcendum difficilia. Illæ tamen in primis celebres de fato, de beata uita, de diuina prænotione, atq; prouidentia quæſtiones, ancipiti intellectu legentium pleroſque in deteriorem ſenſum tranſuerſos agunt. Quæ quanquam ſunt à nonnullis ita accuratè diſputata, atque copioſe illuſtrata, ut nullus uideatur relictus dubitandi locus, ijs tamen de rebus accuratius, grauius, lucidius nemo quàm Seuerinus Boethius diſſeruit, uir (me quidem iudice) omniũ ſuæ ætatis doctiſsimus. Qui cum in multiplici diſciplinarum genere non pauca ſcripſerit, uoluit etiã tum in hoc libro, quẽ de philoſophiæ conſolatione, tum in ijs quos de Trinitate & de duabus naturis Chriſti inſcripſit, bono periculo experiri quãtũ in ſacris literis profeciſſet. Sed erat hic liber adeo ſeculorũ incuria iam deprauatus, ut nullus ſui autoris nitor, nullusq; prope cult⁹ agnoſceretur. Qui cum ſuperioribus annis reſtitutionem ſui poſceret, multo pluribus uulneribus affectus eſt. Nanq; mutilus, inuerſus, & à ſe plurimũ mutatus prodijt ab impreſſoribus in manus hominũ, cum commentarijs qui falsò diuo Thomæ Aquinati aſſcribũtur. Rogatus itaq; ut hũc ipſum Boethij librum emendarem,*

ac priſtinæ integritati quoad poſſem reſtituerē, id eò libentius feci, quòd materia de qua agebatur, ea profecto eſt, quæ religioſum uirum maxime deceat. Vſus eſt aūt in hoc opere Boethius eo dicendi genere, quod non minus ornatum quàm graue & philoſophiæ maxime accommodatum uideatur. Et præterea uarium eoq; iucundum, quòd nunc ſoluta oratione grauiſsime diſputat, nūc metro elegātius ludit. Id igitur opus noſtra cura ac diligentia, qualecunq; eſt, emendatum, tibi Lanfredine uir ornatiſsime nuncupamus. nō ea ratione, ut exiſtimem eius lectionē poſſe multum tuæ eruditioni adijcere, ſed ut tuo patrocinio in enchiridij typum aſtrictum, honeſtius ac tutius in uulgus exiret: ut inde facile iudicari poßit, quantum inter priorem illum & hunc noſtrum librum interſit. Quod ſi tu probaueris, ſatis à me omnibus factū eſſe iudicabo. Vale.

## Iacobi Bononienſis prælectio in Boethium Seuerinum.

Conſtitueram uiri clariſsimi hoc anno præfatione abſtinere, ne ſemper in eodem ueſtigio hærerem. Aßiduitas enim, ut ait Cicero, faſtidium parit & ſatietatem. Verum ut conſilium mutarem, partim uos nimis officioſi & amantes noſtri perfeciſtis (me nanq; quotannis ueſtro ornatiſsimo conſpectu honeſtiſsimaq; præſentia condecoratis) partim illuſtris & magnifici ſenatus noſtratis magnificentia ac liberalitas, qui me proxime impenſiori ſalario cēſendum putauit, necnon

collegam uiro eruditiſsimo humaniſsimoq́; me adiungens, honeſtiori titulo exornauit. Tantorũ igitur meritorum memor (quoniam ingrato homine nihil peius terra creat, ut ait Menander) recordatus etiam Amyclas tacendo perijſſe, quodq́; nemo ſilens placuit, ut inquit Auſonius, cogor impellorq́; aliquid noui in præſentia uobis recitare, quod ipſa ſaltem uarietate aures ueſtras permulceat & oblectet. Quid frontem cõtraxiſtis? quòd me recitaturũ ſum pollicitus? Non meum eſt exemplũ, ſi recito. Sed hoc ueteres alioquin eruditiſsimi factitarunt. Nouũ autẽ id appello, quod ante me nullus ſic contexuit. Habebunt itaq; docti, quæ facile agnoſcant: indocti, quæ condiſcant & admirentur. Hodie igitur uerba ſum facturus de erroribus pene innumeris, quibus pleriq; omnes fallimur. nec ſolũ imperiti & profani, quod minus ægre ferẽdum eſſet. ſed (quod dolorem meum exhulcerat) eruditi, et ut ita dicam, muſarum ſacerdotes. Cæterum cum morbos et hulcera refricuero, medicinam auditor expecta. Fauete ergo omnes, & adeſte æquo animo. Nã, ut ait Hieronymus, beatus eſt qui loquitur in aures audientis. Omnis mortaliũ cura & intẽtio ad unum quietis ſtatum, diuerſo tamen calle nititur peruenire. Hic itaque ſe totum fortunæ committit, eã dicẽs res humanas pro arbitrio flectere & uerſare. Eandem obſeruat & ueneratur, tanquam numen ſalutare, maximum, omnipotensq́;. Illectusq́; primulum blanditijs & lenocinijs huius pellacis & uerſipellis deæ, cum tandem reſlantẽ

*uidet & aduerſam, queritur, ſuſpirat, gemitq́; lubricam, inconſtantem, cæcam & uagam appellans, nulliq́; conuicio parcens. Stultus inquam, ne dicam inſanus, qui uult ut nil intra ſit oleũ, nil extra in nuce duri. Quoniam enim mentis propoſito uitam & ſpem illi credere eſt auſus, quæ ab antiquis et ueteribus noſtris ob mobilitatem ſedere in pila fingebatur, & quam rotulæ inſiſtentem, quod loco ſtare nequiret, ſapienter dixit & lepide Auſonius. Fortunæ ergo ſi te regendum dediſti, dominæ moribus oportet obtẽperes. Alius cõgerendis opibus, cumulandisq́; diuitijs inhiat, totusq́; incubat, ratus per has ſolidam felicitatem, & omnia mortalibus commoda & compendia importari, iuxta illud:*

*Nam ſi aliquis caſus lecto te affixit, habes qui*
*Aßideat, fomenta paret, medicum roget ut te*
*Suſcitet, ac reddat natis charisq́; propinquis.*

*Frequenterq́; illud habet in ore,*

*Scilicet uxorem cum dote, fidemq́; & amicos,*
*Et genus & formam regina pecunia donat,*
*Ac bene nummatum decorat Suadela Venusq́;.*

*Hic etiam putat cælũ deosq́; auro uenales, motus hoc Tertulliani uerſiculo:*

*Non licet deos noſſe gratis.*

*hocq́; Petronij diſticho,*

*Magna loquor, quiduis nummis præſentibus opta,*
*Et ueniet, clauſum poßidet arca Iouem.*

*Sed contra reputando, nihil improbius, nihil pernici-*

*pſius,nihilq́; quod magis humanū genus uexet & inquietet,quàm opes & pecuniam inuenies.Verum hāc primum ſi ſtruere cupies,eripies habēti.Vnde improbas creſcere diuitias dixit Flaccus.Hieronymusq́;,diues,ait,aut iniquus,aut iniqui hæres.Noxia igitur eſt & inutilis pecunia,quādo inhoneſta: uetusq́; uerbū eſt, Male parta male dilabuntur. Pernicioſæ ſunt & opes,quarum opera homines euigorantur & emolleſcunt, morbi gliſcunt & ægritudines,pudor,leges,iura,turres,arces,propugnacula,& oppida munitiſſima expugnantur. Pecuniæ enim(ut ait Cicero)omnes uias norūt. Diogenes ille Cynicus uiam uirtutis adeo anguſtam,difficilem & arduam eſſe aiebat,ut eā uix nudi ſuperare poſſent ac tranſmittere,nedum pondere aliquo impediti & auro ſuffarcinati.Lucretius etiam ſcriptum reliquit,defunctos uita,nudos & inopes inferna ſubire. Ex quo Auſonius facete congreſſum Diogenis & Crœſi apud inferos hoc carmine luſit:*

*Effigiem rex Crœſe tuam ditiſſime regum,*
*Vidit apud manes Diogenes Cynicus.*
*Conſtitit,utq́; procul,ſolito maiore cachinno*
*Concuſſus,dixit:quid tibi diuitiæ*
*Nunc proſunt regum rex ò ditiſſime, cum ſis*
*Sicut ego,ſolus me quoq; pauperior?*
*Nam quæcunq; habui,mecum fero,cum nihil ipſe*
*Ex tantis tecum Crœſe feras opibus.*

*Alius per gradus magiſtratuum diſcurrere contendit.ſicq́; ad honores obrepit, ut poſtea faſcibus con-*

ſpicuus, illuſtris ac reuerēdus appareat. Habet enim (ut ait Cicero) iuſtam uenerationem quicquid excellit, & hunc biantem trigeminus plauſus tollit & inflat. ſicq; populari aura erectus, cælum ſe ſcalpere putat, quem gloria ſubſequitur dulcis magiſtratuum & laborum comes, alimentumq́; cuiuſq; animi generoſi. Trahimur enim omnes laudis ſtudio, & optimus quiſque maxime gloria ſaginatur. Pulchrū eſt digito monſtrari, & dicier hic eſt. Verum quoniam huiuſmodi dignitates ſitæ ſunt in arbitrio profanæ multitudinis, id circo minus exoptandæ uidētur. Vt enim præcipit Anneus Seneca,

Vitate quæcunq; uulgo placent.

Quàm uero improbum ſit, & præpoſterum populi examen & iudicium, ut alia prætermittamus, nonne unico Catonis & Vatinij exemplo licebit agnoſcere? Cato enim ille uiuax imago uirtutum, præturæ candidatus, repulſam paſſus eſt. Vatinius uero homo leuis & nequā illam eſt aſſecutus, ſtupēte eodem popello, q hoc fecerat, & admirāte. Hunc uero ſplendorem liuor plerunq; comitatur. Nam ut inquit Aemilius Probus, eſt hoc commune uitium in magnis liberiſq́; ciuitatibus, ut inuidia gloriæ ſit comes. & libēter his homines detrahant, quos uideant altius emergere. Gloria uero q̄ fallax, quàm turpis & inanis ſit, oſtendit Euripides in Andromache, in hanc ſententiam exclamans: O gloria gloria, nihil aliud es quàm auriū inflatio magna. Huius uero gloriæ & ſplendoris cupidi plerique cum

hoc in puluere uiriliter deſudaſſent, pro munere tandem exilium, carcerem, aut mortem ſubiere. Alius ſtẽmate & nobilitate gloriatur, tumeſcitq́; cum fumoſas maiorum ſuorum imagines in atrio conſpicatur, quarum ſimile nihil habet ipſe præter colorem, ut cũ Cicerone loquar. Has ergo frequenter ſuſpicit & admiratur, prætenditq́;, perinde ac proauorum tituli et elogia eum forte degenerem ſordidumq́; tegere poſſint & honeſtare. Cõtrà uero euenit, ut plerunq; per hæc monumenta hominis improbitas ac uilitas magis magiſq́; eluceſcat. Non poſſunt omnes eſſe patritij, ut inquit Cicero. Ille uero omni commendatione dignus eſt, qui ſua uirtute poſteris præluxit. Nam ſi nobilitas eſt quædam laus ueniens ex meritis parentum, me hercule aliena eſt. Miſerum uero eſt, ut ait ille, aliorum incumbere famæ. Vnde grauiter dixit Boethius:

Quid genus & proauos ſtrepitis?
Si primordia noſtra
Autoremq́; deum ſpectes,
Nullus degener extat,
Ni uitijs peiora fouens
Proprium deſerat ortum.

Alius in ſumma potentia ſummũ bonũ collocat. Hicq́; aut regnare cupit, aut regibus adhærere. regnum ex deo eſſe, hoc Homerico admonitus: Neq; tu Polide uelis contendere cum rege, cui ab ipſo Ioue, qualis nunquam alteri, collata eſt dignitas. Hic igitur ut excellat & imperet, nil intentatum, nilq́; inauſum linquens,

per ſas nefas ad uotum improbus properat, illud Euripidis uſurpans: Si uiolandum ius eſt, gratia imperij uiolandum. cæteris rebus pietatem colas. Reges enim proximi ſunt dijs immortalibus, ut ait Cæſar. Cicero quoq; regium nomen ſanctum appellat. At uos terreni homines, nõne conſideratis quibus præſidere uidemini? Num ſi inter mures uideretis aliquẽ ius ſibi ac poteſtatem uendicantem,

Spectatum admiſsi riſum teneatis amici?

Si uero corpus hominis pẽſitetur, quid eo imbecillius, quid fragilius, cum ſæpenumero & hora & momento temporis diſſoluatur & intereat? Quàm uero ſolicitus & miſerabilis ſit ſtatus tyrannorum & principum, rex ille patefecit, qui diadema priuſquam capiti ſuo apponeret, conſiderans, ait: O nobilẽ magis quàm felicem pannum, quem ſi quis introſpiciat, quàm multis periculis & miſerijs ſit refertus, ne humi quidem iacẽtem tollere uellet. Et Dionyſius ille Siciliæ tyrãnus, qui metus & pericula regum principumq́; expreſsit enſe illo leui filo ſuſpenſo, plurimorumq́; per ora uulgato. Scatet uero exemplis innumeris uetuſtas, plena eſt noſtri temporis ætas. qui reges & principes felicitatem calamitate mutauerint. Infeliciſsimũ aũt genus infortunij eſt fuiſſe felicẽ, ex quo dixit Horatius:

Fuge magna, licet ſub paupere tecto
Reges & regum uita præuertere amicos.

Quid de regum & principũ familiaribus loquar? Nõne Tiberius Seianum illi ſemper proximum & intimũ

*unco trahi & excarnificari imperauit? Nonne & Domitius Nero Senecam præceptorem ad mortem compulit? Papinianũ etiam diu inter aulicos potentem, Antonius militum gladijs obiecit? propter quod eleganter dixit idem Flaccus:*

*Dulcis inexpertis cultura potentis amici,*
*Expertus metuit.*

*Alius claritatẽ optimũ iudicãs, glorioſum nomen propagare feſtinat, in primisq; re militari clareſcere geſtit, Ciceronis memor ita ſcribentis: Militaris uirtus præſtat rebus omnibus. Hæc nomen populo Romano, hæc huic urbi æternam gloriã peperit. Hæc orbẽ terrarũ parere huic imperio coegit, oĩaq; urbana ſunt in præſidio & tutela bellicæ uirtutis. Hic ergo ingloriós & ſine nomine brutis annumerãdos putat, cũ præſertim uel pace uel bello clarum fieri liceat, ut ait ille. Sed complures etiã ſui temporis clariſsimi, ignotis tamen mortibus perierũt, nullos ſortiti rerũ ſuarũ ſcriptores. Quid quòd ſcripta & monumenta tempore tabeſcũt & intereunt? Vnde illud eſt:*

*Miremur periiſſe homines, monumenta fatiſcunt.*
*Mors etiam ſaxis nominibusq; uenit.*

*Huc adde, quòd ſi toti moriũtur homines, quod tamẽ à noſtris inſtitutis & legibus lõge abhorret, nulla eſt claritas & gloria, cũ is omnino non extet. Si uero bene mens ſibi cõſcia recti terreno carcere recluſa, cœlũ libera petit, nõne omne negocium terrenum ſpernet? & cœlo fruẽs, gaudebit ſeſe his exẽptã? Vnde illud eſt:*

Nec uixit male, qui moriens natusq; fefellit.
Et ille Vergilianus ait,
Pulcherrima primum.
Dij moresq; dabunt ueſtri.
Alius gaudio lætitiaq; bonum metitur. Hic feliciſsimũ putat uoluptate diffluere, ad quam nos propẽſos natura impellit, imò præcipites agit. Quod autem ſecundum naturã eſt, ut ait Ariſtoteles, id ſuaue contingit. ſequunturq; omnia animalia eam uoluptatem quæ ſecundum naturam eſt. Hic ergo aſſerit deos propterea eſſe ſempiternos, quòd ſecuri uoluptate iugiter & cõtinẽter pfruãtur. Libẽs ergo illud Perſianũ uſurpat:
Carpamus dulcia. noſtrum eſt
Quod uiuis. cinis & manes & fabula fies.
Cæterum ſi hoĩes uoluptates abeũtes conſiderarẽt, ſolãq; facti pœnitẽtiã ſupereſſe, eas magis declinarẽt atque effugarent, quàm nautæ blandas ſirenes & aſperas ſymplegades. Quis enim non libens ſpernat & abijciat uiliſsimæ fragiliſsimæq; rei corporis ſeruitium? Solitus erat dicere Antiſthenes Socraticus: Inſanirem potius, quàm oblectarer. Dicebat etiã Diogenes: Si nõ ebrij eſſetis, Socrati pareretis: & aut per omnes ætates cõtinẽtiæ ſtuderetis, aut ſuſpẽdio uitã finiretis. Cato quoq; ĩn oratione quadem ita homines à uoluptate deterret: Si qua per uoluptatem nequiter feceritis, uoluptas cito abibit, nequiter factũ illud apud uos ſemper manebit. Alius formã & dignitatẽ corporis præſtantiſsimum putans: Hæc, inquit, dos eſt quæ cõciliat

hominès,quæq; deos allicit & inuitat,imprudens atq; immemor,quid Hippolyto,quid Bellorophonti,qd Hyacintho,quid Hylæ & alijs id genus acciderit,quibus ſpecies diſpendioſa fuit & noxia?Huc adde quòd formæ nitor rapidus eſt & uelox,uernaliumq; florũ mutabilitate fugacior.Vnde Saluſtius formæ gloriã fluxam & fragilem dixit.& Calphurnius:

Donum forma breue eſt,nec ſe tibi cõmodat annis.

Quamobrem Spurina ille Hetruſcus non mediocrem laudem eſt apud poſteros aſſecutus, quòd cum ſpeciẽ ſua illuſtri complurium matronarum oculos ſolicitaret,faciem propriam multis inhoneſtis uulneribus ac fœdis cicatricibus deformauit,ut uerã animi pulchritudinem retineret.Vèrum ſi (ut inquit Ariſtoteles)lynceis oculis homines uterentur, ſic ut eorum uiſus obſtantia tranſmitteret,& penetraret,nonne introſpecti Alcibiadis corpus ſuperficie pulcherrimum,turpiſſimum uideretur?Pulchrũ enim aliquid uideri non ſua natura , ſed oculorum ſpectantium reddit infirmitas. Alius in uirtute ueram animi quietem , tranquillitatemq; mentis reponẽs grandi paſſu,omniq; impetu ad eam defertur,arbitratus ei omnia ineſſe,quę penes ſit uirtus,memor hui⁹ hymni:Virtus optima uenatio uitæ es mortalibus omnibus.Talẽ tu iacis in pectora nobilem fructum,perpetuo tempore qui manet. Auro tu melior.Nocturnis hic igitur chartis palleſcere cupit. Zenonis exemplo ſtimulatus,qui cum Apollinem conſuluiſſet,quo pacto optime uiuere poſſet, reſpõſum ac-

ſi mortuis colore concors eſſet, hoc eſt, ſi ad legendos antiquorum libros magno ſtudio ſeſe contuliſſet. Cæterum cum uariæ ſint artes & diſciplinæ, eſt q grãmaticam ſectetur. quæ cum in duas partes diuidatur, ut inquit Fabius, in bene loquendi ſcientiam & poetarũ enarrationes, poſthabitis his & omißis, quæ ad ſolidam frugem pertinent, leuia & ludicra moroſus & delicatus ſcire geſtit. exempli cauſa, Quoties an quotiens ſit dicendum, coniux an coniunx, & an amicei numero multitudinis per e & i ſit ſcribendũ, ut cenſebat Nigidius: & an ueis & omneis in plurali e aſſumant, ut aſſerit Terentianus aliaq; id genus, quæ in Plauto ſubtilis lector offendet. Quippe q̃ haud equidem in magno ponam diſcrimine, ut cum Liuio loquar. Alij enim ĩ literis et ſyllabis ſint occupati. tu ſententias quære, ut ait Hieronymus. Eſt qui dialecticam petat, ſophiſmata quædam et gryphos captionesq; labyrintho et meandro ſimiles tantum percurrens. ſemperq; in ueri et falſi quæſtiõe occupatus. quod dum facit, tanto fit à ueri cognitione remotior, quanto Simonides ille à dei ſcientia repellebatur. qui cum ab Hierone tyranno cogeretur rimari et quærere, qualis deus eſſet, primum diem, dehinc biduum, poſtea tempus duplicari poſtulabat. Quod cum tyrãnus miraretur, philoſophus illud reſpondit: Quanto enim diutius cõſidero, tanto res uidetur obſcurior. Eſt qui ad rhetoricam deflectat, eam reginam rerum omniũ appellans, quæ rupicos homines et agreſteis et diſpalãteis in unũ

congregauit,et ad ciuilis obſequij pellexit diſciplina, et quæ fora, gymnaſia,porticus,theatra,tam Athenis quàm Romæ pro arbitrio domuit flexitq́;. Hic tamen ſeipſo uſus peßimo (ut dicitur) præceptore, nulla obſeruãs rhetorices catholica ac præcepta,orator uult appellari. Cumq́; ante omnia apertis ac lucidis nominibus ſit utendũ, hic maiore in literis iactantia,et σοφιστεῖα, id eſt,elatione,quàm opera,uerbis iam pridẽ deſitis,obſoletis, et penitus reconditis abutitur,cacozelarius dici cupiens et antiquarius,oſtẽtator magis doctrinæ,quàm uerus poſſeſſor, in quem conuenit illa de oratore faceta definitio:Orator eſt uir malus dicendi imperitus. Orator enim perfectus adhuc deſideratur. Alius(ut ad mathemata,id eſt, ad altiores diſciplinas uela dirigam)ad aſtrologiam contendit,illum iudicãs ad unguem beatum,ſupraq́; uota felicem, qui aſtrorũ ſiderumq́;meatus,cœli itinera,occaſus et ortus ſignorum deliquia ſolis ac lunæ calleat. Hicq́; Hercule & Atlãte emeritis, iãq́; fatigatis, ſuppoſito uertice cœlũ fulcire cupit. Sic enim petitur cœlum, ut ait Ouidius, Anaxagoram forte demiratus,qui lapidẽ caſurũ è ſole prædixit. Verum quoniã innumeræ ſunt ſtellæ, quæ nondum in cognitionem mortalium deuenerunt,idcirco aſtrologus plerunq; fallitur,et ab arte deſeritur. Diogenes ob hoc cum quendam de ſolis natura ac poteſtate diſſerentem,et omnibus perſuadentem uidiſſet, quando, inquit, de cœlo deſcendiſti? Cæterum ſi reliquos humanæ uitæ errores in cæteris diſciplinis enar-

.. : uellem, tertius fortaſſe Cato, et octauus ſophos, nonusq; magiſter morum dicerer et ſubſannarer. mihiq; ſatietatem, uobis autem faſtidium ac nauſeã conflarem. Ex quo referam pedem, & ad medicinã (quã me daturum promiſi) paucis me conuertam. Ante oĩa eminentiſsimi auditores neceſſe eſt hoc prætẽdere, nihil apud deum fieri ſine ratione, ut ait Hieronymus. Deus autẽ qui ſumma ratio eſt, hoĩem hac fine plaſmauit, ut magiſtra ac duce ratione, uitam in terris ageret cæleſtem. Hanc uero ſi omitteret, in preceps collaberetur. unde ſapienter dixit Perſius:

Nil tibi conceßit ratio. digitum exere. peccas.

Diuus quoque Hieronymus dixit corporis noſtri ſenſus eſſe quaſi equos currentes ſine rectore, animam uero & rationem in aurigæ modum retinere frena currentiũ. Quiſquis igitur duce ratione ambulauerit, in primis fortunam (quæ apud prudentes nullum numen habet) calcabit, & fatũ ſubijciet pedibus, diuitias & opes aſpernabitur, contemnetq; tanquam intemperãtiæ & nequitiæ materiam, omniumq; ſcelerum ſeminarium. dolium ac perã Diogenis concupiſcet, ad naturã uiuẽs, quæ paucis & minimis contenta eſt. Idem ambitioſa nomina, & inutiles magiſtratus, tanquam blandos inſidiatores reformidabit, cõſciẽtia benefacti munitus: hiſq; bonis gaudẽs, quæ in ipſo ſunt, externa deſpiciens, et non aßis faciens, uirtute ſola cõtentus. Vt enim Horatius,

Virtus repulſæ neſcia ſordidæ,

Intaminatis fulget honoribus.
Nec ponit aut ſumit ſecures
Arbitrio popularis auræ.

Et Claudianus:

Ipſa quidem uirtus precium ſibi,ſolaq; late
Fortunæ ſecura nitet,nec faſcibus ullis
Exigitur,plauſuq; petit clareſcere uulgi,
Nil opus externæ cupiens,nil indiga laudis.

Gloriam rem inanem,et bullæ repente tumeſcenti cõparandam,necnon nobilitatem tanquam rem alienam ridebit. Genus ſuum cæleſte,necnon originem ſidereã hominis contemplatus,dicet illud Anaxagoræ: Illa patria mea eſt,cælũ intuens. Potentiam principumq; familiaritates refugiet,iuxta illud Lucani:

Exeat aula,
Qui uult eſſe pius. uirtus & ſumma poteſtas
Non coeunt.

A uoluptate deflectet,tanquã ab hoſte blando,quæ ſuauibus illecebris clanculum omnẽ ſuccum exorbet. Voluptas enim ueluti hirudo eſt, quæ non eſt miſſura cutem,niſi plena cruoris. Formam contemnet,quæ morbis et ætate defloreſcit,quæq; horæ momento intercidere poteſt et euaneſcere. Quoniamq; uera uirtus eſt uitium fugere,ob hoc idem grãmaticæ,dialecticæ,rhetoricæ, aſtrologiæ et alijs mathematicis hoc animo incũbet et inuigilabit,ut per hos leniores gradus ſit ad philoſophiam aditus,philoſophiam inquam omniũ uirtutum magiſtram. Quippe quæ hominẽ impellit et co-

timari ſecreta naturæ, eumq́; ad mores cæleſtes cō ponens et conformans, deum ex homine facit. Cumq́; philoſophia ſit quædam meditatio mortis, per hanc, inquit Diogenes, ſolū aīa à corpore diſparatur. Cū enim uidet, audit, olfacit, guſtat, adeſt corpus. Dicebat idē Diogenes: Cum mente nō meditamur, moleſtus uitæ finis eſt expectandus. anima nanq; delicijs amiſsis mœrore afficitur. Verum ubi optimam meditati erimus meditationem, et uita ſuauis eſt, et mors minime moleſta. Sed ut ſemel et opere aliquo req́; ipſa uerba ſanciamus (odi enim hominem ignaua opera, philoſophica ſentētia) conſtitui auditores clariſsimi diebus feſtis philoſophiam Boethij publice profiteri, ut aliquamdo opus penè diuinum & cæleſte relicto ſitu & ſqualore, nitidum & emaculatum prodeat in lucem, feſtis inquā diebus. Nam (ut ait Macrobius) ſi per ſacra ſolennia riuos deducere nulla religio prohibet, ſi ſalubri fluuio merſare oues fas & iura ſinunt, cur nō religionis honor putetur dicare ſacris diebus ſacrum ſtudium literarū? Hoc ergo Boethij opus quiſquis perlegerit, aut (quod melius eſt) audierit (plenius enim alit uiua uox, ut dicitur) iucūde & feliciter cū ratione docebitur uiuere, calcato expunctoq́; omni mentis affectu, mortiq́; præludens, eam poſtea uere uenientem non ſolum non formidabit, ſed lætus (uti Socrates) occurret, eamq́; corde intrepido & hilari fronte ſuſcipiet. Dixi.

In Boethij Seuerini de philoſophiæ

cõſolatione opus, Iohannis Murmel-
lij Ruræmundenſis prælibatio.

*ENarraturo mihi quinq; Boethij de philoſophiæ conſolatione libros, quædam prælibanda ſunt, q̃bus ſtudioſorũ animi ad ea quæ tractanda ſunt, non incongrue præparentur. Sunt autem hæc: Boethij uita, titulus operis, ſtyli qualitas, ſcribentis intentio, numerus librorum, quæ ſit operis utilitas, & ad quã id philoſophiæ partem referatur.*

## Seuerini Boethij uita.

*VIta Boethij hæc eſt: Seuerinus Boethius Romanus, ex nobiliſsima Torquatorum familia progenitus, generis claritudinem honeſtiſsimis à pueritia ſtudijs, uirtutumq; ac doctrinarum nobilitate ſuperauit. Cum enim nõ minus græce quàm latine ſciret, uniuerſamq; philoſophiam cum arte oratoria & poetica coniunxiſſet, ſe nõ ſibi ſoli, ſed humanæ ſocietati natum arbitratus, rei ciuilis adminiſtrationem ſuſcepit, perq; honores ampliſsimos conſul euaſit, iuſtitiæ rebus in omnibus cultor maxim⁹, aſſertorq; ſingularis. Vnde & proborũ beneuolẽtiam adeptus eſt, et improborum aduerſus ſe odia concitauit. Vxor ei fuit nobiliſsimi generis fœmina, inſignis tũ modeſtiæ tum pudicitiæ, Ruſticiana Symmachi ſenatoris & cõſularis uiri filia, ex qua liberos ſuſcepit. habuitq; duos filios paterni auitiq; ingenij ſpecimen præferẽtes. quos pater ipſe aliquando cõſulatu honoratos domo prouehi ſub fre-*

*..ntia patrum & plebis alacritate uidit. Conſtat autem certis autoribus, Boethium diui Benedicti amicũ fuiſſe, & in monte Caßino cum Tertullio Placidi monachi patre Romano ſenatore, illius menſæ accubuiſſe. Cum uero iam complures annos tum diuitijs tũ honoribus floruiſſet, & incredibilem uirtutum eius ſplẽdorem, improborum hominũ malitia ferre diutius nõ poſſet, iniquis peßimorum delatorum criminibus circumuentus, à Theodorico Gothorum rege, Ticinũ in exilium pulſus eſt, ubi ne inerti ocio mœrorisq; tædio cõtabeſceret, hoc diuinum philoſophicæ cõſolationis opus compoſuit, & ad poſtremum incrudeſcente tyranni uecordia, cum Symmacho ſocero ſuo interemptus eſt, anno ab ortu Chriſti quingẽteſimo uiceſimo quarto, uel ob ſuſpicionẽ affectatæ libertatis, uel quòd in Arrianos inuectus eſſet, quorum labe Theodoricus rex erat inquinatus. Qui in crudelitatis ſuæ ultionem apoplexi, uel (ut uult Agnellus) uentris profluuio interijt, nonageſimooctauo die poſtquam eius iuſſu Iohannes pontifex & Romani conſules ac ſenatores aliquot Rauennæ, famis cruciatu in carcere mortem obierant, atq; anno duodequadrageſimo, poſtquam Italiæ dominio potitus erat. Quanquã Procopius in belli Italici aduerſus Gothos principio refert, Theodorico poſt occiſos Boethium & Symmachum cœnanti, cũ eſſet caput piſcis oblatum, horrendã in illo uiſam Symmachi faciem, quæ labro inferiori mordicus apprehenſo, ſibi toruis oculis minaretur, eoq; cõſternatum*

*pauore regem, incidiſſe in ægritudinem in qua leuitatem ſuam confeſſus fuit, quòd ſcilicet pontificem ſanctum uirum & cum eo alios illuſtres romanos, & duo præſtantiſſimos uiros Symmachū ac Boethium ad perditorum hominum ſuggeſtionē occidit. & paulo poſt eam cōfeſſionē ilico expirauit. Simile certiusq; teſtimoniū ſubitæ mortis inflictæ regi Theodorico ad pœnam iniquitatis affert ſanctus eccleſiæ doctor Gregorius in dialogo, ubi ſcribit ſolitarium magnæ uirtutis uirum apud Liparem inſulam in eremo habitantē, qua die defunctus eſt Rauennæ Theodoricus, Gotho cuidā nobili tunc dixiſſe, uiſam à ſe Theodorici regis animā quæ ab Iohāne Romano pontifice & Symmacho, quos per id temporis occiderat, in ollam Vulcani mergēda portaretur. Eius autem filia fuit Amalaſiuntha, teſte Caſsiodoro grauiſsimo autore, inter primarias rariſſimasq; fœminas annumeranda, græcis & latinis literis egregie imbuta, multarū linguarum perita, quā ille dicit uidere uenerandum, audire loquentem, fuiſſe miraculum. Hæc Theodorico patre ſuo mortuo, Boethij & Symmachi filijs bona paterna in fiſcum delata reſtituit. Aliquot autē annis poſt cum Totilas Gothorum rex urbē Romā cepiſſet, accuſata fuit à Gothis Ruſticiana Boethij quondam uxor, quòd ſtatuas Theodorici regis confringi deleriq; curaſſet ob uindictā Boethij mariti ac Symmachi patris, quos Theodoric⁹ interfici fecerat. Quod obijciebatur mulieri de ſtatuis, uerum fuiſſe putabatur. ſed excuſabat eā iuſtus do*

lor, quod magnos illos uiros iniuſte necatos fuiſſe conſtabat. Qua ratione Totilas eam abſoluit, & ab impetu Gothorum tutam ſeruauit.

## Boethij opera quæ nunc extant, hæc ſunt.

IN Porphyrij iſagogen enarrationes duæ, prima et ſecunda.

In Ariſtotelis prædicamenta cōmentariorū libri duo.

In eiuſdem librum de interpretatione prima editio, & ſecunda in ſex libros diſtributa.

Liber de diuiſionibus.

Liber de diffinitionibus.

Introductio ad categoricos ſyllogiſmos.

In Ciceronis topica commentariorum libri ſex.

De differentijs topicis libri quatuor.

De ſyllogiſmo categorico libri duo.

De ſyllogiſmo hypothetico libri duo.

De trinitate libri duo.

De hebdomadibus liber unus.

De unitate & uno liber unus.

De duabus naturis & una perſona Chriſti liber unus.

De arithmetica libri duo.

De muſica libri quinq;.

De geometria libri duo ex Euclide tranſlati.

De conſolatione philoſophiæ hoc opus diuinum.

Scripſit & alia tum carmine, tum ſoluta oratiōe, quæ nunc deſiderantur. Porro liber ille, qui uulgo Boethij de diſciplina ſcholariū inſcribitur, non eſt eius, ſed bar

bari neſcio cuius, quod cum alia pleraq; coarguunt, tum ſtylus facile indicat, à Boethij tum eruditiõe tum elegantia ſane quàm alienus. Non ignoro tamẽ Pium Baptiſtam Bononienſem aliter ſentire, ſed eum facile aliâs refellemus. Tranſtulit itẽ Boethius noſter in latinã linguã cõplures Ariſtotelis libros, & nõnullos Platonis dialogos, pollicitus etiam utriuſq; horum philoſophorum concordiã ſe ſcripturum: quod an præſtiterit, compertum non habemus. At hac tempeſtate nulla Boethij interpretatio extat, ut bene teſtatur Leonardus Aretinus in quarto epiſtolarum libro, præter quam Porphyrij & prædicamentorũ, & περὶ ἑρμηνείας librorum. quos ſi accurate leges, uidebis ſummum illũ uirũ ſine ullis ineptijs libros illos tranſtuliſſe. Textus eſt nitidus & planus, & græco reſpondens. Ab eodem Leonardo in quinto epiſtolarum uolumine Boethius uir doctiſſimus merito dicitur, de cuius præſtantia & aliorum honorifica quædam teſtimonia his apponere libitum eſt.

## Baptiſta Mantuanus.

BAptiſta Mantuanus in apologetico Boethiũ appellat grauiſſimum ſanctiſſimumq; uirum & oĩum ſcientiarum peritiſſimum, ac præſtantiſſimum ueritatis inquiſitorem & inuentorem.

## Angelus Politianus.

ANgelus Politianus in miſcellaneis: Nam quis, inquit, Boethio uel in dialecticis acutior, uel ſub

tilio. in mathematicis,uel in philoſophia locupletior, uel in theologia ſublimior? Quem tāti iuniores etiam philoſophi,longe(arbitror)omnium perſpicaciſſimi fecerunt,ut Aquinatem Thomam diuum hominem,magnumq́; illum Thomæ præceptorē(deus bone quos uiros!)habere meruerit enarratores.& ab ipſius ſentētia ne ſit ulla quidem pene prouocatio.

## Platina.

PLatina in Hormiſdæ pontificis maximi uita,literarū monumentis hæc prodidit:Boethiū & Symmachū Theodoricus ob ſuſpicionem affectatæ libertatis exilio primò,mox carcere afficit.In hac calamitate conſtitutus Boethius, multa ſcripſit quæ adhuc leguntur.Tranſtulit & pleraq; ex Ariſtotele, eademq́; commentátus eſt. In mathematicis doctiſſimus eſt habitus,quod eius muſice & arithmetice oſtendunt.Poſtremo uero cum Symmacho ſenatore Theodorici iuſſu necatur. Sunt autem qui ſcribant Boethium tātam calamitatem ſubijſſe,quod in Arrianos inueheretur, ad quos Theodoricus declinauerat.Superior ſententia mhi uerior uidetur.

## Raphael Volaterranus in anthropologia.

BOethius,Zenone imperante,ob affectatæ libertatis ſuſpicionem à Theodorico rege exilio damnatur.deinde cuſtodiæ tradit^9,plura cōſcripſit.Tādem ſimul cum Symmacho ſenatore ſocero ſuo,alijsq́; præſtantibus uiris,interficitur. Eius deinde ſtatuas

*Amalaſiuntha reſtituit, & hæredibus patrimoniũ incolume reddidit. Vir omnium unus, qui & doctiſsimus, & ſine genio fuerit in ſcribendo.*

## Matthæus Palmerius Florentinus in chronicis.

B*Oethius ſenatorius uir ob ſuſpicionem affectatæ libertatis à Theodorico exilio damnatus, moxq́; in carcerem truſus, plura conſcribit.*

## Idem paulo poſt.

B*Oethius iam pridem exilio reuocatus, & prætorio præfectus, Theodorici iuſſu ſimul cum Symmacho ſenatore & cum alijs præſtãtibus uiris interficitur.*

## Marcus Antonius Sabellicus Enneadis octauæ libro ſecundo.

B*Oethij ſcripta longius durant, uarieq́; uerſatũ eſt illud ingenium per omnes philoſophiæ partes tam copioſe & eleganter, ut neſcias utrũ ultimus fuerit eorum, qui romane locuti ſunt, an prim⁹, qui inclinatam eloquentiam in integrum reſtituere ſit adortus. Scripſit in diuinis quædam, ſed in mathematicis multo plura. Extant in dialecticen commentarij, extat & carmen. Cæterum quum utrunq; ſit ab altero diuerſum, iure dubitari poßit, utrum fuerit illi natura magis proprium. In cũctis tam caſtus & elegãs, ut cum quolibet maiorum certet.*

*Apud Caßiodorum in libris uariarum rerum ali-*

*quot eruditæ, & cum primis, honorificæ Theodorici Gothórum regis ad Boethium epiſtolæ leguntur, quarum unam hoc potiſsimum loco aſſcribendam putaui.*

## Boethio uiro illuſtri patritio Theodoricus rex ſalutem.

*Spernenda nõ ſunt, quæ à uicinis regibus præſumptionis gratia poſtulantur, dum plerunq; res paruæ plus præualent præſtare, quàm magnæ poſſunt obtinere diuitiæ. Frequẽter enim quod arma explere nequeunt, oblectamẽta ſuauitatis imponũt. Sit ergo pro republica, & cum ludere uidemur. Nã ideo uoluptuoſa quærimus, ut per ipſa ſeria compleamus. Burgundionum itaq; dominus à nobis magnopere poſtulauit, ut horologium, quod aquis ſub modulo fluentibus temperatur, & quod ſolis immenſi comprehenſa illuminatione diſtinguitur, cum magiſtris rerum ei tranſmittere deberemus, quatenus impetratis delectationibus perfruendo, quod nobis quotidianũ, illis uideatur eſſe miraculum. Merito ſiquidem reſpicere cupiunt, quod legatorum ſuorũ relationibus obſtupeſcunt. Hoc te multa eruditione ſaginatum ita noſſe didicimus, ut artes quas exercent uulgariter neſcientes, in ipſo diſciplinarum fonte potaueris. Sic enim Athenienſium ſcholas longe poſitus introiſti, ſic palliatorum choris miſcuiſti togam, ut græcorum dogmata doctrinam feceriſſe Romanam. Didiciſti enim qua profunditate cũ ſuis partibus ſpeculatiua cogitetur, qua ratione acti-*

ua cũ ſua diuiſione diſcatur, deducẽs ad Romul…s ſe natores, quicquid Cecropidæ mundo fecerant ſingulare. Tranſlationibus enim tuis Pythagoras muſicus, Ptolemæus aſtronom⁹ leguntur Itali. Nicomachus arithmeticus, geometric⁹ Euclides audiũtur Auſonij. Plato theologus, Ariſtoteles logicus, quirinali uoce diſceptant. Mechanicũ etiã Archimedẽ latialẽ Siculis reddidiſti, & quaſcunq; uel diſciplinas uel artes fœcũda græcia ꝑ ſingulos uiros edidit, te uno autore, patrio ſermone Roma ſuſcepit. Quos tãta uerborũ luculẽtia reddidiſti claros, tanta linguæ proprietate cõſpicuos, ut potuiſſent & illi opus tuũ præferre, ſi utranq; plenius didiciſſent. Tu artẽ prædictã ex diſciplinis nobilibus natam per quadrifarias matheſis ianuas introiſti. Tu illã in naturæ penetralibus confidentẽ autorũ libris inuitantibus, cordis lumine cognouiſti. Cui ardua noſſe uſus, miracula monſtrare propoſitũ eſt. Molitur oſtẽdere, quod obſtupeſcãt hoĩes ſe inueniſſe, miroq; modo naturis cõuerſis facti detrahit fidẽ, cũ oſtẽtet & oculis uiſionẽ. Facit aquas ex imo ſurgẽtes præcipites cadere, ignẽ põderibus currere, organa extraneis uocibus inſonare, & peregrinis flatibus calamos cõplet, ut inanima poßint arte cãtare. Videmus per eã defenſiões iã nutantiũ ciuitatũ ſubito tali firmitate cõſurgere, ut machinamẽtorum auxilijs ſuperior reddatur, ꝙ deſperatus uiribus inuenitur. Madẽtes fabricæ in aqua marina ſiccantur. Dura cũ fuerint, ingenioſa diſpoſitione ſoluuntur. Metalla mugiunt. Diomedes in

*ære grauius buccinatur, æneus anguis inſibilat, aues ſimulatę fritinniũt, & quæ uocẽ propriam neſciũt habere, dulcedinẽ probantur emittere cantilenæ. Parua de illa referimus, cui cælũ imitari fas eſt. Hæc fecit ſecundum ſolẽ in Archimedis ſphæra decurrere. Hæc alterũ zodiacũ circulũ humano cõſilio fabricauit. Hæc lunã defectu ſuo reparabilẽ artis illuminatione monſtrauit, paruãq; machinã grauidã mundo, cælũ geſtabile, cõpendium rerũ, ſpeculũ naturæ ad ſpeciem ætheris indeprehẽſibili mobilitate uolutauit. Sic aſtra, quorũ licet curſum ſciamus, fallẽtibus tamẽ oculis prodire nõ cernimus. Stãs qdã in illis tranſitus eſt, & quæ uelociter currere uera rõne cognoſcis, ſe mouere nõ reſpicis. Quale ẽ hoc homini, etiã facere, quod uel intellexiſſe poteſt eſſe mirabile? Quare cũ uos ornet talium rerum prædicãda notitia, horologia nobis publicis expẽſis ſine ueſtro diſpẽdio deſtinate. Primum ſit, ubi ſtylus diei ĩdex per umbrã exiguã horas cõſueuit oſtẽdere, radius itaq; immobilis & paruus peragens, quod mirãda ſolis magnitudo diſcurrit, & fugã ſolis æquiparat, quod motũ ſemper ignorat. Inuiderẽt talibus ſi aſtra ſentirẽt, & meatũ ſuũ fortaſſe deflecterẽt, ne tali ludibrio ſubiacerẽt. Vbi eſt illud horarũ de lumine uenientiũ ſingulare miraculũ, ſi has & umbra demõſtrat? Vbi prædicabilis indefecta rotatio, ſi hæc & metalla peragunt, quæ ſitu perpetuo cõtinentur? O artis inæſtimabilis uirtus, quæ dum ſe dicit ludere, naturæ præualet ſecreta uulgare. Secundũ ſit, ubi præter*

ſolis radios hora dignoſcitur, noctes ī partes div[illegible]es. quod ut nihil deberet aſtris, rōnē cæli ad aquarū potꝰ flueta cōuertit: quorū motibꝰ oſtēdit, quod cælo uoluitur, & audaci præſūptiōe cōcepta ars clemētis cōfert, quod originis cōditio denegauit. Vniuerſa diſciplinæ, cūctus prudētiū labor, naturæ potentiā, ut tantū poſſint noſſe, perquirūt. Mechanema ſolum eſt, quod illa ex cōtrarijs appetit imitari, & (ſi fas eſt dicere) in quibuſdā etiā nititur uelle ſuperare. Hæc enim feciſſe dignoſcitur Dædalū uolare, hæc ferreū cupidinē in Dianæ tēplo ſine aliqua illigatione pēdere. Hæc hodie facit muta cātare, inſenſata uiuere, immobilia moueri. Mechanicus (ſi fas ē dicere) pene ſocius eſt naturæ, occulta reſerans, manifeſta cōuertens, miraculis ludens, ita pulchre ſimilans, ut quod cōpoſitū nō ambigitur, ueritas æſtimetur. Et quia te ſtudioſius legiſſe cognouimus, prædicta nobis horologia ocyus tranſmittere maturabis, ut te notū in illa mūdi parte facias, quo aliter peruenire nō poteras. Agnoſcāt per te exteræ gētes, tales nos habere nobiles, quales legūtur autores. Quoties nō ſunt credituri, quæ uiderint? Quoties hāc ueritatem luſoria ſomnia putabūt? Et quando fuerint ab ſtupore conuerſi, non audebunt ſe æquales nobis dicere, apud quos ſcient ſapientes talia cogitaſſe. Vale.

## Operis titulus.

Titulus operis hic in pleriſq; exemplaribus habetur: Anicij Manlij Seuerini Boethij uiri clariſſimi & illuſtris e cōſulum ordine de conſolatione phi-

cujo, hi libri quinq;. Anicius Manlius Torquatus & Seuerinus, nõia ſunt ex familia genereq; Boethij deſumpta. Quandoquidẽ Aniciorũ genus nobiliſſimũ fuiſſe Romæ, & diuus Hieronymus in epiſtola ad Demetriadẽ teſtificatur his uerbis: Scilicet nunc mihi Proborũ & Olibriorũ clara repetenda ſunt nõia, & illuſtris Anicij ſanguinis genus, in quo aut nullus aut rarus erit, q nõ meruerit cõſulatum. Et Prudẽtius poeta in libro aduerſus Symmachum ſecundo hunc in modum cecinit:

Fertur enim ante alios generoſus Anicius urbis
Illuſtraſſe caput: ſic ſe Roma inclyta iactat.

Videtur mihi hæc Aniciorũ familia ex Manlia gente duxiſſe originẽ, cuius autor fuit Mãlius Capitolinus. Torquati autẽ cognomen ex Titi Manlij uirtute acceſſit, qui Sulpitio dictatore tribunus militũ gallũ prouocatorẽ occidit, torquẽ ei detractũ ceruici ſuæ indidit. Ab eodẽ propagatũ eſt ĩ poſteros Seuerini cognomẽtũ. Fuit enim tam ſeuerus, ut bello latino conſul filium ſuũ quod contra patris imperiũ pugnaſſet, licet hoſtis uictorẽ, ſecuri percuſſerit. Vnde Vergilius:

Sæuumq; ſecuri
Aſpice Torquatum.

Porro peculiarẽ & prope genuinã huius gentis fuiſſe ſeueritatẽ, oſtẽdit Cicero in I. de finib' lib. Proinde ridiculũ eſt quod indocti aiũt Boethiũ eo dictũ Seuerinũ, quod Theodorico regi ſe oppoſuerit. Multo autẽ magis illud, quod Boethiũ tradunt à ueſcenda boũ carnẽ

*fuiſſe agnominatũ, cũ eruditiores à nõie priſci quondã philoſophi quod eſt Boethus, cenſeant Boethium fuiſſe appellatũ. Quod ſi ita eſt per th aſpiratum hoc nomẽ ſcribendũ eſt. Interpretatur aũt βοηθὸς fautor, adiutor, auxiliator. Cæterũ quod hoc opus de cõſolatione philoſophiæ inſcribitur, ſciendũ eſt formas ſæpe fingi ab illuſtribus autoribus, & perſonarum fieri deſcriptionẽ. quare græcis προσωπογραφία dicitur. Quemadmodũ Prodicus ſophiſta uirtutẽ ac uoluptatem apud Herculem inter ſe decertantes facit, ut autor eſt Xenophon. Et mortem ac uitam, teſte Fabio, contendẽtes in ſatyra tradit Ennius.*

## Styli qualitas.

*IAm ut ſtyli qualitas innoteſcat, Boethius in his libris, tũ uerſibus utitur, tum oratione ſoluta, ut iucũda uiciſsitudine lectoris tædiũ leuetur. Fecerũt hoc ante Boethiũ cum alij, tum præclare Petronius Arbiter, & Martianus Capella. Belle aũt prius utitur carmine q̃ proſa: quòd (autore Strabone) primũ ante oĩa apparatio ipſa poetica proceſsit in mediũ, & approbata cõplacuit. Deinde metrũ ſoluerunt Cadmus, Pherecydes, & Hecatæ'. Huc accedit, quod Boethius animo nimiũ perturbatus, elegis fortunæ mutationem deplorans, & animi ſui patefaciens ægritudinẽ, peropportunum philoſophiæ in ſoluta oratione ad cõſolationẽ inducendæ locum parat. Sciendum orationis duas eſſe ſpecies, metricã & ſolutã. Metrorum quidẽ uarijs generibus in hoc opere uſus eſt, quæ loco ſuo reddẽtur.*

*Soluta autem oratio proſa dicitur, quòd ſit recta, & nõ certo numero reflexa. Nã proſum ueteres rectũ dixerunt. Fabius: Facilius uerſus ediſcimus, quàm proſam orationem. Sunt qui proſam dictã uelint, eo quòd ſit profuſa, uel quòd ſpatioſius prodeat & excurrat, nullo ſibi termino præfinito. Stylus eſt mediocris, & philoſophicus magis q̃ oratorius, nõ fucatus quidem aut phaleratus, ſed qui ueritatis inquiſitori nequaquã improbetur.*

## Scribentis intentio.

*STylo huius operis indicato, nũc autoris intentionem (& ut græci dicunt) σκόπον uideamus. Quẽadmodum M. T. Cicero per bellicos tumultus à ſenatu forenſibusq́; negocijs ſemotus, totum ſe ad philoſophiæ ſtudia, librorumq́; (quibus iuuaret poſteros) ſcriptionem contulit: ita & Boethius exul ac in carcerem coniectus, cum bene conſulendo & agendo prodeſſe hoĩbus nequiret, ut & ipſe res aduerſas æquiori animo ferret, & detecta fortunæ inconſtantia, ſummoq́; bono patefacto poſteritati conſuleret, philoſophia conſolatrice aduocata, diuinum hoc opus in dialogi morem compoſuit.*

## Librorum numerus.

*EST autem id in quinq; uolumina ad Ciceronis, q libros quinq; de finibus bonorum & malorum, totidem tuſculanarum diſputationum, non admodum diſſimili argumento cõpoſuit, ni fallor, imitationẽ diſ-*

tributum. Quorũ primo Boethius philoſophiæ lam̃en tationis & ægritudinis ſuæ cauſas exponit. In ſecundo philoſophia Boethio leuiora quædam fomẽta prudenter applicat, eumq́; molliter cõſolatur, docens fortunæ bona non eſſe in bonis noſtris numeranda. Tertius liber acriora cõtinet remedia, falſæq́; felicitatis ſpecie reiecta, ueram beatitudinem oſtendit. Quarti diſputatio hæc eſt, omnes malos infelices & impotentes eſſe, bonos uero contra felices, uotorũq́; omnium ſuorum cõpotes. Quinto deniq́; diſſerit acutißime de caſu, liberoq́; hominis arbitrio ac prouidentia diuina.

## Quæ ſit operis utilitas.

PORRO quæ ſit horum uoluminum utilitas, ex his q̃ iam dicta ſunt, facile perſpici poſſe nemini dubiũ eſt, cum ea non poßint non eſſe longe utilißima, ex q̃bus diſcamus uera bona diſcernere à falſis, & contẽptis fallacißimæ fortunæ donis, ad ſolidã perpetuãq́; beatitudinem bene honeſteq́; uiuendo peruenire.

## Ad quam philoſophiæ partem hoc opus referatur.

RELIQUUM eſt, ut ad quam philoſophiæ partẽ hoc opus pertineat, dicamus. Philoſophia trifariã à pleriſq́; diuiditur, in moralem, naturalem, rationalem. Prima componit animum, ſecunda rerum naturã ſcrutatur, tertia proprietates uerborũ exigit & ſtructuram. Diducitur & philoſophia in cõtemplatiuam & actiuam, quarum hæc quidem in uirtutum actioni-

bus uerſatur,illa uero in contēplatione ueritatis.Hoc itaq; (ni fallor) opus potiſsimum ad actiuam moralēq; philoſophiam refertur. Nam in eo maxime uerſatur, ut animum hominis perturbationibus repurgatū,uirtutibusq; exultum ad ſummi boni contemplationem perducat.In poſtremo autem libro ſublimius exurgit diſputatio,& metaphyſicen theologiamq; quodammodo attingit.Sed hæc hactenus,nūc aſpirāte ſpirituſancto primi carminis enarrationem auſpicemur.

## Dictionum præcipuarum in his commentarijs uel expoſitarū uel allegatarum,index.

### A


| | |
|---|---|
| Academia | 14. |
| Academici | eodē. |
| Achelous | 358. |
| Achemenes | 364. |
| Achemenius | eodē. |
| Actor | 80. |
| Adytum | 110. |
| Aedes | 56. |
| Aeſtus | 40. |
| Aeſtuarium | eodē. |
| Aeſtas | ibidem. |
| Aes alienum | 55. |
| Aetna | 160. |
| Aeternitas | 397. |
| Aeternum | 398. |
| Aeuum | 40. |
| Affectus | 91. |
| Affinis | 72. |
| Agamemnon | 356. |
| Age | 149. |
| Agilis | 81. |
| Ago | 76. |
| Alcibiades | 245. |
| Alcman | 16. |
| Alcmanium carmen | eod. |
| Algeo | 80. |
| Ambio | 248. |
| Ambitio | 52. |
| Ambitus | eodē. |
| Ambigere | 101. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Amicitiæ tres ſpecies | 201. | Atrides | 356. |
| Amor triplex | 189. | Attineo | 62. |
| Anaxagoras | 54. | Auguſtum | 264. |
| Anaxarchus | 164. | Aulicus | 52. |
| Ancora | 136. | Aura | 179. |
| Animus cælũ pagrat | 305. | Auri inuentio | 160. |
| Antæus | 359. | Auſter | 131. |
| Antonius Caracalla | 225. | Autor | 51. |
| Aper erymantheus | 359. | Autoritas | 15.51. |
| Apex | 95. | Autumnus | 95. |
| Apoſiopeſis | 14. | BAcca | 211. |
| Apoſtema | 48. | Baccula | eodem. |
| Apto | 95. | Bacchus | 95. |
| Aquilo | 26.131. | Balneum | 40. |
| Arbiter | 101. | Barbarus | 51. |
| Arbitror | codẽ. | Beatus | 316. |
| Arctophylax | 334. | Beatitudo | 199. |
| Arcturus | 81.334. | Beatitas | 199. |
| Arctus | 26. | Bibliotheca | 49. |
| Arguo | 59. | Biblion | 49. |
| Argumentum | eodem. | Biblos | 53. |
| Ariſtoteles | 243. | Bonus | 316. |
| Ars magica | 72. | Bonorũ tria genera | 201. |
| Aſylum | 274. | Bootes | 334. |
| Aſperum | 49. | Boreas | 26.81. |
| Aſtrum | 50. | Braca | 63. |
| Ater | 71. | Bruma | 81. |
| Atqui | 23. | Brutus | 182. |

Buſiris 166.

C

CAcus 359.
Caliſthenes 32.
Caligo 10.
Caligula 63.
Calumnia 51.
Campania eodẽ.
Campanus eodem.
Caminus 40.
Cancer 94.
Cani 5.
Cãdere & compoſita 90.
Canius 35.
Caprea 247.
Cardo 142.
Carmen 320.
Caſus 363.
Cato 182.
Catullus 215.
Caucaſus 175.
Cauſæ quatuor 258.
Cauea 205.
Cælum 78.188.
Celſus 41.82.
Centauri 358.
Cenſura 56.
Cenſor eodem.
Cerberus 296.358.
Ceres 193.
Cæſar 62.
Ceſſo 60.
Ceſſator eodem.
Circe 320.
Circus 127.
Claßicum 159.
Cœtus 72.
Commiſtio 71.
Componere 39.
Cõis animi conceptio 271.
Concilium 102.
Conciliare eodem.
Condere 78.101.
Coniectores eodẽ.
Conſcius 51.
Conſcientia eodem.
Conſolor 209.
Conſul 52.
Conſularis eodem.
Conſules 163.
Conſulatus 60.
Contus 155.
Conuenire 72.
Copiæ cornu 121.
Corradiantia Platonica 382.

Corollarium 271.
Corus 26.
Corpus & corpor 384.
Credo 94.
Crœſus 118.
Cumulus 74.
Cura 17.
Curare 101.
Curules 127.
Curulis 215.

D

DAmnum 90.
Dapes 205.
Dare uerba 128.
Decoratus 216.
Decretum 61.
Decretum Socraticũ 63.
Deducere 31.
Deferre 55.
Deterior 66.
De cauſa uendendi uariæ philoſophorum ſentẽtiæ. 381.382.
Deus om̃ſpectator 397.
Dialogus 8.
Dictare 3.
Diducere 31.
Dignitas 215.
Diomedes 358.
Dionyſius tyranni 221.
Dogma 61.
Dolor 104.
Duplicia remedia 103.

E

EBur 89.
Echinus 248.
Ecce 3.
Efficio 66.
Elea 14.
Eleatica ſtudia eodem.
Elementa quatuor 188.
Elephas 241.
Emineo 48.
Epicyclus 20.
Epicurus 33.201.
Epicurei eodẽ.
Erymãtheus aper 352.
Error quorundã de Symmachi epiſtolis 135.
Error Ciceronis 175.
Erratum Perotti 335.
Eſca 205.
Eſſe 280.
Et 69.
Euander 359.
Euphrates. 365.

Euripus 113.
Excitra 344.
Exemplum 50.
Exemplar eodem.
Exhauſti 303.
Exitium 67.
Exors 101.
Expectare 48.
Expedio 60.
Extorris 88.
Exul eodem.
FAbricius 182.
Facies 40.
Facio 66.
Facinus 68.
Familia 66.
Familiaris eodem.
Fas 61.
Fatum 40.344.
Febris 246.
Febricula eodem.
Femorale 63.
Filix 193.
Flamma 76.
Flebilis 3.
Fluuij auriferi 211.
Felicitas 199.
Felicitas duplex 316.
Felix q̄ liberis caret 236.
Fomenta 149.
Fomes eodē.
Fore 50.
Forma fluxa 243.
Formidoloſus 176.
Fors 40.
Fortuna eodem.
Fortunæ ſimulacrũ 117.
Fraus 56
Frequens 89.
Frugi 102.
Frutices 193.
Fucus 110.
Fulmen 41.
Fumarium eodem.
Fumoſus 10.
Furiæ 296.
Furunculus 48.
Fuſcus 71.

G

GAudium 104.
Geometræ 271.
Germanicus 63.
Gigantes 290.
Guberno 82.
Gulonum uoluptas 235.

H

*HAbena* 81.204.
*Habitus* 49.
*Hauſter* 131.
*Hebe* 10.66.
*Hercules & eius labores* 259.
*Hermus* 274.
*Heſperus* 21.80.189.
*Heſperia* 21.
*Heu* 5.
*Hiccine* 49.
*Hydra* 344.
*Hiſco* 126.
*Hora* 81.
*Horreo* 95.
*Homines dicuntur cõuerti in bruta* 315.
*Hulcus* 48.

I

*IActare* 67.
*Ianitor* 296.
*Iapyx* 26.
*Ideæ* 258.
*Id ætatis* 136.
*Imbecllis* 51.
*Imperioſus* 15.
*Impedio* 60.
*mpotens* 41.
*In auaros* 122.
*Inceſſo* 110.
*Indecor* 218.
*Indecoris* eodem.
*Indus* 274.
*Inextricabilis* 290.
*Initium* 67.
*Inquam* 65.
*Inquit* eodem.
*Inſcitia* 142.
*Inſons* 75.
*Inſtituo* 75.
*Inſtitutus* eodem.
*Intellectionum tria genera* 385.
*Ita* 66.
*Iter* 96.
*Iphigenia* 356.
*Iucunditas* 272.
*Iugulo* 68.
*Iugulus* eodem.
*Iupiter* 19.
*Iuſtus* 82.
*Ius* 61.82.
*Ixion* 296.

L

*LAbyrinthus* 290.
*Lacuna* 235.

Lar 49.
Laus philoſophiæ 31.
Lego 95.
Leges annales 127.
Leo Nemæus 358.
Lethargus 23.
Lex 76.
Libido 226.
Libraria 53.
Licere 62.
Licet 227.
Lympho 36.
Lymphaticus 37.
Lynceus 243.
Litera literæ 62.
Lubricum 82.
Lucanus 346.
Lucifer 80.
Lumina 12.
Luna 18.19.76.

M

Magiſtratus 51.
Magiſteriũ eod.
Maieſtatis reus 60.
Mala heſperidum 358.
Manus philoſophiæ 10.
Mars 19.
Medius locus 127.
Medium optimum 144.
Melicraton 158.
Mercurius 19.
Metus 104.
Mila 68.
Miles 61.
Miniſterium 55.
Minimum 175.
Minime eodem.
Miſereſco 330.
Molior 66.
Monſtrum 66.
Morbus 102.
Mortuis oculi olim claudebantur 76.
Motus orbiũ cæleſtiũ 20.
Mulcedo 192.
Mulier 8.
Mulſum 158.
Mundus 188.

N

Natura 204.
Natura paucis cõtenta 150.
Neceßitatis duo genera 398.
Nefas 61.
Nego 94.

*Nemus* 95.
*Nequam* 102.
*Neritus* 319.
*Neronis facinora* 168. 218.
*Nex* 68.
*Niger* 71.
*Nihil ab omni parte beatum* 138.
*Nil* 83.
*Nixus* 78.
*Nobilitatis tria genera* 231.
*Nonius Struma* 215.

O

*Officina* 136. 256.
*Officina* 75.
*Officium* 96.
*Opera* 48.
*Opus* eodem.
*Orbis* 20.
*Ordo* 60.
*Orphe⁹ et eius fabula* 293.
*Ortus & occaſus aſtrorũ uarius* 80.
*Oſtentum* 66.
*Oſtrum* 218.

P

*Palmites* 95.
*Papæ* 101.
*Papinianus* 225.
*Paranomaſia* 176.
*Parmenides* 290.
*Parthi* 364.
*Paruum* 90.
*Pati* 101.
*Patres* 67.
*Patria* 88.
*Paucum* 90.
*Pauliſper* 12.
*Paulus Aemilius* 119.
*Pax* 91.
*Penetral* 72.
*Peragere reum* 31.
*Perditi* 75.
*Perpetuus* 398.
*Perſes* 119.
*Perſi* 119.
*Perſpicax* 9.
*Perſpicuum* 254.
*Peto* 67.
*Phalereus* 32.
*Philoſophia* 27.
*Philoſophiæ laus* 31.
*Phœbus* 27.
*Phœbe* eodem.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Phrenitis | 23. | Prodo | 88. |
| Piare | 356. | Profero | 67. |
| Pythagoras | 72. | Pronus | 389. |
| Placidus | 88. | Propenſius | 68. |
| Planetæ | 18. | Proſcriptio | eodem. |
| Plato | 31. | Proſperum | 49. |
| Platonis ſententia & epi- | | Prouincia | 51. |
| ſtola | 53. | Ptolemæus | 174. |
| Poetarũ genera duo | 15. | Publicus | 50. |
| Polyphemus | 357. | Pudor | 25. |
| Polluo | 72. | Pulchritudo | 201. |
| Polus | 26. | Punctum | 174. |
| Pontus | 40. | Puto | 216. |
| Poriſma | 271. | Q. Vantus | 121. |
| Portentum | 66. | Quatuor anni par- | |
| Præceps | 17.96. | tes | 21. |
| Præfectus prætorij | 52. | Quatuor animi perturba- | |
| Præfectus annonæ | 217. | tiones | 104. |
| Præfectus urbis | 217. | Quercus | 95. |
| Præfectura | 217. | Quæſtus | 88. |
| Præſens | 67. | Quidenim | 241. |
| Præſcire | 397. | Quiſquis | 39. |
| Prætor | 60. | Quo | 271 |
| Prætorium | 51. | R | |
| Prætura | 60. | R. Adius | 50. |
| Priuatus | 128. | Reconcilior | 102. |
| Prodigium | 66. | Reduces | 265. |
| Prodigus | 122. | Regere ſeipſum | |

Regulus 166.
Rerū pub. tres ſtatus 89.
Reſes 204.
Reus 60.
Reus maieſtatis eodem.
Reum agere 31.
Reum peragere eodem.
Rhipſaſpis 41.
Rigo 1.
Robur 95.
Rubrum mare 211.
Rumor 75.
Rumuſculus 179.

S

Sacrilegium 71.
Salum 36.83.
Sanctus 82.
Sarcina 153.
Saturnus 19.303.
Scena 12.
Scire noſtrū reminiſci eſt 376.
Scopus 282.
Securus 37.67.
Sedes 49
Seges 81.
Sella 49.
Semen 81.
Senator 51.
Senatus 60.
Seneca 36.225.
Sententia 90.
Sentio 47.
Septentrio 169.
Sequeſter 202.
Sequeſtro eodem.
Serenus 39.41.
Seres 158.
Ser eodem.
Series 61.
Sermunculus 179.
Seruitium 55.
Seuerus 56.
Sæuio 49.
Sidus 50.
Symmachus 135.
Siquidem 66.68.
Sirenes 14.
Sirius 81.
Socer 72.
Socrates & eius diſputatio 32.33.
Sol 18.19.
Solium 78.
Sons 75.
Sonticus eodem.

Soranus 36.
Spes 104.
Specimen 136.
Spero 62.
Stadium 315.
Statio 81.
Status 101.
Stellæ 18.
Stylus 61.
Stilla 72.
Stillicidium eodem.
Stymphalides 358.
Stoa 34.
Stoici 33.
Strictim 90.
Struma 216.
Strumoſus eodem.
Studeo 50.
Studia hominum multiplicia 197.
Stufa 40.
Stupor 23.
Subligar 65.
Sufficientia 202.
Sulcus 94.
Summa 59.

T

Tagus 274.
Tantalus 297.
Tantiſper 12.
Taurus 241.
Tempus 95. 257.
Tænarus 295.
Tergeminus eodẽ.
Ternarius omnium rerũ menſura 351.
Terra firmamenti punctũ 175.
Thracius 24.
Thraicius eodem.
Threicius eodem.
Thule 227.
Tigris 241. 320. 364.
Timæus 254.
Tyrannus 41.
Tireſias 375.
Tyrrheni 247.
Tyrius 159.
Tityus 297.
Tmeſis 40.
Tragœdia 119.
Triones 169.
Trochus 76.
Tum 175.
Turbo 76.

Turris 41.

V

Valentia 8.
Vectigal 51.
Vectigalis eodē.
Venenum 159.
Ventilare 284.
Ventus 20.
Ventoſus 185.
Venus 19.
Verona 67.
Ver 95.
Veſeuus. 41.43.
Veſulus 41.
Veſuuius 43.
Veſuuinus eodem.
Via 96.
Vibratus 27.
Vigor 24.26.28.
Vilis 83.
Vir 354.
Virtus 354.
Vis 48.
Vnitas 280.
Voluptatem ſequitur pœnitentia 238.
Votum 91.
Vſquequaq; 209.
Vtor 62.
Vulgus 90.
Vulnus 48.
Vultus 40.

Z

Zeno 54.164.
Zephyrus 81.

## Adagiorum in ijs commentarijs poſitorum index.

Ancora domus 136.
Aſinus ad lyram 52.
Cælum digito attingere 139.
Cognoſce teipſum 154.
Cumulus bonorum 75.
Cumulus meritorum eod.
Cumulus malorum eodē.
Deum ſequere 73.
Echino aſperior 248.
Extremam manum imponere 173.
Fortuna Euripus 115.
Herculei labores 358.
Homo bulla 129.
Homo fictilis 165.
In cælo eſſe 159.

In mare ma ædificas 146.
Lætale mulſum 14.
Mala ſenium accelerant 4.
Melle litus gladius 14.
Mellitum uenenum eodē.
Momētum inter ſolium et aliena genua. 78.
Mos ſiue lex & regio 175.
Proximum cælo eſſe 139.
Quæuis terra patria eſt 93.
Simia ſimia eſt, etiamſi aurea geſtet inſignia 216.
Timidæ diuitiæ 156.
Tireſia cæcior 373.
Veſtitus uirum reddit 151.
Vnus dominus ſit, unus rex 92.
Voluptati ſoror eſt triſtities 258.

# ANICII MANLII TORQVATI SEVERINI BOE *thij, exconſulis, patritij, ordinarij, ui ri illuſtris, de conſolatione phi loſophiæ Liber .I.*

## Metrum primum libri .I.

CArmina qui quondam ſtudio
florente peregi,
Flebilis heu mœſtos cogor
inire modos.
Ecce mihi laceræ dictant ſcribēda camœnæ,
Et ueris elegi fletibus ora rigant.
Has ſaltem nullus potuit peruincere terror,
Ne noſtrum comites proſequerētur iter.
Gloria felicis olim uiridiſq; iuuentæ
Solantur mœſti nunc mea fata ſenis.
Venit em̄ properata malis inopina ſenectus,
Et dolor ætatem iuſſit ineſſe ſuam.
Intempeſtiui funduntur uertice cani,
Et tremit effœto corpore laxa cutis.
Mors hoīm felix, quæ ſe nec dulcibus annis
Inſerit, & mœſtis ſæpe uocata uenit.
Heu heu q̄ ſurda miſeros auertitur aure,
Et flentes oculos claudere ſæua negat.
Dum leuib⁹ malefida bonis fortuna faueret,

vide poſſit ne Solatur apti⁹ legi, tametſi vulgo Solātur legatur.

Pene caput triſtis merſerat hora meum.
Nunc quia fallacem mutauit nubila uultum,
Protrahit ingratas impia uita moras.
Quid me felicem toties iactaſtis amici?
Qui cecidit, ſtabili non erat ille gradu.

## IOHANNIS MVRMELLII *Ruræmundenſis, in Boethium commentarius.*

EXpoſiturus hoc primo volumine Boethius lamentabiliter egritudinis ſue cauſas, opportune in elegiacos verſus erũpit, q̃bus flet⁹ potiſſimũ luctusq; exprimitur. vnde ⁊ nomen eis inditum. ἔλεγος nanq; luctus interpretatur. Unde mos inoleuit, vt epitaphia et nenię fere id genus verſibus componantur. Uetuſtiſſimi ſane nihil aliud niſi lamentationes ſuas elegis effuderunt. Procedente dein tempore, verſu eo res alię quoq; ſcribi cœptę ſunt. Unde Horatius:

Verſibus impariter iunctis querimonia primum,
Poſt etiam incluſa eſt voti ſententia compos.

Et Terentianus:

Hos elegos dixere, ſolet q clauſula talis
Triſtibus (vt tradunt) aptior eſſe modis.

De eorum autem inuentione Horatius hec ait:

Quis tamen exiguos elegos emiſerit autor,
Grammatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt.

Terentianus quoq;

Pentametrum dubitant, quis primus finxerit autor:
Quidam non dubitant dicere Callinoum.

Pentameter hexametro ita adnectitur, vt vix ſeparatũ inuenias. Apud vnum equidem (quod meminerim) Martianum Capellam libro nono carmen ex meris pentametris legi. Boethius autem noſter in huius operis tertio pentametrum ſenario iambico ſubiecit. Hęc de carminis genere: iam quid eo ſibi velit narrem⁹. Deiectus ex am

pliſſima opum dignitatūq; conditione Boethius, animo
nimium perturbato fortunę mutationē lamētabundus,
et grauiſſimum inde conceptum dolorem exponit, ęgre
ferens vitam rebus proſpere ſuccedentibus pene amiſ-
ſam: nunc aduerſis, cum mors prȩoptetur, in miſeriarū
dolorumq; incrementa prolōgari. Carmina] lyricas
odas, ⁊ lętitię verſus. Non em̄ ſimpliciter ꝑ qbuſlibet
accipiēda ſed pro lyricis hilariq; aio cōpoſitis, queād-
modū Horatius quatuor libros carminū ſcripſit. Flo
rente] vigēte per fortunatū ocium, ⁊ mentis tranquil-
litatem. Peregi] cōpoſui, perfeci. Flebilis] dolēs, Flebilis.
luctuoſus. Ouidius in quinto Triſtium:

Flebilis vt noſter ſtatus eſt, ita flebile carmen,
Materiæ ſcripto conueniente ſuæ,
Integer & lætus læta & iuuenilia luſi:
Illa tamen nunc me compoſuiſſe piget.

Eſt et Flebilis, dignus qui fleatur. Horatius in odis:

Multis ille bonis flebilis occidit,
Nulli flebilior quàm tibi Vergili.

Mœſtos modos] triſtes ⁊ elegiacos verſus. Inire]
inchoare. Ecce] Ubicunq; ponitur ecce, neceſſario ſe Ecce.
quitur aliquid quod vel metum afferat, vel admiratio-
nem. Propriumq; Ciceronis hoc eſt in rebus improui-
ſis, quod accurate Uergilius ⁊ legit ⁊ tranſtulit. Au-
tor Aſconius. Bene igitur ⁊ nunc eo aduerbio vtitur
Boethius, repentinam mirabilemq; tum fortunę, tum
ſtudiorum mutationem ſignificans. Lacerę] pertur-
batę, luctuoſę, ⁊ quaſi ob animi dolorem laceratis veſti
bus. Nam poetę muſas tanquam fœminas ſibi aſſiſten
tes inducunt. Dictant] ſuggerunt, ⁊ vt excipiam ſcri- Dictare.
bamq; dicunt. Ouidiana Sappho:

At mihi Pegaſides blandiſſima carmina dictant.

Dictare eſt id dicere, quod alius excipiēs notet. Hiero.
Non enim eodem lepore dictamus, quo ſcribimus. ſigni
ficat ⁊ ſuggerere. Fabius: Nobis autem ⁊ tutiſſimum
eſt autores plures ſequi, ⁊ ita videt̄ ratio dictare. Ca-
mœnę] muſę. Ueris] nō ſimulatis, ſed ex animi dolore
prouenietib᷑. Rigāt] madefaciūt. Seneca in Octauia:

Rigat & mœſtis fletibus ora. Uergilius in ſexto:

Sic memorans, largo fletu ſimul ora rigabat. Idem in 9.
Et vultum lachrymis atq; ora rigabat.

Meas] camœnas. Saltem] quaſi dicat, Tametſi cęte-ra me deſeruerint, muſę tamen nullo terrore a me abſtra hi potuerunt. Sic Ouidius in .4. Triſtium:

Me quoq; muſa leuat Ponti loca iuſſa petentem,
Sola comes noſtræ perſtitit illa fugæ,
Sola nec inſidias inter, nec militis enſem,
Nec mare, nec ventos, barbariamq; timet.

Subditq; non multo poſt,

Iure deas igitur veneror mala noſtra leuantes,
Solicitas comites ex Helicone fugæ,
Et partim pelago, partim veſtigia terræ,
Vel rate dignatas, vel pede noſtra ſequi.

Gloria] repetat nominatiuus pluralis camœnę. vt ſit appoſitio, Camœnę gloria felicis & viridis iuuētę olim. Solantur nūc mea fata mœſti ſenis] hoc eſt, muſę quę mihi olim non mediocri & ornamento & decori fuerunt, pariter tum iuuenta, tum lętis fortunę ſucceſſibus florenti, nunc rebus aduerſis perturbato, afflicto, & ante legitimum tempus dolore conſeneſcenti, conſolationem afferunt. M. Tulius in oratione pro Archia: Nam cęterę, inquit, res neq; tēporũ ſunt, neq; ętatũ omniũ, neq; locorum. Hęc ſtudia adoleſcentiam agunt ſenectutem oblectant, ſecundas res ornāt, aduerſis ꝑfugium ac ſolatiũ prębent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctāt nobiſcũ, peregrinant, ruſticāt. Mea fata mœſti ſenis] Laurentio Vallenſi, qui vnus omnium de latina lingua multo meritus eſt optime, hęc Boethij locutio vix tolerabilis videt, eo qđ participiũ deſit: quod tamen meo iudicio haud difficulter ſubaudit, puta facti, vt ſit ſenſus, Muſę ſolant nunc mea fata, qui ob fortunę iniquitatem factus ſum mœſtus ſenex. Et hoc eſt quod ſubijcit, Inopina] id eſt, inopinata ſenectus, & quę clanculum mihi opinione citius obrepſit. Venit properata] hoc eſt, propere & feſtinanter inducta. Malis] hoc eſt ob mala & fortunę aduerſitates. Eſt enim ſeptimi caſus. Apud Eraſmum ſingulare noſtri ſeculi decus, prouerbiũ eſt, Prouerbiũ. Mala ſenium accelerant, deſumptum ex illo Homerico:

Quippe repente homines curiſq; maliſq; ſeneſcunt.

Ouidius in primo de Ponto:

Me quoq; debilitat ſeries immenſa laborum,
Ante meum tempus cogor & eſſe ſenex.

Aetatem ſuam] ſenectutem. Ut enim iuuẽta letitie, ſic doloris etas eſt ſenectus. Intempeſtiui] ante iuſtum tempus nati. Uertice] per verticem, in capite. Cani] capilli cani. Ualerius Maxi lib. 2. Pubertas canis ſuum honorem reddebat. Effœto] viribus exhauſto, et ob animi dolorem debilitato. Mors hominũ felix] Ut animi perturbati homo, totus ex fortuna pẽdet, citra cui⁹ ſucceſſum mortẽ magis q̃ vitã optat. Mors hominum felix] ſubaudi eſt. Felices, inquit, ſunt homines, quibus cum fortuna permanet & vita, illaq; recedente pariter finitur. Antiſthenes ille Cynicus rogat⁹, quidnam apud homines eſſet beatius: Felicem, inquit, mori. Dulcibus] fortunatis. Inſerit] immittit, ingerit. Mœſtis] ab hominibus mœſtis, id eſt, triſtib⁹. Maximinianus non omnino contemnendus poeta:

O quàm dura premit miſeros conditio vitæ,
Nec mors humano ſubiacet imperio.
Dulce mori miſeris, at mors optata recedit,
At cum triſtis erit, præcipitata venit.

Obiter his in verſibus notanda ſecunda dictionis conditio, ſyllaba, que licenter producta eſt. Miror autem ſciolos quoſdam Gallo poete Uergilij amico elegias, que Maximiniani ſunt, ob leuiculam ſuſpicionem tribuere. Uerum de hoc alias latius. Heu heu q̃ ſurda] Heu
Heu dolẽtis eſt interiectio, ſicut probatiſſimi grammatici docent. Eheu latina dictio non eſt: quod ſola partium orationis interiectio nunquam componit, ſed geminatione facta dicendũ, heu heu. Tibullus:

Heu heu, diuitibus video gaudere puellas. Idem,
Ferreus eſt, heu heu, quiſquis in vrbe manet.

Inuenitur & heheu, teſte Perotto. Poteſt & verſus ſic recte legi: Heu q̃ ſurda. Seruius in ſecundo eneidos commentario: Heu modo eſt vna ſyllaba, ſed interdum propter metrum due fiunt, vt eſt.

Heü quàm pingui macer eſt mihi taurus in aruo.

Auertitur] ſpernit, auerſatur mors a miſeris inuocata. Et flētes ocul.] Ordina ſic. Et ſęua mors negat. hoc eſt. non pmittit, miſeros ſubaudi, claudere flentes oculos. Aut hunc in modum, Sęua mors negat flentes. hoc eſt, homines ob huius vitę calamitatem lachrymātes, claudere oculos, id eſt, mori. Alludit autem ad veterum morem, quo propinquiores mortuorum oculos claudere ſolebant. In libro Thobię capite vltimo hęc ſcripta ſunt: Poſt obitum matris ſuę Thobias abceſſit ex Niniue cum vxore ſua, ⁊ filijs, ⁊ filiorum filijs, ⁊ reuerſus eſt ad ſoceros ſuos, inuenitq; eos incolumes in ſenectute bona, ⁊ curā eorum geſſit, ⁊ ipſe clauſit oculos eorum, ⁊ omnem hereditatē domus Raguelis ipſe percepit. Ualerius Maximus de muliere Aſiana: Filiarum manus ad ſupremum opprimendorum oculorum officiū aduocauit. Silius Italicus in nono:

Mortuis olim oculi claudebāt.

At q; in fine laborum
Hac condas oculos dextra precor.

Ouidius in tertio de Triſtibus:

Nec mandata dabo, nec cum clamore ſupremo
Labentes oculos condet amica manus.

Leuibus] mutabilibus, fluxis, caducis. Maleſida] infida, inconſtans. Faueret] deeſt mihi. Nam leuibus bonis] ſeptimus caſus eſt. Pene caput triſtis] id eſt. pene mortuus eram. Nubila] obſcura ⁊ aduerſa. Sic Ouidius:

Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.

Ingratas] iniucundas: ſubaudiendum mihi. Impia vita] crudelis in me miſerum mori cupientem. Publius Mimographus:

O vita miſero longa, felicibus breuis.

Seneca in Hercule Oetheo:

Par ille ſuperis, cui pariter dies
Et fortuna fuit, mortis habet vices,
Lente cum trahitur vita gementibus.

Idem in eodem:

Felices ſequeris mors, miſeros fugis.

Quid me felicem] His verſibus oſtendit non eſſe felicem appellandum eum, cuius conditionem fortuna mu-

tare poteſt. Uera nanq; felicitas finem non habet. Quid] ꝓpter quid, ad quid, cur. Conuertit aũt cum quadã animi indignatione ſermonẽ ad amicos. Jactaſtis] inſolenter ⁊ cũ quadã ſupba oſtẽtatione ꝑdicaſtis. Qui cecidit] Uerissima hec eſt ſentẽtia. ⁊ ex eo quod cõtrarium eſt, facile ſic oſtenditur: Qui ſtabili gradu eſt, is cadere non poteſt.

## ¶ Proſa prima.

HAec dum mecum tacitus ipſe reputarem, querimoniamq; lachrymabilem ſtyli officio deſignarem, aſtitiſſe mihi ſupra uerticem uiſa eſt mulier reuerendi admodum uultus, oculis ardentibus, & ultra communem hominum ualẽtiam perſpicacibus, colore uiuido, atq; inexhauſti uigoris, quãuis ita æui plena foret, ut nullo modo noſtræ crederetur ætatis, ſtatura diſcretionis ambiguæ. Nam nunc quidem ad communem ſeſe hominum menſuram cohibebat, nunc uero pulſare cælum ſummi uerticis cacumine uidebatur. Quæ cum caput altius extuliſſet, ipſum etiam cælum penetrabat, reſpicientiumq; ſeſe hominũ fruſtrabatur intuitus. Veſtes erant tenuiſſimis filis, ſubtili artificio, indiſſolubiliq; materia perfectæ, quas (uti poſt eadem prodente cognoui) ſuis manibus ipſa texuerat. Quarum ſpeciem, ueluti fumoſas imagines ſolet, caligo quædam neglectæ uetuſtatis obduxerat. Harum in extremo mar-

gine π,in ſupremo uero θ legebatur intextũ.
Atq; inter utraſq; literas,in ſcalarum modũ,
gradus quidam inſigniti uidebantur: quibus
ab inferiore ad ſuperius elementũ eſſet aſcen-
ſus. Eandem tamen ueſtem uiolentorum
quorundam ſciderant manus, & particulas
quas quiſq; potuit, abſtulerãt. Et dextra gdẽ
eius libellos, ſceptrum uero ſiniſtra gerebat.

Hac proſa tãquam procemio totius operis argumẽ
tum aperit, ſane q̃ pulchra deſcriptione philoſophiam
inducẽs ſibi apparuiſſe, tãetſi ob animi pturbationes mi
nus notam, eiectisq; leuioribus muſis, egrum eius ani-
mum ſuis grauioribusq; curandum ac ſanãdum ſuſce-
piſſe. Sciendum autem eſt, hoc opus dialogo compoſitũ
inter philoſophiam. per quam recta ratio accipitur, et
Dialogus. Boethium hominem fortunę aduerſitatibus afflictum,
variisq; perturbationibus obnoxiũ. Dialogus eſt (vt
Laertio placet) ex interrogatione & reſponſione com-
poſitus de ea re, quę vel philoſophiã, vel reipublicę par
tes attingat, cum decenti & congrua expreſſione perſo-
narum quę aſſumuntur, accurataq; compoſitione verbo
rum. Hęc] elegis iam deſcripta. Tacitus] tacens.
Reputarem] meditarer. Lachrymabilem] ad lachry
mandum aptam. Officio ſtyli] ſcriptione, literarum
exaratione. Deſignarem] deſcriberẽ. Supra ver-
Mulier. ticem] ſupra caput. Mulier] apte philoſophia mulier
inducitur, quum ſit generis fœminini, & formę nomen:
quemadmodum virtus & voluptas a Prodico ſophiſta
mulieres finguntur, non viri. Mulier tam virgo q̃ nupta
dicitur, autore Seruio in. 9. ęneidos commentario, cuius
hęc ſunt verba: Uſus obtinuit, vt innuptas, virgines:
nuptas, mulieres vocemus. Nam apud maiores indiſ-
crete virgo dicebatur & mulier. Utrunq; enim ſexum tã-
tum ſignificabat. Reuerendi] venerabilis. Quicquid
enim ſapientia prędituum eſt, in primis eſt reuerentia &
honore dignum. Ardentibus] ignea vi prędîtis, & pe-
Valentia. netrabilibus. Ualentiam] facultatem. Ualentia eſt

poteſtas, robur, vires. Titinnius: Sapiĕtia gubernator nauem torquet, non valentia. Perſpicacibus] acutię. Perſpicax Perſpicax, qui viſus acumine res perſpicere, perfecteqꝫ inſpicere poteſt. Philoſophię ignei ſunt oculi, ⁊ ſupra communem mortalium valentiam perſpicaces: quia ſapientię ſtudium intellectus oculis intima queqꝫ penetrat, ⁊ res vulgo prorſus ignotas latentium cauſarum inueſtigatione perſcrutatur. Colore viuido] naturali, ⁊ ſanitatem roburqꝫ preferĕti. Philoſophia enim cū ſit optime conſtituta, viuidiſſimi colōris eſſe dicitur, ⁊ egregię pulchritudinis. Inexhauſti] infiniti, nūqꝫ deficiĕtis. Aeui] ętatiſ. Plena] abūdās. Noſtrę ętatis] ſeculi noſtri: Quis (inqt) philoſophia ita eſſet annoſa, vt multo ante noſtram ętatem floruiſſe crederetur, erat tamen vigoris inexhauſti, minimeqꝫ cōſumpti. Sapientia enim nunquam ſeneſcit, nunquam vim ſuam amittit. Et quo plura eius ſtudio conſequutus fueris, eo plura ſupereſſe cognoſcenda deprehendes. Priſcis profecto ſeculis apud Hebręos, Aegyptios, Gręcos, Latinos, aliasqꝫ gentes philoſophi extiterunt. aliiſqꝫ ſucceſſerunt alii, neque vim philoſophię potuerunt vnquam exhaurire, nec ad finem diſcendi puenire. Hieronymus ad Nepotianum: Amplexetur me modo ſapientia ⁊ Abiſag noſtra, quę nunquā ſeneſcit, in meo requieſcat ſinu. Impolluta eſt, virginitatiſqꝫ ppetuę, ⁊ quę in ſimilitudinē Marię cum quotidie generet, ſemperqꝫ parturiat, incorrupta eſt. Statura diſcretionis am]. Mulier (inquit) quę mihi apparuit, erat ſtatura diſcretionis ambiguę, hoc eſt, eam ſtaturam preferebat, quam nemo facile certa diſcretione cognoſceret. Cuius rei hanc ſubiicit cauſam: Nam nunc quidem ad communem ſeſe hominum menſuram cohibebat, id eſt, aliquando non excedebat communē hominum ſtaturam. Hoc autem dicitur ob eas philoſophię partes, in quibus de iis rebus agitur, quarum capax eſt humanum ingenium, et quas intellectus hominum certis rationibus aſſequi poteſt. Cuiuſmodi ſunt tres philoſophię rationalis partes, grammatica, dialectica, rhetorica, ⁊ mathematicę diſciplinę pręter aſtronomiam, item phyſica maiori ex parte, ⁊ tota moralis philoſophia. Nunc vero pulſare cęlum. ſ. v.c.v.] hoc dictū videtur ob aſtronomiam, ⁊ eam phyſices partem, in qua de cęlo ⁊ mundo agitur. Quę cum

caput a.ext.] His verbis ſignificat primã philoſophiã, cuius ſpeculatio verſatur circa res diuinas ꝛ cauſas altiſſimas, quarum non facile capax eſt mortalium intellectus, dicente philoſopho: Nam vt veſpertilionum oculi ſeſe habẽt ad lucẽ diei, ſic ꝛ noſtrę animę mẽs ad ea ſeſe habet, quę manifeſtiſſima omnium ſunt natura. Reſpicientium] viſum retrorſum flectentium. Veſtes erant t.f.] Per veſtes accipe diuinarum humanarũꝙ rerum tractatus, diſputationesꝙ ac pręcepta philoſophorũ. Per tenuiſſima fila, voces ſimplices ꝛ argumentationũ elementa. Per ſubtile artificium, ſolertem diſſerendi artem, quę dialectice nuncupatur. Per indiſſolubilem materiam, intellige verarum propoſitionum, aſſumptionum, concluſionũꝙ congruitatem, quibus philoſophicę diſputationes cohęrent. Hęc enim materia indiſſolubilis eſt. Nam ſi diſſolueris, ꝛ diſputationis in vtranque partem factę particulam arripueris, falſum fortaſſe pro vero credideris affirmaueriſꝙ. Quod cum alijs permultis accidit, tum in primis Ariſtippo: qui quum audiuiſſet Socratis ſuper corporis voluptate diſputationẽ, relictis veris, apprehendit falſa: hoc eſt, ea argumenta, quę voluptatem corporis eſſe ſummum bonum oſtendere videbantur. Vti poſt e. p. c.] Parentheſis eſt. Vti.] quemadmodũ. Poſt] poſtea. Eadẽ] philoſophia. Prodente] indicãte. Hoc videbitur in huius libri proſa tertia. Suis manibus] cogitationibus ꝛ elocutionibus philoſophicis. Manus philoſophię ſunt rerũ diuinarũ ꝛ humanarũ meditatiões, ac elocutiões, qb⁹ philoſophię veſtis contexit, hoc eſt, diſputatio, falſa reprobãs, ꝛ approbans vera, cõponitur. Quarum] veſtium Speciẽ] formam. Veluti f.t.f.] parentheſis eſt. Fumoſas] fumo obductas. Seneca: Non facit nobilem, atrium plenum fumoſis imaginibus. Solet] ſubaudi caligo neglectę vetuſtatis obducere. Caligo] obſcuritas. Obduxerat] obtexerat. His verbis ſignificat philoſophię ſtudiũ diu neglectum iacuiſſe in tenebris. Harum] veſtium. In extremo margine] in ima extremitate. π] p hoc accipit πρακτικὴ, id eſt actiua philoſophia. In ſupremo] ſubaudi margine. θ] per hoc ſignificat θεωρητικὴ. id eſt, cõtẽplatiua. Sunt enim duę philoſophię partes, contemplatiua ꝛ actiua: quod homo ad duas potiſſimum res natus eſt, puta ad agendum ꝛ contemplãdum. Ariſtoteles

Manus philoſophiæ.

Fumoſus.

ſecundo libro prime philoſophie: Nam finis quidem cõtemplatiue veritas eſt, actiue aũt opus. Inter vtraſq; literas] π & θ. Inſigniti] notati. Quibus] gradibus. Ab inferiore] elemẽto π. Ad ſuperius elementũ] θ. Ex Platonica diſciplina hoc ſumptum eſt. vt centũ alia Boethij. Platonici enim docent tribus gradibus animũ hominis peruenire ad diuinum intellectum, virtutibus primo ciuilibus, ſecundo purgatorijs, tertio animi iam purgati. Eandem tamen veſtem] diſputationem philoſophicam integra veritate cohærentem. Violentorum quorundam] Epicureorum & Stoicorum, qui (vt in tertia huius libri proſa dicetur) poſt Socratis mortem philoſophie vim intulerunt, & cum totam comprehẽdere nõ potuiſſent, dilacerata eius veſte, particulas quas quiſq; potuit, abſtulerunt. Lactãtius in libro de diuino premio, ca. vij. docet, quare philoſophi nequiuerint comprehendere veritatẽ integre, quam tamen particulatim comprehẽderunt. Libellos] per hos contemplationem ſignificat, quos recte in dextra collocat, quod philoſophia cõtemplatiua longe preſtantior eſt actiua, vt docet Ariſtoteles in ſecundo libro prime philoſophie. Sceptrum] per hoc accipe reipublice adminiſtrationem, & politicã gubernationem.

Quæ ubi poeticas muſas uidit, noſtro aſſiſtẽtes toro, fletibusq; meis uerba dictantes, commota pauliſper, ac toruis inflãmmata luminibus: Quis, inquit, has ſcenicas meretriculas ad hunc ægrum permiſit accedere, quæ dolores eius non modo nullis fouerent remedijs, uerum dulcibus inſuper alerent uenenis? Hæ ſunt enim, quæ infructuoſis affectuum ſpinis, uberem fructibus rationis ſegetem necant, hominũq; mentes aſſuefaciunt morbo, non liberant. At ſi quem profanum (uti uulgo ſolitum) nobis blanditiæ ueſtræ detraherent, m[illegible]

nus moleſte ferēdum putarem. Nihil quippe in eo noſtræ operæ læderentur. Hunc uero Eleaticis atq; Academicis ſtudijs enutritum, ſed abite potius Sirenes uſq; in exitium dulces, meisq; eum muſis curādum ſanandumq; relinquite. His ille chorus increpitus, deiecit humi mœſtior uultum, confeſſusq; rubore uerecundiam, limen triſtis exceſſit. At ego, cuius acies lachrymis merſa caligarat, ne dignoſcere poſſem, quænam eſſet hæc mulier tam imperioſæ autoritatis, obſtupui: uiſuq; in terram defixo, quidnam deinceps eſſet actura, expectare tacitus cœpi. Tum illa propius accedens, in extrema lectuli mei parte conſedit: meumq; intuēs uultum luctu grauem, atq; in humum mœrore deiectū, his uerſibus de noſtræ mentis perturbatione conqueſta eſt:

Ubi] poſtq̃. Dictantes] ſuggerētes. Pauliſper] paruo tempore. Non enim decuit philoſophiam diu ira commoueri, dicēte Horatio:

Ira furor breuis eſt, animum rege.

Pauliſper. Pauliſper] parũper, tantiſper, quantiſper, & aliquantiſper compoſitę figurę ſunt, vt ait Priſcianus, & tēporis menſuram ſignificant. Exponuntur aũt ſic: Pauliſper, p paululũ tēporis. Tantiſper, p tantũ tēporis. Pōponius in Dotata: Poſſum exorare te, vt decedas a me pauliſp modo, quantiſper ſat eſt? Toruis] terribilibus. Lu-

Tantiſper

Lumina. minibus] oculis. Ouidius:

Iam morior, chara lumina conde manu.

Has ſcenicas meretriculas] muſas poeticas. in ſcenis theatris lucri gratia pſtare ſolitas. Scena ex vſu ...

gis ꝗ ratione diphthongũ habet. grece nanq; σκηνὴ ten
torium fraus, tabernaculum interpretatur. Accipitur ꝑ
ea parte theatri, quę ab vno eius cornu ad alterũ duce-
bat in hemicycli formã. In qua binis pluribusve conti-
gnationibus cõſtrata, fabulas poeticas hiſtriones reci-
tabant. Hinc fit ſcenicus a um. Unde nunc muſas philo-
ſophia ſcenicas meretriculas ignominioſe vocat. Dedit
aũt hic locus pleriſq; min⁹ eruditiſ inſectãdi poetas an-
ſam, nõ animaduertentibus duo eſſe eorũ genera, quorũ
alterum quidẽ iure philoſophia explodit ⁊ eliminat, al- Duo poetarũ genera
terum vero libens amplectitur ſuũq; agnoſcit. Eſt enim
illud leue, grçculũ, meris nugis refertũ, ⁊ tantũ ad auriũ
ſpectans voluptatẽ. Quod genus vulgares ſunt verſifica
tores, animi perturbationibus ſuccũbentes, amatoria im
pudicaq; carmina meditantes: quorum vt vita, ſic ⁊ ver
ſus a philoſophia ſunt alieni, ⁊ (vt recte Flaccus ait) ino
pes rerum nugęq; canorę. De huiuſmodi poetica dixit
Cato in carmine de moribus: Poeticę artis honos non
erat, ſi quis in ea re ſtudebat, aut ſeſe ad conuiuia appli-
cabat, graſſator vocabatur. Et diuus Hieronymus de fi-
lio prodigo ad Damaſum ſcribens: Demonum, inquit, ci
bus eſt carmina poetarum, ſecularis ſapiẽtia, rhetorico-
rum pompa verborũ. Hęc ſua omnes ſuauitate delectãt,
⁊ dum aures verſibus dulci modulatione currẽtibus ca-
piũt, animã quoq; penetrãt, ⁊ pectoris interna deuinciũt.
Uerũ vbi cũ ſummo ſtudio fuerint ac labore plecta, nihil
aliud niſi inanẽ ſonũ ⁊ ſermonũ ſtrepitum ſuis lectorib⁹
tribuunt. Nulla ibi ſaturitas veritatis, nulla refectio iu-
ſtitię reperitur, ſtudioſi earũ in fame veri, et virtutum pe
nuria perſeuerãt. Hactenus Hieronymus. Hoc vero po
etarum genus graue, philoſophicum, et ſanctum, ex in-
timis philoſophię ſecretarijs bene viuendi pręcepta de-
promit, homines a vitijs acriter deterrẽs, et ad virtutes
diligẽter incitans: quod honore dignum eſt maximo, vt
ſacrum et philoſophię penitus amicum, quę in hoc opere
Euripidem et Lucanum familiares ſuos appellat. Ba-
ptiſta Mãtuanus in epiſtola quadã ad Iohannem Frã
ciſcum Picum: Poemata, inqt, obſcoena et impudica ſunt
iudicio meo inter vera poemata, quales inter probas ma
tronas fornicarię meretrices. Ego enim poema verum,
et quod omne punctum ferre poſſit, eſſe non puto, niſi ſit
graue, caſtum ac ſanctum, quod Horatius innuit, dicẽs:

Rem tibi Socraticæ poterunt oſtendere chartæ.

Infructuoſis ſpinis] Tráſlatio eſt ab re ruſtic. Profanum] ſacris noſtris nõ initiatũ. Uti vulgo ſolitum] parentheſis eſt. In eo] in ea re, in detrahendo pfano. Noſtrę operę] labores noſtri. Hunc] Boethiũ. Eleaticis ſtudijs, dialecticis. Elea, vrbs Grecię in Aeolica regione, vbi natus eſt Zeno dialectices inuẽtor. Hinc Eleatica ſtudia dicuntur dialectica. Atticus Platonic⁹ in eo libro, quem aduerſus eos ſcripſit, qui Ariſtotelicã habentes ſcientiam, Platonicam profiteri non audent, Zeno autem et omes Eleatica diſciplina logicę ſolũmo do ſtuduerunt. Academicis] Platonicis. Academia locus fuit nemoroſus, ab Athenis mille paſſibus diſtãs, Platonis gymnaſio nobilis. Hinc Academici dicti, eius ſectam tenentes. Enutritum] educatum, ſaginatum, excultum. Hic autem ſubintelige, veſtrę blãditię nobis detrahere conantur, aut ſimile quippiam. et eſt ἀποσιώπησις figura, vehementer iratę philoſophię conueniens, quam Cicero reticentiam, Celſus obticentiam, nonnulli interruptionem, alĳ pręciſionem appellant. Sic apud Uergilium loquente irato deo,

Elea. Elea tica ſtudia. Academia. Academici. Apoſiopeſis.

Quos ego, ſed motos præſtat componere fluctus.

deeſt puniam, vel ſimile verbũ Sed abite] grauiter increpans muſas eĳcit animi pturbationibus ſeruientes. Sirenes] Gręcé ſcribitur σειρὴν. Falluntur igitur qui p υ ſcribunt. Nec a σύρω, id eſt, traho, ſed vel a σείω, vel (quod magis probant) ἀπὸ τῆς σειρᾶς deriuatur. De Sirenibus fabula notiſſima eſt, quas poetę tradũt ſuauitate cantus pellexiſſe nauigantes in perniciẽ. Ouidius:

Sirenes.

Monſtra maris Sirenes erant, quæ voce canora
Quaſlibet admiſſas detinuere rates.

Martialis eleganter Sirenas vocat hilarem nauigantium pœnam, & crudele gaudium. Dino Clitarchi pater affirmat in India Sirenas eſſe volucres, mulceriq; earum cantu, quos ſtratos ſomno lacerant. Poetę fabulantur tres Sirenes fuiſſe, quarum vna voce, tibĳs altera, tertia lyra concineret. Secundũm veritatem autẽ meretrices fuiſſe credunt, quę tranſeuntes, quoniã ad egeſtatem deducebant, fictęq; ſunt illis inferre naufragia. Uſque in exitiũ dulces] Simile hoc eſt illis prouerbĳs. Lœtale mulſum, Melle litus gladi⁹, & mellitũ venenũ:

Adagia quædam.

quę dicuntur de eo, quod ita iucundum eſt, vt idem ſit perniciosum Meis muſis] philoſophicis, grauibus, ⁊ ſanctis carminib⁹. Uide diligēs lector, vt philoſophia ⁊ ſuas muſás habeat. Taceāt igitur ſcioli theologiſtę, q cum ſint a muſis alieniſſimi, earū ſtudioſos temerario auſu vocant hereticos. Ille chorus] muſarū impudicarum, et prauos affectus excitantium. Deiecit vultum] ſic Maro in tertio Aeneidos:

Deiecit vultum, & demiſſa voce locuta eſt.

Humi] terrā verſus. Mœſtior] valde mœſtus, aut mœſtior q̄ antea, fuit enī ⁊ ab initio mœſtus. vnde illud,

Laceræ dictant ſcribenda camœnæ.

Tam imperioſę] Imperioſus dicitur nimis ſeuere impe- Imperioſus.
rans, crudus, ⁊ quaſi oſtentator imperii. Autoritatis] Autoritas eſt ex mentis bonis ⁊ corporis quędam conflata dignitas, quę efficit tum ſua preſentia, tum etiā oratione, vt cęteri ipſi reuerentiam prę̨ſtent. ⁊ ſequant exemplum. In extrema lectuli mei parte] Medicorum morem expreſſit ęgroto aſſidentium.

## ¶ Metrum ſecundum libri .I.

Heu quàm præcipiti merſa profundo
Mens hebet, & propria luce relicta,
Tendit in externas ire tenebras,
Terrenis quoties flatibus acta,
Creſcit in immenſum noxia cura.
Hic quondam cælo liber aperto,
Suetus in æthereos ire meatus,
Cernebat roſei lumina ſolis,
Viſebat gelidæ ſidera lunæ,
Et quæcunq; uagos ſtella recurſus
Exercet, uarios flexa per orbes,
Comprenſam numeris uictor habebat.

Quinetiam cauſas, unde ſonora
Flamina ſolicitent æquora ponti,
Quis uoluat ſtabilem ſpiritus orbem,
Vel cur Heſperias ſidus in undas
Caſurum, rutilo ſurgat ab ortu,
Quis ueris placidas temperet horas,
Vt terram roſeis floribus ornet,
Quis dedit ut pleno fertilis anno
Autumnus, grauidis influat uuis,
Rimari ſolitus, atq; latentis
Naturæ uarias reddere cauſas:
Nunc iacet effœto lumine mentis,
Et preſſus grauibus colla catenis,
Decliuemq; gerens pondere uultum,
Cogitur heu ſtolidam cernere terram.

Alcman

Carmen hoc dicitur Alcmanium, dactylicũ, tetrametrum, hypercatalectum. Alcmanium, ab Alcmane inuentore, ἀλκμάν poeta lyricus, Laconicus ſiue Meſſenius, inuẽtor amatoriij carminis, ſcripſit lingua Dorica. De hoc Papinius in ſyluis.

Obſitus, & tetricis Alcman cantatus Amyclis.

Ridiculus igitur eſt eorum error, a quibus Alcinan tribus ſyllabis profertur. Dactylicum, a pede principali: tetrametrum, a numero pedum: hypercatalectum dicitur, quod ſyllaba poſt duos priores pedes in medio ſupereſt. Conſtat cęſura ſemiquinaria heroica, & dactylo ac ſpondeo. Simile eſt illi quod Terentianus adfert ex verſu Vergilij conciſo:

At regina graui ſaucia cura.

Eiuſmodi eſt & apud hymnographum:

O quàm glorifica luce coruſcas.

Indigne fert philoſophia mortalium animis tantam ex perturbatione, vel ignorationem accidere, vt contemplationis rerũ cęleſtium luce relicta, & honeſtiſſimarũ artium meditatione poſthabita, toto in res terrenas ferantur appetitu. Heu quam p̃.m. p.] Ordina hunc modũ. Heu q̃] id eſt, quantum. mẽs merſa] hoc eſt, obruta. pręcipiti pfundo] profunditate pturbationũ, vnde non ſit facile emergere. Aut ſic, Merſa] immerſa. pręcipiti profundo] .i. in pręceps profundum. Quam, inquam hebet] obtuſa eſt, & verę ſapientię oblita. Et propria luce] id eſt, rationis vſu, & gemina ſibi veritatis ſpeculatione relicta. tendit] id eſt, cõtendit & nitit. ire] ferri. in externas tenebras] in res terrenas, ac corporeas illecebras ſpiritũ ſua contagione obtenebrantes.

Quoties,] quotieſcunque. Cura,] cupiditas rerum externarum. noxia] intelligentię nocens, eamq; retardans. Acta] excitata. Flatibus terrenis] fortuitis caſibus, & diuitiarum illecebris. Creſcit] auget. In immenſum] vltra modum. Sciendum eſt hominem interiorem, hoc eſt, ſpiritum ſuapte natura per dei gratiam ferri in rerum cęleſtium contemplationem: verum ex terreni corporis cõtagione, & temporalium rerũ appetitu, varijs perturbationibus affici, et ab officio ſuo retardari. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Danda igitur in primis homini eſt opera, Matth. 26 vt depulſis prauarum affectionum nubibus, ſpirituale lumen effulgeat, et appetitus iugiter rectę rationi ſubiugetur. Hoc autem eſt quod nunc philoſophia in Boethij conſolationẽ inſtituit. Pręceps compoſitum eſt, ex Preceps. prę & caput. Proprie enim pręceps dicitur, qui ita cadit, aut deorſum mittitur, vt caput pręcedat. Hinc & locus altus dicitur pręceps, quod inde quis facile pręcipitari poteſt: & rurſus id quod profundum eſt, pręceps dicitur, quod in id poteſt quid pręcipitari. Vergilius in .II.

Pars in præcipites foſſas vrgente ruina, Voluitur.

Et ſic dictum accipe, pręcipiti pfundo. Item pręceps, feſtinus, inconſultus, temerarius. Sed de hoc nunc ſatis. Cura terrenis flatib⁹ acta] Sane q̃ elegãti metaphora dictũ hoc eſt. Cum enim cura quaſi ignis ſit, cor vrẽs, recte terrenis flatib⁹ agi incitariq; dr̃. Nã vt ille dicit,

Nutritur vento, ſed aqua reſtinguitur ignis.

Lenis alit flammas, grandior aura negat.

Hic quondã celo l. a. ] Peculiariter ſup immutata Boethij mẽte grauiter indignat, & e cuiuſmodi ſtatus excellẽtia deiectus ſit, docet. Hic] Boethius. liber quõdã] cũ nõdũ paſſionib⁹ animi ſerutret. ſuet⁹] ſolitus. Ire] ferri contẽplatione in ęthereos meatus, hoc eſt, in motus corporũ cęleſtium, idq́ꝫ cęlo aperto & intellectui patefacto. cernebat lumina roſei, id eſt, rubicundi aut pulchri & lucidi ſolis. Maro in ri.

Ni roſeus feſſos iam gurgite phœbus Ibero

Tingat equos, noctemq́; die labente reducat.

Viſebat] intuebatur. Sidera.] lumina. Gelidę lunę] quę frigidis humidiſq́ꝫ noctibus pręeſt. Sol dict⁹
Sol Luna. eſt, vel quia ſolus ex omnibus ſideribus eſt tantus, vel quia quum eſt exortus, obſcuratis omnibus, ſolus apparet. Luna a lucendo nominata eſt. Eadem eſt enim Lucina. Cicero autor in ſecundo de natura deorũ. Et victor] id eſt, voti compos, habebat omnem eam ſtellam numeris comprehẽſam, quęcunq́ꝫ, hoc eſt, quę flexa, mota per varios orbes, quos aſtrologi ponunt, exercẽt vagos recurſus, id eſt erraticos motus. Pręter eas ſtellas
De ſtellis. quę octauo cęlo infixę dicuntur, quarum numerus incognitus eſt aſtronomis, ſeptem alię ſunt non in octauo cęlo, vt illę, ſed ſingulę in ſingulis ſeptem cęlis inferioribus, vt in ſeptimo ſit Saturnus, in ſexto Iupiter, in quinto Mars, in quarto Sol, in tertio Venus, in ſecundo Mercurius, in primo Luna. Et hę ſtellę plane-
Planetæ. tę dicũtur, id eſt, erratiles (Nam πλανάομαι grece erro ſignificat. vnde πλάνη error & πλάνης πλανήτης, planes, planeta, & πλανήτης, vagus, erro) quia & curſu ſuo feruntur, & contra cęli impetum contrario motu ad orientem ab occidente voluuntur. Plinius hiſtorię mundi libro ſecundo, capite ſexto, ſeptem ea ſidera tradit ab inceſſu vocari errantia, cum errẽt nulla minus illis. Vnde & Ciceronis extant verſus:

Quæ verbo & falſis Graiorum vocibus errant,

Re vera certo lapſu ſpatióq; feruntur.

Idem in ſecundo de natura deorum: Maxime vero admirabiles ſunt motus earum quinq́ꝫ ſtellarum, quę falſo

entur errantes. Nihil enim errat, quod in omni ęter
ite conſeruat progreſſus ꝛ regreſſus, reliquoſq; mo
conſtantes ꝛ raros. Porro planetarum medius ſol Sol.
ur ampliſſima magnitudine ac poteſtate, nec tempo-
i modo terrarumq;, ſed ſiderum etiam ipſorum celiq;
or: Hic lucem rebus miniſtrat, aufertq; tenebras,
reliqua ſidera occultat, hic vices temporum, annūq;
per renaſcentem ex vſu naturę temperat, hic cęli tri-
am diſcutit, atq; etiam nubila humani animi ſerenat.
uum lumē cęteris quoq; ſideribus fœneratur. Hui-
nnuos curſus ſpatijs menſtruis Luna cōſequitur, Luna.
s tenuiſſimum lumen facit proximus acceſſus ad ſo
ogreſſus aūt longiſſimus quiſq; pleniſſimum. Nec q;
n eius ſpecies ac forma mutatur, tum creſcendo,
defectibus in initia recurrendo, ſed etiam regio, q̄
eſt aquilonaris, tum auſtralis. Saturni ſtella, quę
on a Grecis nominatur, a terra abeſt plurimum, ꝛ Saturnus.
ita fere annis curſum ſuum conficit. Infra autem
propius a terra Iouis ſtella fertur, quę phaethon
r, eaq; eundem duodecim ſignorum orbem annis Iupiter.
nficit. Hinc autem proximum inferiorem orbem te
rois, quę ſtella Martis appellaꝛ, eaq; quatuor et
i menſibus ſex (vt opinatur Cicero) diebus minus Mars.
m luſtrat orbem, quam quę ſuperiores. Infra hāc
a ſole interpoſita ſtella Ueneris eſt, quę phoſpho- Venus.
rece, lucifer latine dicitur, quum antegreditur ſo-
uum ſubſequitur autem, heſperos: latine, veſper.
no curſum conficit, ꝛ latitudinem luſtrans ſignife
s ꝛ longitudinem. neq; vnq̄ a ſole duorum ſigno-
teruallo longius diſcedit, tum antecedens, tum
uens. Hinc Mercurij ſtella lunę proxima. Ea Stil Mercurius
pellatur a grecis, quę anno fere vertente ſigni
luſtrat orbem, neque a ſole longius vnq̄ vnius
teruallo diſcedit, tū anteuertens, tū ſubſequēs.
ſeptē planetis elegāter Lucan⁹ in. 9 Pharſalię:
ribus, quæ ſola fugam moderantur olympi,
urruntq; polo, diuerſa potentia prima
ndi lege data eſt, ſol tempora diuidit anni,
at nocte diem, radijsq; potentibus aſtra
etat, curſusq; uagos ſtatione moratur.
a ſuis uicibus tethyn terrenaq; miſcet.

Frigida Saturno glacies, & zona niualis
Ceſſit, habet uentos, incertaq; fulmina Mauors:
Sub Ioue temperies & nunquam turbidus aer.
At fœcunda Venus cunctarum ſemina rerum
Poſſidet, immenſæ Cyllenius arbiter vndæ eſt.

Per varios orbes] varios circos accipe. Saturnus eñi,
Jupiter, Mars, ⁊ Venus ternos orbes habent cum epi
cyclo. ꝑ q̃s ex aſtronomoꝝ doctrina varie mouenẛ: Mer
curius aũt orbes quinqꝫ ⁊ epicyclũ. Eſt aũt epicyclꝰ cir-
Epicyclus culus paruus, ꝑ cuius circũferentiã deferẛ corpus pla-
netę. Orbis vero nomẽ eſt ambiguum, teſte Macrobio.
Orbis. Modo enim circulum ſignificat. Cicero: Erat autẽ his
ſplendidiſſimo candore inter flammas elucẽs circulus,
quem vos (vt a G2aiis accepiſtis) orbem lacteum nuncu
patis. Modo ſphęram. Idem: Nouem tibi orbibus, vel
potius globis cõnexa ſunt om̃ia. Accipitur ⁊ nonnunqꝫ
orbis pro regreſſu ⁊ conuerſione ab eodem loco in eun-
dem poſt emenſum ambitum. Idem: Quę rotundę ⁊ glo
boſę diuinis animatę mentibus, circulos ſuos orbesqꝫ
conficiunt celeritate mirabili. Vergilius:

Redit agricolis labor actus in orbem.

Nonnunqꝫ pro menſa figurę orbicularis. Juuenalis:

Latos nili ſuſtinet orbes Grande ebur.

Quin etiã cauſas] Ordo eſt: Quinctiam ſolitus rimari
cauſas, atqꝫ reddere varias cauſas naturę latentis. vn
de] hoc eſt, quibus de cauſis. Sonora flamina] id eſt,
ſonori ventorũ flatus. Solicitent] inquietent, exagi
tent, cõmoueant. Aequora,] ęquales ⁊ planas ante vẽ
Ventus. torum flatus ſuperficies. Ponti,] maris. Ventus, aer
Motus or- eſt commotus ⁊ agitatus, ſicut flabello breui poteſt
bium cæle approbari. Nec aliud ventus intelligiẛ, qꝫ fluctus aeris,
ſtium. qui (vt Clemens ait) ex quibuſdam montibus excelſis
velut compreſſus ⁊ coanguſtatus ordinatione dei cogi-
tur, ⁊ exprimiẛ in vẽtos ad exercitãdos fluctus, ęſtusqꝫ
temperandos. Pro diuerſis autem partibus cęli, nomi
na diuerſa ſortitur. Quis ſpiritus voluat,] id eſt, circũ-
agat. orbem] mundum, id eſt, cęlum. ſtabilẽ] perpetuo
tenore, et certiſſima optimi ordinis obſeruatione con-
ſtantem. Orbes cęleſtes (vt opinantur nonnulli) a ſuis
formis ſubſtantialibus mouentur. Verum, vt alii re-

ius ſentire videntur, intelligentię, qui et ſpiritus dicun
ir, cęlis diuinitus aſſiſtentes, eos circumagunt. Plato
ici deum opinati ſunt toti mundo permiſtum, omnibusq;
ius partibus inſitum, tantam molem circumagere,
uorum opinionem ſecutus poeta, cecinit:

Principio cælum, ac terras, camposq́; liquentes,
Lucentemq́; globum lunæ, titaniaq́; aſtra
Spiritus intus alit, totosq́; infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Et Manilius in primo aſtronomicon:

Hoc opus immenſi conſtructum corpore mundi,
Membraq́; naturæ diuerſa condita forma
Aeris, atq; ignis, terræ pelagiq́; iacentis,
Vis animæ diuina regit, ſacroq́; meatu
Conſpirat deus, & tacita ratione gubernat,
Et multa in cunctas diſpenſat fœdera partes,
Altera, vt alterius vires, faciatq́; feratq́;,
Summaq́; per varias maneat cognata figuras.

Uel cur ſidus ſurgat ab ortu rutilo, caſurum in vndas heſperias.] Senſus, Boethius ſolitus ſcrutari, et reddere cauſas naturales, quare ſtellę oriantur in oriente, et in occidente occidant, iuxtaq; vulgi opinionem occiduo immergantur oceano. Huius autē rei cauſa eſt motus circularis primi cęli mobilis, omnes ſtellas tam erraticas q̄ fixas ſecum corripiens ab ortu in occaſum, et rurſus ab occaſu in ortum. In vndas heſperias.] in oceanum occidentalem. Ab heſpero enim heſperius occidentalis dicitur, et Heſperia vltima Hiſpania in fine occidētis, cum Heſperia ſimpliciter accipiatur pro Italia. Quis tēperet placidas horas veris,] id eſt, verni tēporis Ut] ſubintellige id. ornet roſeis] purpureis. floribus terrā. Deus] profecto id efficit ſolis miniſterio, qui dum ad ſuperiora conſcenderit, ver temperat: Ubi autem ad ſummum cęli venerit, ęſtiuos accendit calores. deſcendens rurſus autumno, tēperiem reddit. Ubi vero ad inferiorem redit circulum, ex glaciali compage cęli rigorem nobis hyberni frigoris derelinquit. Pleno,] variis frugibꝰ abūdanti. Grauidis,] vineo liquore diſtentis. Rimari,] inquirere, ſcrutari. Efficę

Heſperus. Heſperia.

Quatuor anni partes.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

to] debilitato, virib' deſtituto. Lumine,] intellectu. Preſſus colla] habens collum depreſſum. Grauibus catenis] rerum terrenarū cupiditatibus. Decliuē] pronum, humi inclinatum. Pondere] terreſti ſolicitudine. Stolidam] ſtolidos facientem. Sic & ſatyrographus exclamat:

O curuæ in terras animæ, & cæleſtium inanes.

## ¶Proſa ſecunda libri I.

SEd medicinæ (inquit) potius tempus eſt, quàm querelæ. Tum uero totis in me intenta luminibus: Tu ne es ille, ait, qui noſtro quondam lacte nutritus, noſtris educatus alimētis, in uirilis animi robur euaſeras? Atqui talia contuleramus arma, quæ niſi prior abieciſſes, inuicta te firmitate tuerentur. Agnoſcis ne me? Quid taces? Pudore an ſtupore ſiluiſti? mallem pudore, ſed te (ut uideo) ſtupor oppreſſit. Cumq́ me non modo tacitum, ſed elinguem prorſus mutumq́ uidiſſet, admouit pectori meo leniter manum: Et nihil (inquit) periculi eſt, lethargum patitur, communem illuſarum mentium morbum. ſui pauliſper oblitus eſt. Recordabitur facile, ſi quidem nos ante cognouerit. Quod ut poſſit pauliſper, lumina eius mortalium rerum nube caligantia tergamus. Hæc dixit, oculosq́ fletibus undantes contracta in rugam ueſte ſiccauit.

Hac proſa Boethius refert, quidnam philoſophia lamen
tabili carmine finito, circa eum tentauerit, vtq; primũ
molli ſermone languentem fuerit allocuta, deinde con-
tracta in rugam veſte, oculos eius lachrymis vndantes
deſiccarit. Luminibus ] oculis Atqui ] ſed, dictio
eſt Boéthio vſitata. Talia contuleramus arma ] . Vale Atqui.
rius Maximus libro tertio: Eſt & illa vehemens, & con-
ſtans animi militia, literis pollens, venerabilium doctri
nę ſacrorum antiſtes philoſophia, quę vbi pectore rece-
pta eſt hominum, inhoneſto atq; inutili affectu depulſo,
totum in ſolidę virtutis munimento confirmat, potenti-
uesq; metu ac dolore facit. Antiſthenes cynicus dixit, vir
tutem arma eſſe, quę tolli non poſſint Niſi pri. abie. ]
Virtus enim & philoſophia hominẽ nõ deſerit, niſi prior
ipſe eam volũtario peccato abiiciat. Pudore. ] Pudor
eſt timor iuſtę reprehenſionis. Stupor vero eſt quędam Pudor.
ſenſuum alienatio. Lethargum. ] Lethargus, grece Stupor.
λήθαργος, eſt marcor & inexpugnabilis pene ſomni neceſſi Lethargꝰ.
tas cum alienatione mentis, in quo a phrenitide, non lo Phrenitis.
co, ſed materia diſtat. Phrenitim ſanguis, aut bilis fla-
ua conciliat, lethargũ pituita humidior & frigidior, qua
cerebrum diluitur. Accidit in eo morbo rerum omnium
obliuio.

## Metrum III. libri .I.

TVnc me diſcuſſa liqrunt nocte tenebrę,
Luminibusq; prior rediit uigor,
Vt cum præcipiti glomerantur ſidera coro,
Nimboſisq; polus ſtetit imbribus,
Sol latet, ac nondum cælo uenientibus aſtris,
Deſuper in terram nox funditur.
Hanc ſi *Thraicio boreas emiſſus ab antro *Thraicio antro
Verberet, & clauſum reſeret diem,
Emicat, & ſubito uibratus lumine phœbus,
Mirantes oculos radiis ferit.

Carmen eſt dicolon, diſtrophon, conſtans altero verſu

heroico, altero alcmanio, dactylico, tetrametro, acatalecto: qui componitur quatuor dactylis, interdum tamen preterꝙ in quarta regione, ſpondeum admittit. Hoc aũt Boethius oſtẽdit ſe mox deterſis ab ea ſuis oculis, philoſophiam nutricem ſuã libenter agnouiſſe. Quod quidẽ rectiſſime dictum eſt. Nemo enim philoſophiam ipſam, id eſt ſapientiam, qua intellectus veritatem contemplatur, niſi depulſa prius perturbationũ caligine, ⁊ purgatis animi oculis poteſt intueri. Tunc] vbi philoſophia veſte ſua oculos meos deterſit. Diſcuſſa] diſiecta, diſſipata. Nocte] veri ignoratione, ⁊ prauarum affectionum caligine. Tenebre] animi cecitas, ⁊ mentis obtenebratio. Luminibus] oculis animi. Rediit] redditus eſt, ac reſtitutus. Uigor] vis ⁊ facultas veri cognoſcendi. Ut cum precipiti] Sane ꝙ eleganti congruaꝙ comparatione oſtendit priſtinam ſibi intelligendi vim reſtitutam eſſe, quemadmodum obſcurato nubibus aere, ſi flet aquilo, ⁊ propellantur nubes aeris ſerenitas, ſoliſꝙ lumẽ cõtinuo reducit. Ut] velut. Cũ] quando. Precipiti] rapido. Glomerãtur] inuoluunt. obducuntur, ⁊ quaſi cõglobãtur. Coro] vento occiduo aduerſus aquilonẽ flãti. Polus] celum. Stetit] ſtare videtur, preteritum tempus pro preſenti poſitũ. Sol latet] non apparet. Nondum c. v. aſt] id eſt, ante legitimum noctis tẽpus. Deſuper] ſuperne. Nox] noctis obſcuritas. Hanc] noctem. Thraicio ex antro] quia

Thracius. boreas Italis ex antris Thracie videtur emitti. Thra-
Thraicius. cius autem, thraicius, ⁊ threicius in eodem ſignificatu
Threicius. dicuntur. Lucanus:

Quantus piniferæ boreas cum Thracius Oſſe.

Boethius in huius operis tertio:

Vates Thraicius gemens.

Horatius in primo carminum:

Quod ſi Threicio blandius Orpheo.

Referet] aperiat, patefaciat. Diem] lucẽ. Emicat] apparet. Subito] repẽtino. Uibratus] motus, agitatus. Ferit] percutit. Mirãtes oculos] id eſt, oculos hominum mirantium repentinam ſerenitatem. Breuior ſum circa hoc carmen enarrandum, quod viſum ſit non ab re fore, ſi Auguſtini Dathi epiſtola quedam (qua idẽ non minus erudite ꝙ eleganter exponitur) hoc loco fue

rit appoſita,idq illius titulo,cũ ( qua ſum ingenuitate) aliena mihi nolui arrogare,

Ne ſi forte ſuas repetitum venerit olim
Grex auium plumas,moueat cornicula riſum
Furtiuis nudata coloribus,

Eſt igitur illius hęc epiſtola,

Auguſtinus Dathus Bernardino Salutem.

Cupis Bernardine (vt ipſe ais) eorũ expoſitionem verſuum,quos Seuerinus Boethius libro de philoſophię conſolatione modulatus eſt,nõ multo poſt operis initium,quum ait: Tunc me diſcuſſa liquerunt nocte tenebrę. Et reliquum deinceps poema. Laudo te atq ingenium tuum, & quod Seuerini legendis gaudeas, te Bernardine vehementer probo. Fuit enim e noſtris, ſingulari vir doctrina,ac nullius diſciplinę rudis, latinum eloquium non ſolum pcalluit, ſed etiam plurimum illuſtrauit. Quod indicãt cum alii libri eius complures, tum vel is maxime, qui de philoſophię conſolatione inſcribit. Quo certe in loco ſummã ipſius philoſophię vim & laudem patefacit,quando illa autore, ignorantię tenebrę propelluntur,& veritatis ſplendor & claritas eluceſcit. Nam cum homo perturbationum cęcatus caligine magnis implicetur erroribus, philoſophia ipſa accedente,quodammodo reſipiſcit. & ad humanę naturę reuertitur dignitatem. Duplex nãq eſt verę ſapientię gradus, ac primus quidem impedimenta tollit. ſecundus veritatis cognitionem inducit. qua nulla eſt homini ſuauior alimonia. Bene igitur qui antea in maximis ignorationis tenebris verſaretur,philoſophię(quę ſapientię ſtudium profitetur) clareſcente luce, illa dicit, quę in propoſito poemate continentur:

Tunc me diſcuſſa liquerunt nocte tenebræ,
Luminibusq; prior rediit vigor,

Primus ſapiẽtię gradus eſt,impedimenti remotio. hinc dicitur. Tunc diſcuſſa nocte.i.obſcuritate ſublata,liquerunt me tenebrę.quod eſt ignorantię cecitas,ac mentis caligo. Secundus gradus infertur ſapiẽtię,cum addit:

Luminibusq; prior rediit vigor.

duplex ſapię Gradus,

nus moleſte ferẽdum putarem. Nihil quippe in eo noſtræ operæ læderentur. Hunc uero Eleaticis atq; Academicis ſtudijs enutritum, ſed abite potius Sirenes uſq; in exitium dulces, meisq; eum muſis curãdum ſanandumq; relinquite. His ille chorus increpitus, deiecit humi mœſtior uultum, confeſſusq; rubore uerecundiam, limen triſtis exceſſit. At ego, cuius acies lachrymis merſa caligarat, ne dignoſcere poſſem, quænam eſſet hæc mulier tam imperioſæ autoritatis, obſtupui: uiſuq; in terram defixo, quidnam deinceps eſſet actura, expectare tacitus cœpi. Tum illa propius accedens, in extrema lectuli mei parte conſedit: meumq; intuẽs uultum luctu grauem, atq; in humum mœrore deiectũ, his uerſibus de noſtræ mentis perturbatione conqueſta eſt:

Ubi] poſtq̃. Dictantes] ſuggerẽtes. Pauliſper] paruo tempore. Non enim decuit philoſophiam diu ira commoueri, dicẽte Horatio:

Ira furor breuis eſt, animum rege.

Pauliſper. Pauliſper] parũper, tantiſper, quantiſper, & aliquantiſper compoſitę figurę ſunt, vt ait Priſcianus, & tẽporis menſuram ſignificant. Exponuntur aũt ſic: Pauliſper, p paululũ tẽporis.
Tantiſper Tantiſper, p tantũ tẽporis. Põponius in Dotata: Poſſum exorare te, vt decedas a me pauliſp modo, quantiſper ſat eſt? Toruis] terribilibus. Lu-
Lumina. minibus] oculis. Ouidius:

Iam morior, chara lumina conde manu.

Has ſcenicas meretriculas] muſas poeticas, in ſcenis theatris lucri gratia pſtare ſolitas. Scena ex vſu ...

gis q̃ ratione diphthongū habet. grece nanq̃ σκηνὴ tentorium fraus,tabernaculum interpretatur. Accipitur ꝓ ea parte theatri,quę ab vno eius cornu ad alterū ducebat in hemicycli formā. In qua binis pluribusve contignationibus cōſtrata,fabulas poeticas hiſtriones recitabant. Hinc fit ſcenicus a um. Unde nunc muſas philoſophia ſcenicas meretriculas ignominioſe vocat. Dedit aūt hic locus pleriſq; minꝰ eruditiꝫ inſectādi poetas anſam, nō animaduertentibus duo eſſe eorū genera,quorū alterum quidē iure philoſophia explodit ⁊ eliminat, alterum vero libens amplectitur ſuūq; agnoſcit. Eſt enim illud leue,greculū,meris nugis refertū, ⁊ tantū ad auriū ſpectans voluptatē. Quod genus vulgares ſunt verſificatores,animi perturbationibus ſuccūbentes, amatoria impudicaq; carmina meditantes: quorum vt vita, ſic ⁊ verſus a philoſophia ſunt alieni,⁊(vt recte Flaccus ait) inopes rerum nugeq; canorę. De huiuſmodi poetica dixit Cato in carmine de moribus: Poeticę artis honos non erat,ſi quis in ea re ſtudebat,aut ſeſe ad conuiuia applicabat,graſſator vocabatur. Et diuus Hieronymus de filio prodigo ad Damaſum ſcribens: Dęmonum, inquit, cibus eſt carmina poetarum,ſecularis ſapiētia,rhetoricorum pompa verborū. Hęc ſua omnes ſuauitate delectāt, ⁊ dum aures verſibus dulci modulatione currētibus capiūt,animā quoq; penetrāt,⁊ pectoris interna deuincīut. Uerū vbi cū ſummo ſtudio fuerint ac labore plecta,nihil aliud niſi inanē ſonū ⁊ ſermonū ſtrepitum ſuis lectoribꝰ tribuūt. Nulla ibi ſaturitas veritatis,nulla refectio iuſtitię reperitur,ſtudioſi earū in fame veri,et virtutum penuria perſeuerāt. Hactenus Hieronymus. Hoc vero poetarum genus graue,philoſophicum,et ſanctum,ex intimis philoſophię ſecretarijs bene viuendi pręcepta depromit,homines a vitijs acriter deterrēs,et ad virtutes diligēter incitans: quod honore dignum eſt maximo,vt ſacrum et philoſophię penitus amicum,quę in hoc opere Euripidem et Lucanum familiares ſuos appellat. Baptiſta Mātuanus in epiſtola quadā ad Johannem Frāciſcum Picum: Poemata,inq̄t,obſcœna et impudica ſunt iudicio meo inter vera poemata,quales inter probas matronas fornicarię meretrices. Ego enim poema verum, et quod omne punctum ferre poſſit,eſſe non puto,niſi ſit graue, caſtum ac ſanctum, quod Horatius innuit,dicēs:

Duo poetarū genera

Rem tibi Socraticæ poterunt oſtendere chartæ.

Infructuoſis ſpinis] Trãſlatio eſt ab re ruſtic. Profanum] ſacris noſtris nõ initiatũ. Uti vulgo ſolitum]
Elea. Eleatica ſtudia. parentheſis eſt. In eo] in ea re, in detrahendo pfano. Noſtrę operę] labores noſtri. Hunc] Boethiũ. Eleaticis ſtudijs, dialecticis. Elea, vrbs Grecię in Aeolica regione, vbi natus eſt Zeno dialectices inuẽtor. Hinc Eleatica ſtudia dicuntur dialectica. Atticus Platonic⁹ in eo libro, quem aduerſus eos ſcripſit, qui Ariſtotelicã habentes ſcientiam, Platonicam profiteri non audent, Zeno autem et om̃es Eleatica diſciplina logicę ſolũmo
Academia. Academici do ſtuduerunt. Academicis] Platonicis. Academia locus fuit nemoroſus, ab Athenis mille paſſibus diſtãs, Platonis gymnaſio nobilis. Hinc Academici dicti, eius ſectam tenentes. Enutritum] educatum, ſaginatum, excultum. Hic autem ſubintellige, veſtrę blãditię nobis
Apoſiopeſis. detrahere conantur, aut ſimile quippiam. et eſt ἀποσιώπησις figura, vehementer iratę philoſophię conueniens, quam Cicero reticentiam, Celſus obticentiam, nonnulli interruptionem, alij pręciſionem appellant. Sic apud Uergilium loquente irato deo,

Quos ego, ſed motos præſtat componere fluctus.

deeſt puniam, vel ſimile verbũ. Sed abite] grauiter increpans muſas eijcit animi perturbationibus ſeruientes.
Sirenes. Sirenes] Grecę ſcribitur σειρὴν. Falluntur igitur qui per υ ſcribunt. Nec a σύρω, id eſt, traho, ſed vel a σείω, vel (quod magis probant) ἀπὸ τῆς σειρᾶς deriuatur. De Sirenibus fabula notiſſima eſt, quas poetę tradũt ſuauitate cantus pellexiſſe nauigantes in perniciẽ. Ouidius:

Monſtra maris Sirenes erant, quæ voce canora
Quaſlibet admiſſas detinuere rates.

Martialis eleganter Sirenas vocat hilarem nauigantium pœnam, & crudele gaudium. Dino Clitarchi pater affirmat in India Sirenas eſſe volucres, mulcerique earum cantu, quos ſtratos ſomno lacerant. Poetę fabulantur tres Sirenes fuiſſe, quarum vna voce, tibijs altera, tertia lyra concineret. Secundum veritatem autẽ meretrices fuiſſe credunt, quę tranſeuntes, quoniã ad egeſtatem deducebant, fictęque ſunt illis inferre naufragia.
Adagia quædam. Uſque in exitiũ dulces] Simile hoc eſt illis prouerbijs. Letale mulſum, Melle litus gladi⁹, & mellitũ venenũ:

ne dicuntur de eo, quod ita iucundum eſt, vt idem ſit
erniciosum. Meis muſis] philoſophicis, grauibus, &
nctis carminibus. Uide diligẽs lector, vt philoſophia &
nas muſas habeat. Taceãt igiť ſcioli theologiſtę, q cum
it a muſis alieniſſimi, earũ ſtudioſos temerario auſu vo
nt hereticos. Ille chorus] muſarũ impudicarum, et
auos affectus excitantium. Deiecit vultum] ſic x Da
in tertio Aeneidos:

Deiecit vultum, & demiſſa voce locuta eſt.

humi] terrã verſus. Mœſtior] valde mœſtus, aũt
æſtior q̃ antea, fuit eñ & ab initio mœſtus. vnde illud,

Laceræ dictant ſcribenda camœnæ.

m imperioſe] Imperioſus dicitur nimis ſeuere impè
is, crudus, & quaſi oſtentator imperii. Autorita- Imperioſus.
] Autoritas eſt ex mentis bonis & corporis quędam
flata dignitas, quę efficit tum ſua preſentia, tum etiã
tione, vt cęteri ipſi reuerentiam pręſtent. & ſequant
mplum. In extrema lectuli mei parte] Medicorum
em expreſſit ęgroto aſſidentium.

## ¶ Metrum ſecundum libri .I.

HEu quãm præcipiti merſa profundo
Mens hebet, & propria luce relicta,
ndit in externas ire tenebras,
renis quoties flatibus acta,
ſcit in immenſum noxia cura.
quondam cælo liber aperto,
tus in æthereos ire meatus,
nebat roſei lumina ſolis,
bat gelidæ ſidera lunæ,
ıæcunq; uagos ſtella recurſus
cet, uarios flexa per orbes,
prenſam numeris uictor habebat.

Quinetiam cauſas, unde ſonora
Flamina ſolicitent æquora ponti,
Quis uoluat ſtabilem ſpiritus orbem,
Vel cur Heſperias ſidus in undas
Caſurum, rutilo ſurgat ab ortu,
Quis ueris placidas temperet horas,
Vt terram roſeis floribus ornet,
Quis dedit ut pleno fertilis anno
Autumnus, grauidis influat uuis,
Rimari ſolitus, atq; latentis
Naturæ uarias reddere cauſas:
Nunc iacet effœto lumine mentis,
Et preſſus grauibus colla catenis,
Decliuemq; gerens pondere uultum,
Cogitur heu ſtolidam cernere terram.

Alcman

Carmen hoc dicitur Alcmanium, dactylicũ, tetrametrum, hypercatalectum. Alcmanium, ab Alcmane inuentore, ἀλκμὰν poeta lyricus, Laconicus ſiue Meſſenius, inuẽtor amatoriũ carminis, ſcripſit lingua Dorica. De hoc Papinius in ſyluis.

Obſitus, & tetricis Alcman cantatus Amyclis.

Ridiculus igitur eſt eorum error, a quibus Alcinan tribus ſyllabis profertur. Dactylicum, a pede principali: tetrametrum, a numero pedum: hypercatalectum dicitur, quod ſyllaba poſt duos priores pedes in medio ſupereſt. Conſtat cęſura ſemiquinaria heroica, & dactylo ac ſpondeo. Simile eſt illi quod Terentianus adfert ex verſu Vergilij conciſo:

At regina graui ſaucia cura.

Eiuſmodi eſt & apud hymnographum:

O quàm glorifica luce coruſcas.

Indigne fert philoſophia mortalium animis tantam ex perturbatione, veri ignorationem accidere, vt contemplationis rerū cęleſtium luce relicta, & honeſtiſſimarū artium meditatione poſthabita, toto in res terrenas ferantur appetitu. Heu quam p.m.p.] Ordina hunc in modū. Heu ꝙ] id eſt, quantum. mēs merſa] hoc eſt, obruta. pręcipiti ꝓfundo] profunditate pturbationū, vnde non ſit facile emergere. Aut ſic, Merſa] immerſa. pręcipiti profundo] .i. in pręceps profundum. Quam, inquam hebet] obtuſa eſt, & verę ſapientię oblita. Et propria luce] id eſt, rationis vſu, & gemina ſibi veritatis ſpeculatione relicta. tendit] id eſt, cōtendit & nitit. ire] ferri. in externas tenebras] in res terrenas, ac corporeas illecebras ſpiritū ſua contagione obtenebrantes.

Quoties,] quotieſcunque. Cura,] cupiditas rerum externarum. noxia] intelligentię nocens, eamque retardans. Acta] excitata. Flatibus terrenis] fortuitis caſibus, & diuitiarum illecebris. Creſcit] auget. In immenſum] vltra modum. Sciendum eſt hominem interiorem, hoc eſt, ſpiritum ſuapte natura per dei gratiam ferri in rerum cęleſtium contemplationem: verum ex terreni corporis cōtagione, & temporalium rerū appetitu, varijs perturbationibus affici, et ab officio ſuo retardari. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Danda igitur in primis homini eſt opera, Matth. 26
vt depulſis prauarum affectionum nubibus, ſpirituale lumen effulgeat, et appetitus iugiter rectę rationi ſubiugetur. Hoc autem eſt quod nunc philoſophia in Boethij conſolationē inſtituit. Pręceps compoſitum eſt, ex Præceps.
pre & caput. Proprie enim pręceps dicitur, qui ita cadit, aut deorſum mittitur, vt caput pręcedat. Hinc & locus altus dicitur pręceps, quod inde quis facile pręcipitari poteſt: & rurſus id quod profundum eſt, pręceps dicitur, quod in id poteſt quid pręcipitari. Vergilius in. xi.

Pars in præcipites foſſas vrgente ruina, Voluitur.

Et ſic dictum accipe, pręcipiti ꝓfundo. Item pręceps, feſtinus, inconſultus, temerarius. Sed de hoc nunc ſat. Cura terrenis flatibꝰ acta] Sane ꝙ eleganti metaphora dictū hoc eſt. Cum enim cura quaſi ignis ſit, cor vrēs, recte terrenis flatibꝰ agi incitarique dr. Nā vt ille dicit,

Nutritur vento, ſed aqua reſtinguitur ignis.

vocentur errantes. Nihil enim errat quod in omni æter nitate conſeruat progreſſus & regreſſus, reliquosq; mo tus conſtantes & raros. Porro planetarum medius ſol Sol. fertur ampliſſima magnitudine ac poteſtate, nec tempo rum modo terrarumq;, ſed ſiderum etiam ipſorum cœliq; rector: Hic lucem rebus miniſtrat, auferteq; tenebras, hic reliqua ſidera occultat, hic vices temporum, annūq; ſemper renaſcentem ex vſu naturę temperat, hic cęli tri ſtitiam diſcutit, atq; etiam nubila humani animi ſerenat. hic ſuum lumē ceteris quoq; ſideribus fœneratur. hui us annuos curſus ſpatijs menſtruis Luna cōſequitur. Luna. cuius tenuiſſimum lumen facit proximus acceſſus ad ſo lem, digreſſus aūt longiſſimus quiſq; pleniſſimum. Nec ſolum eius ſpecies ac forma mutatur, tum creſcendo, tum defectibus in initia recurrendo, ſed etiam regio, q̄ tum eſt aquilonaris, tum auſtralis. Saturni ſtella, quę phęnon a Grecis nominatur, a terra abeſt plurimum, & Saturnus. triginta fere annis curſum ſuum conficit. Infra autem hanc propius a terra Iouis ſtella fertur, quę phaethon Iupiter. dicitur, eaq; eundem duodecim ſignorum orbem annis xij. conficit. Hinc autem proximum inferiorem orbem te net pyrois, quę ſtella Martis appellat̄, eaq; quatuor et viginti menſibus ſex (vt opinatur Cicero) diebus minus Mars. eundem luſtrat orbem, quam quę ſuperiores. Infra hāc autem ſole interpoſito ſtella Veneris eſt, quę phoſpho Venus. ros grece, lucifer latine dicitur, quum antegreditur ſo lem: quum ſubſequitur autem, heſperos: latine, veſper. Ea anno curſum conficit, & latitudinem luſtrans ſignife ri orbis & longitudinem neq; vnq̄ a ſole duorum ſigno rum interuallo longius diſcedit, tum antecedens, tum ſubſequens. Hinc Mercurij ſtella lunę proxima. Ea Stil Mercurius bon appellatur a grecis, quę anno fere vertente ſigni ferum luſtrat orbem, neque a ſole longius vnq̄ vnius ſigni interuallo diſcedit, tū anteuertens, tū ſubſequēs. De his ſeptē planetis elegāter Lucan⁹ in .9. Pharſalię:

Sideribus, quæ ſola fugam moderantur olympi,
Occurruntq; polo, diuerſa potentia prima
Mundi lege data eſt, ſol tempora diuidit anni,
Mutat nocte diem, radijsq; potentibus aſtra
Ire uetat, curſusq; uagos ſtatione moratur.
Luna ſuis uicibus tethyn terrenaq; miſcet.

Frigida Saturno glacies, & zona niualis
Ceſſit, habet uentos, incertaq; fulmina Mauors:
Sub Ioue temperies & nunquam turbidus aer.
At fœcunda Venus cunctarum ſemina rerum
Poſſidet, immenſæ Cyllenius arbiter vndæ eſt.

Per varios orbes] varios circos accipe. Saturnus enĩ, Jupiter, Mars, & Venus ternos orbes habent cum epicyclo. p̃ q̃s ex aſtronomorũ doctrina varie mouent̃: Mercurius aũt orbes quinq; & epicyclũ. Eſt aũt epicycl⁹ circulus paruus, p̃ cuius circũferentiã deferẽ corpus planetę. Orbis vero nomẽ eſt ambiguum, teſte Macrobio. Modo enim circulum ſignificat. Cicero: Erat autẽ his ſplendidiſſimo candore inter flammas elucẽs circulus, quem vos (vt a Grąiis accepiſtis) orbem lacteum nuncupatis. Modo ſphęram. Idem: Nouem tibi orbibus, vel potius globis cõnexa ſunt om̃ia. Accipitur & nonnunq̃ orbis pro regreſſu & conuerſione ab eodem loco in eundem poſt emenſum ambitum. Idem: Quę rotundę & globoſę diuinis animatę mentibus, circulos ſuos orbesq; conficiunt celeritate mirabili. Vergilius:

*Epicyclus*

*Orbis.*

Redit agricolis labor actus in orbem.

Nonnunq̃ pro menſa figurę orbicularis. Juuenalis:

Latos nisi ſuſtinet orbes Grande ebur.

Quin etiã cauſas] Ordo eſt: Quinctiam ſolitus rimari cauſas, atq; reddere varias cauſas naturę latentis. vnde] hoc eſt quibus de cauſis. Sonora flamina] id eſt, ſonori ventorũ flatus. Solicitent] inquietent, exagitent, cõmoueant. Aequora.] ęquales & planas ante vẽtorum flatus ſuperficies. Ponti.] maris. Ventus, aer eſt commotus & agitatus, ſicut flabello breui poteſt approbari. Nec aliud ventus intelligit̃, q̃ fluctus aeris, qui (vt Clemens ait) ex quibuſdam montibus excelſis velut compreſſus & coangustatus ordinatione dei cogitur, & exprimit̃ in vẽtos ad exercitãdos fluctus, ęſtusq; temperandos. Pro diuerſis autem partibus celi, nomina diuerſa ſortitur. Quis ſpiritus voluat,] id eſt, circũagat. orbem] mundum, id eſt, cęlum. ſtabilẽ] perpetuo tenore, et certiſſima optimi ordinis obſeruatione conſtantem. Orbes cęleſtes (vt opinantur nonnulli) a ſuis formis ſubſtantialibus mouentur. Verum, vt alii re-

*Ventus.*

*Motus orbium cæleſtium.*

ctius ſentire videntur, intelligentię, qui et ſpiritus dicuntur, cęlis diuinitus aſſiſtentes, eos circumagunt. Platonici deum opinati ſunt toti mundo permiſtum, oībusqꝫ eius partibus inſitum, tantam molem circumagere, quorum opinionem ſecutus poeta, cecinit:

Principio cælum, ac terras, camposq́ꝫ liquentes,
Lucentemq́ꝫ globum lunæ, titaniaq́ꝫ aſtra
Spiritus intus alit, totosq́ꝫ infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Et Manilius in primo aſtronomicon:

Hoc opus immenſi conſtructum corpore mundi,
Membraq́ꝫ naturæ diuerſa condita forma
Aeris, atqꝫ ignis, terræ pelagiq́ꝫ iacentis,
Vis animæ diuina regit, ſacroq́ꝫ meatu
Conſpirat deus, & tacita ratione gubernat,
Et multa in cunctas diſpenſat fœdera partes,
Altera, vt alterius vires, faciatq́ꝫ feratq́ꝫ,
Summaq́ꝫ per varias maneat cognata figuras.

Uel cur ſidus ſurgat ab ortu rutilo, caſurum in vndas heſperias.] Senſus, Boethius ſolitus ſcrutari, et reddere cauſas naturales, quare ſtellę oriantur in oriente, et in occidente occidant, iuxtaqꝫ vulgi opinionem occiduo immergantur oceano. Huius autē rei cauſa eſt motus circularis primi cęli mobilis, omnes ſtellas tam erraticas q̄ fixas ſecum corripiens ab ortu in occaſum, et rurſus ab occaſu in ortum. In vndas heſperias,] in oceanum occidentalem. Ab heſpero enim heſperius occidentalis dicitur, et Heſperia vltima Hiſpania in fine occidētis, cum Heſperia ſimpliciter accipiatur pro Italia. Quis tēperet placidas horas veris,] id eſt. verni tēporis Ut] ſubintellige id. ornet roſeis] purpureis. floribus terrā. Deus] profecto id efficit ſolis miniſterio, qui dum ad ſuperiora conſcenderit, ver temperat: Ubi autem ad ſummum cęli venerit, ęſtiuos accendit calores. deſcendens rurſus autumno, tēperiem reddit. Ubi vero ad inferiorem redit circulum, et glaciali compage cęli rigorem nobis hyberni frigoris derelinquit. Pleno,] variis frugibꝰ abūdanti. Grauidis,] vineo liquore diſtentis. Rimari,] inquirere, ſcrutari. Effœ

Heſperus. Heſperia.

Quatuor anni partes.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

to] debilitato, virib' deſtituto. Lumine,] intellectu. Preſſus colla] habens collum depreſſum. Grauibus catenis] rerum terrenarũ cupiditatibus. Decliuẽ] pronum, humi inclinatum. Pondere] terreſtri ſolicitudine. Stolidam] ſtolidos facientem. Sic & ſatyrographus exclamat:

O curuæ in terras animæ, & cæleſtium inanes.

## ¶Proſa ſecunda libri I.

SEd medicinæ (inquit) potius tempus eſt, quàm querelæ. Tum uero totis in me intenta luminibus: Tu ne es ille, ait, qui noſtro quondam lacte nutritus, noſtris educatus alimẽtis, in uirilis animi robur euaſeras? Atqui talia contuleramus arma, quæ niſi prior abieciſſes, inuicta te firmitate tuerentur. Agnoſcis ne me? Quid taces? Pudore an ſtupore ſiluiſti? mallem pudore, ſed te (ut uideo) ſtupor oppreſſit. Cumq; me non modo tacitum, ſed elinguem prorſus mutumq; uidiſſet, admouit pectori meo leniter manum: Et nihil (inquit) periculi eſt, lethargum patitur, communem illuſarum mentium morbum. ſui pauliſper oblitus eſt. Recordabitur facile, ſi quidem nos ante cognouerit. Quod ut poſſit pauliſper, lumina eius mortalium rerum nube caligantia tergamus. Hæc dixit, oculoſq; fletibus undantes contracta in rugam ueſte ſiccauit.

Hac proſa Boethius refert, quidnam philoſophia lamentabili carmine finito, circa eum tentauerit, vtq; primū molli ſermone languentem fuerit allocuta, deinde contracta in rugam veſte, oculos eius lachrymis vndantes deſiccarit. Luminibus ] oculis Atqui ] ſed, dictio eſt Boëthio vſitata. Talia contuleramus arma ] . Valerius Maximus libro tertio: Eſt ⁊ illa vehemens, ⁊ conſtans animi militia, literis pollens, venerabilium doctrinę ſacrorum antiſtes philoſophia, quę vbi pectore recepta eſt hominum, inhoneſto atq; inutili affectu depulſo, totum in ſolidę virtutis munimento confirmat, potentiusq; metu ac dolore facit. Antiſthenes cynicus dixit, virtutem arma eſſe, quę tolli non poſſint Niſi pri. abie. ] Virtus enim ⁊ philoſophia hominē nō deſerit, niſi prior ipſe eam volūtario peccato abiiciat. Pudore. ] Pudor eſt timor iuſtę reprehenſionis. Stupor vero eſt quędam ſenſuum alienatio. Lethargum. ] Lethargus, grece λήθαργος, eſt marcor ⁊ inexpugnabilis pene ſomni neceſſitas cum alienatione mentis, in quo a phrenitide, non loco, ſed materia diſtat. Phrenitim ſanguis, aut bilis flaua conciliat, lethargū pituita humidior ⁊ frigidior, qua cerebrum diluitur. Accidit in eo morbo rerum omnium obliuio. Atqui. Pudor. Stupor. Letharg⁹. Phrenitis.

## Metrum III. libri .I.

TVnc me diſcuſſa liq̄runt nocte tenebrę,
Luminibusq; prior rediit uigor,
Vt cum præcipiti glomerantur ſidera coro,
Nimboſisq; polus ſtetit imbribus,
Sol latet, ac nondum cælo uenientibus aſtris,
Deſuper in terram nox funditur.
Hanc ſi *Thraicio boreas emiſſus ab antro
Verberet, & clauſum reſeret diem,
Emicat, & ſubito uibratus lumine phœbus,
Mirantes oculos radiis ferit.

*Thraicio antro

Carmen eſt dicolon, diſtrophon, conſtans altero verſu

heroico, altero alcmanio, dactylico tetrametro, acatalecto: qui componitur quatuor dactylis, interdum tamen preterꝙ in quarta regione, ſpondeum admittit. Hoc aũt Boethius oſtẽdit ſe mox deterſis ab ea ſuis oculis, philoſophiam nutricem ſuã libenter agnouiſſe. Quod quidẽ rectiſſime dictum eſt. Nemo enim philoſophiam ipſam, id eſt ſapientiam, qua intellectus veritatem contemplatur, niſi depulſa prius perturbationũ caligine, ⁊ purgatis animi oculis poteſt intueri. Tunc] vbi philoſophia veſte ſua oculos meos deterſit. Diſcuſſa] diſiecta, diſſipata. Nocte] veri ignoratione, ⁊ prauarum affectionum caligine. Tenebrę] animi cęcitas, ⁊ mentis obtenebratio. Luminibus] oculis animi. Rediit] redditus eſt, ac reſtitutus. Uigor] vis ⁊ facultas veri cognoſcendi. Ut cum precipiti] Sane ꝙ eleganti congruaꝙ comparatione oſtendit priſtinam ſibi intelligendi vim reſtitutam eſſe, quemadmodum obſcurato nubibus aere, ſi flet aquilo, ⁊ propellantur nubes aeris ſerenitas, ſoliſꝙ lumẽ cõtinuo reducit. Ut] velut. Cũ] quando. Precipiti] rapido. Glomerãtur] inuoluunt. obducuntur, ⁊ quaſi cõglobãtur. Coro] vento occiduo aduerſus aquilonẽ flãti. Polus] cęlum. Stetit] ſtare videtur, preteritum tempus pro preſenti poſitũ. Sol latet] non apparet. Nondum c. v. aſt] id eſt, ante legitimum noctis tẽpus. Deſuper] ſuperne. Nox] noctis obſcuritas. Hanc] noctem. Thraicio ex antro] quia boreas Italis ex antris Thracię videtur emitti. Thracius autem, thraicius, ⁊ threicius in eodem ſignificatu dicuntur. Lucanus:

Thracius. Thraicius. Threicius.

Quantus piniferæ boreas cum Thracius Oſſę.

Boethius in huius operis tertio:

Vates Thraicius gemens.

Horatius in primo carminum:

Quod ſi Threicio blandius Orpheo.

Referet] aperiat, patefaciat. Diem] lucẽ. Emicat] apparet. Subito] repẽtino. Uibratus] motus, agitatus. Ferit] percutit. Mirãtes oculos] id eſt, oculos hominum mirantium repentinam ſerenitatem. Breuior ſum circa hoc carmen enarrandum, quod viſum ſit non ab re fore, ſi Auguſtini Dathi epiſtola quędam (qua idẽ non minus erudite ꝙ eleganter exponitur) hoc loco fue

rit appoſita, idq; illius titulo, cũ (qua ſum ingenuitate) aliena mihi nolui arrogare,

Ne ſi forte ſuas repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula riſum
Furtiuis nudata coloribus.

Eſt igitur illius hęc epiſtola,

Auguſtinus Dathus Bernardino Salutem.

Cupis Bernardine (vt ipſe ais) eorũ expoſitionem verſuum, quos Seuerinus Boethius libro de philoſophię conſolatione modulatus eſt, nõ multo poſt operis initium, quum ait: Tunc me diſcuſſa liquerunt nocte tenebrę. Et reliquum deinceps poema. Laudo te atq; ingenium tuum, & quod Seuerini legendis gaudeas, te Bernardine vehementer probo. Fuit enim e noſtris, ſingulari vir doctrina, ac nullius diſciplinę rudis, latinum eloquium non ſolum pcalluit, ſed etiam plurimum illuſtrauit. Quod indicãt cum alii libri eius complures, tum vel is maxime, qui de philoſophię conſolatione inſcribit. Quo certe in loco ſummã ipſius philoſophię vim & laudem patefacit, quando illa autore, ignorantię tenebrę propelluntur, & veritatis ſplendor & claritas eluceſcit. Nam cum homo perturbationum cęcatus caligine magnis implicetur erroribus, philoſophia ipſa accedente, quodammodo reſipiſcit. & ad humanę naturę reuertitur dignitatem. Duplex nãq; eſt verę ſapientię gradus, ac primus quidem impedimenta tollit. ſecundus veritatis cognitionem inducit. qua nulla eſt homini ſuauior alimonia. Bene igitur qui antea in maximis ignorationis tenebris verſaretur, philoſophię (quę ſapientię ſtudium profitetur) clareſcente luce, illa dicit, quę in propoſito poemate continentur:

Tunc me diſcuſſa liquerunt nocte tenebræ,
Luminibusq; prior rediit vigor.

Primus ſapiẽtię gradus eſt, impedimenti remotio. hinc dicitur. Tunc diſcuſſa nocte .i. obſcuritate ſublata, liquerunt me tenebrę, quod eſt ignorantię cęcitas, ac mentis caligo. Secundus gradus infertur ſapiẽtię, cum addit:
Luminibusq; prior rediit vigor.

diem μεσημβρίαν, ſeptentrionem ἄρκτον vocant Igitur
reiectis ac depulſis ab aquilone nubibus,

*Emicat, & ſubito vibratus lumine phœbus,*
*Mirantes oculos radijs ferit.*

Phœbus,idem qui & ſol quemadmodum luna phœbe. Phœbus.
Sol autem fons luminis eſt,vt Cicero inquit,ac ſubito Phœbe.
emicat,non ſolum quum aurora precunte cunctas com-
pleuit lumine terras, ſed & cum abſceſſu nubium repẽte Vibratus.
diffunditur,& orbem vniuerſum ſua luce complet.Uibra
tus, criſpatus dicitur. & tam vibratus, ꝙ feriens ocu-
los dicitur, a telo tranſlatione ſumpta. & fulgenti gla-
dio cuius vtrunqꝫ proprium eſt, tum vibrari, tum etiam
ferire.Itaqꝫ non gladij ſolum,ſed etiam oculorum acies
dicta eſt. Noſtra vero acies ab obiecti ſolis luce circun-
funditur,vt ſolem intuentes diutius,lumen oculorũ amit-
tant,& ab excellentiore luce penitus obruantur. Sed,vt
redeat ad rẽ propoſitã ſermo)tota autoris in eo poema
te circa duplicem ſapiẽtię gradũ verſatur intentio, vt pri-
mum impedimenta faceſſant, quę ſunt animi perturba-
tiones,& fortunę feriẽtis iacula:deinde perſpicua ſucce Philoſo-
dat veritatis cognitio,quam philoſophia & ſapientię ſtu phia.
dium inuehit:cum ſit illa quidem rerum omnium & diui-
narũ & humanarũ cognitio, lux veritatis, atqꝫ idcirco
dux vitę, virtutũ venatrix,vitiorũ expultrix.Anim⁹ nr̃ cę Animus nr̃ celo cõparatur
lo cõparatur, q̃d nunc nubibus tenebreſcit,nũc ſerena tẽ
peſtate nitet. Et animus noſter nunc perturbationibus
cõfunditur, & magnis implicatur erroribus, nũc ſyncera
et perſpicua veri cognitione claret. Quibus contrarijs
ex rebus contraria quoqꝫ miſerię & felicitatis oritur ra-
tio. Quod ſi queris,quid ſit luminibus priorem redire
vigorem,id non abſurdum ſit interpretari ſecundũ Pla
tonis ſententiam, qui animum diuinũ & ęternũ aſſerit, &
rerum omnium cognitione perfectum, carcere vero cor
poris & carnis ergaſtulo confundi,atqꝫ immemorem fie-
ri,ſed ſtudio & exercitatione priſtinam recuperare noti-
tiam.Aut(ſi id non probatur)hominem intelligit Seue-
rinum antea in philoſophię verſatum ſtudijs, et idcirco
luce veritatis illuſtratum, ſed per animi perturbationẽ
atqꝫ mœrorem oblitum prioris claritatis,rurſum philo-
ſophię ſtudia repetẽtem, priſtinam quoqꝫ veri cogniti-
onẽ recipere. Utrum ſit probabilius,tuo relinquo iudi-
cio. At mea ſententia vtrunque non iniuria probari

poſſit. ⁊ pꝛecipuã philoſophantis vtilitatem oſtendit.
Nos diuinum fatemur animum, ⁊ id nobis cum Plato
ne conuenit. Sed diuinum, hoc eſt, a deo creatum in-
telligimus atq; infuſum coꝛpoꝛi, ſemper vero fuiſſe nega
mus, futurum ſemper non inficiamur. Poſtremo, vt bꝛe-
uius que dicta ſunt omnia perſtringamus, ſcito ergo
quod diuidit hoc poema in duas partes. In pꝛima decla
rat Boethius philoſophie accedentis effectum, in ſecun
da eundem per ſimilitudinem patefacit. Effectus adue
nientis philoſophie duplex eſt, ignoꝛantie tenebꝛas de-
pellere, ⁊ lucem inducere veritatis. De pꝛimo dicitur:
Tunc philoſophia interueniente, tenebꝛe ſcilicet igno-
rantie liquerunt me, diſcuſſa nocte, obſcuritate ſublata.
De ſecũdo dicitur, Et pꝛioꝛ vigoꝛ, id eſt. certa ⁊ veri no
titia, redijt, recuperatus eſt luminibus, quod eſt mentis
oculis. Deinde additur ſimilitudo. Animus noſter celo
comparatur. Celum nunc tenebꝛeſcit nubilo, nunc ſere-
no nitet. Et animus noſter nunc perturbationibus ⁊ er
roꝛibus implicatur atq; confunditur, nunc veri cogniti-
one niteſcit. Ut] id eſt, velut quum ſidera congloban
tur. pꝛecipiti, rapido. coꝛo, vento ab occidente flante. ⁊
polus, id eſt, celum hac in parte ſtetit, ſtare viſus eſt. cũ
aſtroꝛum curſus maxime oſtendat celi motum, vt laten
tibus aſtris ſtare celũ videatur. Nimboſis imbꝛibus]
id eſt, impetuoſioꝛibus pluuiis. Sol latet] abſcõditur,
nondum celo venientibus aſtris, quod fieri ſolet poſt ſo
lis occaſum. Nox] id eſt, noctis obſcuritas deſuper in
terrã funditur, emittitur, ante tẽpus nox terris incubat.
At] ſed econtrario ſi boꝛeas emiſſus ab arcto, a ſepten-
trionali plaga, vel Thꝛacio antro, quod ex cauis antris
vẽti p:oficiſcanẽ. Uerberet, ſcilicet celũ ⁊ nubes: ⁊ reſe-
ret, aperiat, clauſum. ſcilicet per nubium obſcuritatẽ. diẽ,
diei claritatem. Phœbus] ſol. emicat, ſplendeſcit. ⁊
vibꝛatus, criſpatus. ſubito, repentino. lumine, fulgoꝛe. fe
rit, verberat. mirantes, aſpectantes oculos. radiis, ſue
luce claritatis. Sed hec delibauiſſe ſatis ſit hactenus.
Tu vale ⁊ ſtudiis incumbe, ⁊ te huiuſcemodi exercitati-
onibus vehementer oblecta.

## ¶Proſa tertia.

HAud aliter triſtitiæ nebulis diſſolutis,

hauſi cælum, & ad cognoſcendum medicantis faciem mentem recepi. Itaq; ubi in eam deduxi oculos, intuitumq́; defixi, reſpicio nutricem meam, in cuius ab adoleſcentia laribus obuerſatus fueram, philoſophiam. Et quid(inq̃)tu in has exilij noſtri ſolitudines o omnium magiſtra uirtutũ, ſuperno cardine delapſa ueniſti? An ut tu quoq; mecũ rea falſis criminationibus agiteris? An (illa inquit) te ô alumne desererem, nec ſarcinã (quã mei nominis inuidia ſuſtuliſti) communicato tecũ labore partirer? Atqui philoſophiæ fas non erat, incomitatum relinquere iter innocentis. meam ſcilicet criminationem uererer? & quaſi nouum aliquid acciderit, perhorreſcerem? Nunc enim primum cenſes apud improbos mores laceſſitam periculis eſſe ſapiẽtiam? Nonne apud ueteres quoq; ante noſtri Platonis ætatem, magnum ſæpe certamẽ cũ ſtultitiæ temeritate certauimus? Eodemq́; ſuperſtite, præceptor eius Socrates iniuſte uictoriam mortis me aſtante promeruit. Cuius hæreditatem cum deinceps Epicureum uulgus ac Stoicum, cæteriq́; pro ſua quiſq; parte raptum ire molirentur, meq; reclamantem, renitẽtemq́; uelut in partem prædæ traherẽt, ueſtem quam meis texueram manibus, diſci-

derũt,abreptíſq; ab ea panniculis, totam me ſibi ceſſiſſe credẽtes,abiere. In qbus quoniã quædam noſtri habitus ueſtigia uidebantur, meos eſſe familiares imprudentia rata, nonnullos eorum profanæ multitudinis errore peruertit. Quod ſi nec Anaxagoræ fugam, nec Socratis uenenum, nec Zenonis tormenta (quoniã ſunt peregrina) nouiſti: at Canios, at Senecas, at Soranos (quorum nec peruetuſta nec incelebris memoria eſt) ſcire potuiſti. Quos nihil aliud in cladẽ detraxit, niſi q̄ noſtris moribus inſtituti, ſtudijs improborum diſſimilimi uidebãtur. Itaq; nihil eſt quod admireris, ſi in hoc uitę ſalo circunflantibus agitemur procellis, quibus hoc maxime propoſitum eſt, peſſimis diſplicere. Quorum quidẽ tametſi numeroſus exercitus, ſpernendus tamen eſt: quoniam nullo duce regitur, ſed errore tantum temere ac paſſim lymphante raptatur. Qui ſi quãdo contra nos aciẽ ſtruens ualentior incubuerit, noſtra quidem dux copias ſuas in arcem contrahit, illi uero circa diripiẽdas inutiles ſarcinulas occupãt. Ac nos deſup irridemus uiliſſima rerũ quęq; rapiẽtes, ſecuri totius furioſi tumultus, eoq; uallo muniti, quo graſſanti ſtultitiæ aſpirare fas nõ ſit.

Narrat nunc Boethius, quemadmodum priſtino ſi-

bi vigore reſtituto, agnitam philoſophiam ſit allocutus, eaq; beneuolentiſſime reſponderit, docueritq; olim ita comparatum eſſe, vt improbis odio ſint virtutum ac ſapientię ſtudioſi. Proinde magis gaudendum illi, ꝙ̃ dolendum eſſe, ſi ob morum diſſimilitudinem peſſimo cuiq; diſpliceat, & ſapientię vallo munitus incaſſum profanę multitudinis armis impetatur. Haud aliter] non alio modo, ꝙ̃ ſerenitate reducta ſolis aſpectus redditur. Hauſi] inſpexi. Medicantis] oculorum caligini remedium afferentis. Diduxi] aperui. Diducere enim diuidere eſt, aut aperire. Deducere vero, deorſum ducere. *Diduco. Deduco.* Caue ne hic deduxi legas, niſi intelligas Boethium in editiore lectuli parte cubantem, deduxiſſe, hoc eſt, deorſum duxiſſe) oculos in philoſophiam eiuſdem lectuli extrema in parte cōſidentē. Ab adoleſcētia] ea nāq; ętas inchoandis philoſophię ſtudijs eſt idonea. O omnium magiſtra virtutum.] Cicero in quinto libro Tuſculanarum quęſtionum: O vitę philoſophia dux, o virtutũ indagatrix, expultrixq; vitiorum, quid non modo nos, ſed omnino vita hominum ſine te eſſe potuiſſet? Tu vrbes peperiſti, tu diſſipatos homines in ſocietatem vitę conuocaſti. tu eos inter ſe primo domicilijs, deinde coniugijs, tum literarum & vocum communione iunxiſti. tu inuentrix legum, tu magiſtra morum & diſciplinę fuiſti. Ad te cōfugimus, a te opem petimus. Tibi nos vt antea magna ex parte, ſic nūc penit⁹ totosq; tradimus. Hactenus Cicero. *Laus philoſophiæ.* Superno car.] de cęlo. An,] ſubaudi ideo in has exilij noſtri ſolitudines veniſti. Quoq;] etiā. Rea agiteris] accuſeris. Reum agere, eſt accuſare. Peragere vero reum, condemnare. *Reum agere. Peragere reum.* Illa] philoſophia. Alumne] Boethi, quem alui. Sarcinam] onus. Partirer] partitam ſuſciperem, aut vltro potius eius partē ſubirē. Quam mei nominis inuidia ſuſtuliſti] Eo enim improbi Boethium & exoſi ſunt, & criminati, quod philoſophus eſſet, & iuſtitię cultor. Scilicet] q.d. minime. Cenſes] nunquid cenſes? hęc enim per interrogationē ſunt legenda. Laceſſitam] prouocatam, impetitam. Noſtri Platonis] philoſophorum principis, & quem tu quoq; in iſto opere potiſſimum imitaris. Plato Athenienſis philoſophorum gentilium pręſtantiſſimus, Socratis diſcipulus, Ariſtotelis pręceptor, cuius vitam memorię prodidit Diogenes Laertius, deinde Guarinus Vero- *Plato.*

nenſis, & Marſilius Ficinus. Plato & ipſe in maximis periculis, eo quod philoſophus eſſet, verſatus eſt. ſuper quo M. Tullius in oratione pro C. Rabirio. Uirum, inquit, vnum totius Grecie facile doctiſſimum Platonem, iniquitate Dionyſij Sicilie tyranni. cui ſe ille commiſerat, in maximis periculis inſidijsque eſſe verſatū accepimus. Caliſthenem doctum hominē, comitem Magni Alexandri, ab Alexandro necatum. Demetrium & ex republica Athenis, quam optime digeſſerat, & ex doctrina nobilē et clarum, qui Phalereus vocitatus eſt, in eodem loco, Aegyptio regno, aſpide ad corpus admota, vita eſſe priuatum. Hactenus Cicero. Certamen certauimus] Elegans locutio, qualis illa Lucilij,

Caliſthenes. Phalereus

Pugnam pugnauimus magnam,

Eodem] Platone. Superſtite] adhuc viuente. Socrates] Hic Athenienſis philoſophus clariſſimus, filius Sophroniſci marmorarij & Phanarete obſtetricis, moralem philoſophiam abunde tractauit. Hic cum aliquando Anytum Athenienſem virum locupletem & factioſum rideret ob eius ineptias, Ariſtophanes comicꝰ doctus quidē, ſed homo parum probatus, accepta grādi pecunia ab Anyto, contra Socratem comœdiā ſcripſit, cuius inſcriptio eſt νεφέλαι, id eſt, nubes ſeu nebule: qua quidem inter ceteras criminationes illud confinxit, ab eo nebulas coli, & Athenienſiū religiones obtrectari, & preter hoc iuuenū mētes ſic imbui, vt parentibꝰ manus inferre pie et officioſe poſſent. Que res accuſantibꝰ Anyto, Lycone, & Melito (vt Plato in apologia pro Socrate ſcribit) quū vniuerſum populū in Socratē concitaſſet, furore quodā & ira, morte dānatus eſt, qui paterā cicute publicitus datam intrepide hauſit, tantumque abfuit, vt vltionem quereret, vt contenderit ſemp illū miſeriorem eſſe qui faciat, quam qui afficitur iniuria. Populus autem Athenienſis mortem eius mox ita doluit, vt accuſatores illius vel morte vel exilio plecteret, & ipſi Socrati ſtatuam eream dedicaret. Grece ſcribitur σωκράτης. hinc prima ſemp eſt producēda. Quare obiter ſtudioſum lectorem admonemꝰ, vt emendet verſiculū in libro noſtro epiſtolarū moraliū, ſic impreſſum epiſtola decima:

Socrates

Emendanda quædā in epiſtolis Moralibꝰ Murmel.

Mortuus eſt Socrates, mortuus eſtque Plato.

Sic enim legendum ſcripſimus.

Mortuus Iſocrates, mortuus eſtq; Plato.

Imitati enim ſunius Catonem maiorem Ciceronis, vbi & Iſocratis & Platonis meminit, quorũ vterque longęuus fuit. In eadem epiſtola perperam legitur:

Valida ſoluit in orbe manu.

pro ſęuit. Item in ſecũda epiſtola, Quamuis parum, pro quamque parum. Sed nunc nõ erat hic locus: quare hęc miſſa faciamus, ad inſtitutum reuertentes. Promeruit victoriam iniuſtę mortis me aſtante.] Nam philoſophicis diſputationibus approbata animorum immortalitate, intrepide venenum bibit, mortemque iniuſtam vicit, & innocentia ſua iniquam ſui condemnationem in accuſatores retorſit iuſte condemnatos. Cuius hęreditatem cum deinceps Epicureum vulgus ac Stoicum, cęterique] Magna laus Socratis, q̃ verã philoſophię poſſeſſionem habuiſſe dicitur, vnde plerique diſcipulorũ eius tantum ſibi particulas diripuerunt. Socrates eñi primus omnium philoſophorum de vita & moribus diſputauit, ſed mira quadam ironia, & ſingulis de rebus ita vehementer in vtranque partem, vt ſinguli pene eius diſcipuli (vt ſunt diuerſi humanorum ingeniorum captus) nõ quod ille ſentiret, ſed quod ſibi maxime conſentaneum videretur, ex huiuſmodi diſputationibus ſibi arriperent. Hinc exortę ſunt varię diuerſęque philoſophorum ſectę. Diſputauit quandoque Socrates de corporis voluptate, ſed in vtranque partem diſputauit. Hi igitur, quorũ ingenium in eam fuit propenſius, non quę ille aſſereret, ſed quę ſibi magis placerent, inde ſumentes, ſuauem in ſenſibus motũ, id eſt, voluptatem, ſummum bonum eſſe dixerunt. Zeno autẽ Citticus, & qui ab eo ſunt exorti Stoici, in ſola virtute felicitatem poſuerunt. Alii vero alia ſenſere, vt erudite Beroaldus explicat in eo quẽ de felicitate cõſcripſit, libello. Epicureũ vulgus] Epicurus Athenienſis philoſophus, dialecticę contemptor, corporis voluptatem dixit eſſe ſummũ bonum. Hinc Epicurei eius ſectatores. Bene autem dixit Epicureum vulgus, quia plurimi ſunt. Unde Lactantius in libro de falſa ſapiẽtia, capit. 17. Epicuri diſciplina multo celebrior ſemper fuit, q̃ cęterorum: non quia veri aliquid afferat, ſed quia multos ad populare nomen voluptatis inuitat. Nemo enim non in vitia pronus eſt. Stoicum] Stoici nomen ſortiti ſunt a porticu Athenienſi, in qua Zeno Citticus,

[Margin notes: Socratis diſputatio. — Epicurus. Epicurei. — Stoici.]

στοά. στωϊκός. ab oppido Cypri Cittio dict⁹, diſputauit. στοὰ enī græce, latine dicit̃ porticus, fornix, teſtudo. Hinc στωϊκός, o paruo in magnum mutato, Stoicus. Pro ſua parte] ſecundum vires ſuas. Quiſquis] figurate ſubaudiēdum moliretur. Raptum ire] incipere rapere. Molirent̃] tentarent, niterentur. Reclamantem] recuſantem, refragantē, contraq́ꝫ eos clamātē. Veſtem] philoſophicā diſputationē ſolida veritate cohęrentē, de qua ſupra in prima proſa. Diſciderunt] hoc ideo, quod in multas ſectas philoſophia diuiſa eſt. Pāniculis] fruſtulis, particulis. Noſtri habit⁹] .i. veſtis noſtrę Veſtigia] ſigna. Imprudentia] ſtultitia quę philoſophię ſemper aduerſatur. Nonnullos eorum] puta Cyrenaicos, Epicureos, ⁊ id genus reliq̃s. Profanę] indoctę ⁊ philoſophię ſacris non initiatę. Errore] falſa opinatione, quod voluptas ſit ſummū bonū. ⁊ quod diuina prouidētia mūd⁹ nō gubernet̃. Peruertit] deprauauit. ⁊ a veritate alienauit. Quod ſi.n.a.f.] Exemplis conuincit ſemp philoſophos indoctę multitudini fuiſſe inuiſos atq́ꝫ exoſos. Anaxagorę] hic Clazomenius gñe, philoſoph⁹ inſignis

Anaxagoras. fuit. Qui Athenis impietatis accuſatus, q̃d ſolem candētem dixerit laminam, ac penitus ignitam, fuga iudicio ſe ſubtraxit. vt quidam tradunt. Sunt tamen. q̃ dicūt eum in iudicium veniſſe, ⁊ miſericordia iudicum fuiſſe relaxatum. Lampſacum poſtea profectus, illic diem ſuum obijt. vbi rogātibus eū principibus ciuitatis nunq̃d fieri mandaret, iuſſiſſe ferunt, vt pueri quotannis quo menſe defeciſſet ludere pmitterēt̃, ſeruarīq́ꝫ hactenus eā cōſuetudinē Autor Laertius. Zenonis] Zenones octo fuiſſe tradit Laerti⁹: horū duo illuſtres philoſophi, alter de q̃

Zeno. diximus Stoicę diſciplinę autor Zeno Cittieus: Alter vero. de quo nūc dicēdum) Eleates dialectices, inuētor, vt et ſupra diximus. Is cum Nearchum tyrannum ſiue Diomedontē, vel (vt alij tradūt) Phalarim deijcere ac profligare voluiſſet, comprehenſus eſt. Quo tempore cum de conſciis inquireretur, omnes illius amicos coniurationis eſſe conſcios dixit. Deinde cum quippiam ſe in aurem tyranni clam loqui velle ſignificaſſet, eam mordicus correptā non ante dimiſit, q̃ꝫ rapta aure populatum caput reliquiſſet. Valerius Maximus: patientię exempla duobus Zenonibus aſſignat, Laertius et alij, vni Zenoni Eleatę. Cicero in ſecundo Tuſculanarum

queſtionum: Zeno proponatur Eleates, qui perpeſſus
eſt omnia potius, ꝙ conſcios delendę tyrannidis indica
ret. Idem in tertio de natura deorum: Anarchum De-
mocriteum a Cyprio tyranno excarnificatum accepi-
mus, Zenonem Eleę in tormentis necatum. Tertullia-
nus in apologetico: Zeno Eleates conſultus a Diony-
ſio, quidnam philoſophia pręſtaret, cum reſpondiſſet: cō
temptum mortis, impaſſibilib' flagellis tyrāni obiectus,
ſententiam ſuam ad mortem vſq; ſeruauit. Apud Suidā
ſic eſt: Zeno Teleutagorę filius, Eleates, aſſectator et
ęqualis Pythagorę Democritiq; (nā floruit olympiade
lxxviii.) Zenophanis auditor fuit. Is cum tentaſſet a ty
rannide Nearchi, vel (vt alii) Diomedontis Eleam pa
triam liberare, cōprehēſus, & indicare conſcios iuſſus,
linguam ſuam mordicus amputauit, atq; in tyranni fa-
ciem expuit. Denium coniectus in mortarium, crebris
ictibus contuſus, expirauit. Peregrina] externa. At]
ſed, vel ſaltem. Eſt autem hęc particula hoc loco ter le-
genda, pro qua indocti legunt aut. Sic enim repetita,
plus ponderis adiicit orationi. Canios] Plurali nume
ro propria nomina expreſſa, maiorem in oratione vim ha Canius.
bent. Quippe non ii tantum ſignificantur, quorū illa no-
mina ſunt, ſed etiam alii qui ſimiles illorum fuere. Ca-
nius Gaditanus poeta fuit, facundię lenis et iucundę,
de quo Martialis libro primo epigrammatum:

Gaudent iocoſe Canio ſuo Gades.

Hūc tradūt q̄dā rep̄hēſum a Liuio Patauino graui & no
bili hiſtoriographo, q̄d multarū gauderet amoribus his
verbis: Noſtrā philoſophiā participare nō poteris, dū a
tot participaris. Nō enim eo decore Latonā amat Tity
us, quod multi vultures multum diuellūt. Cui Canius:
Si quādo labor reſurgo cautius: Si paululū opprimor,
alacrius reſumo aerem. Uices noctium dies reddūt le-
niores. Sed tenebrarum perpetuitas, inſtar inferni eſt.
Sic lilia primęua verni ſoliis delicata tēporibus varieta
te tum euri, tum noti, tum zephyri lętitia effuſiore laſci-
uiunt. quibus vno ſpiritu fulminans Lybs incumbens,
occaſum facit. Sic Mars ruptis tendiculis in menſa cœ
leſti recūbit cōuiua ſuperū, a qua vxorius Mulciber ſuo
fune longe relegatur. Sic leuius ligant multa fila, quā
ſola catena. Sic mihi ſit, a philoſophia tibi ſolatium.
Hunc igitur in modum iocoſe ferunt Canium Liuio

reſpondiſſe. Uerum nunc quod ad rem inſtitutam pertinet, referamus. Canius eo quod ab improborum moribus diſſentiret, a Caio Ceſare Germanici filio, conſcius contra ſe facte coniurationis dictus eſt. Cui ſic reſpondit: Si ego ſciſſem, tu neſciſſes. Nihilo tamen ſecius ab illo crudeliter eſt necat⁹. De hoc eodē in ꝑrima proſa.

Seneca. At Senecas] L. Anneus Seneca Cordubēſis, Romā venit declamator egregi⁹, ꝗuis opera eius ad poſteros non peruenerint. Hic ſtatim eques factus, honores meruit, habuitqꝫ liberos, qs in Hiſpania ſuſcepat ex Elbia vxore, L. Anneum Senecam, Junium Anneum Gallionem, ⁊ Anneum Melcam: Seneca philoſophus ſimul ⁊ declamator, ⁊ poeta inſignis euaſit. Sub Nerone mortuus eſt, ſolutis venis. De hoc plura dicentur infra. An autem hic idem fuerit, qui tragœdias que extant, ſcripſit, nec ne, inter doctiſſimos nondum conuenit, tametſi quid ſuper hoc Sidonius Apollinaris ſcriptum reliqrit, non ignorem.

Soranus. At Soranos] Ualerius Soranus poeta ſummopere famigeratus fuit. Qui primus de deo maximo vera commentatus eſt, atqꝫ ob id creditur ab impiorū manibus in crucē ſublat⁹. Peruetuſta] nimis antiqua. Incelebris] infrequēs, non celebris. In cladē] in perniciem. In hoc vite ſalo] id eſt, mari. Sane ꝙ eleganſ metaphora. Quid enim aliud hoc ſeculum ꝙ mare procelloſum? Diuus Ambroſius in epiſtola ad Conſtantium: Suſcepiſti munus ſacerdotij. ⁊ in puppe eccleſie ſedens nauim aduerſus fluctus gubernas, Tene clauum fidei. vt te graues huius ſeculi turbare nō poſſint. procelle. Mare quidem magnū ⁊ ſpatioſum, ſed noli vereri: quia ipſe ſup maria fundauit eam, et ſuper flumina preparauit eam. Itaqꝫ non immerito inter tot mundi freta eccleſia domini tanqꝫ ſupra apoſtolicam edificatam petram immobilis manet, ⁊ inconcuſſo aduerſum impetus ſeuientes ſali perſeuerat fundamine. Alluitur vndis, non quatit. Salum dr mare, a ſapore ſalis. Uerg.

Salum. Perqꝫ vndas ſuperante ſalo.

Quorum] peſſimorum. Numeroſus] freqens. Temere] incōſulte, ſine cōſilio. abſqꝫ prudentia. Paſſim] mū huc, mō illuc, nullo certe fine ꝓpoſito. Lymphāte] furore vexāt. Lympho] furore vexo. Uale Sta. Flacc⁹:

Lympho. Lymphauerat vrbem.

D. Ambr.

It lymphante deo.

Unde lymphati ſiue lymphatici dicuntur furioſi, veſani, bacchabundi, qui vitium ex aqua contraxerūt, quod eſt huc atq; illuc diſcurrere. Qui] exercitus peſſimorum. Aciem] ordinem & inſtructionem militarem, ad iam dimicādum. Struens] inſtruēs. Noſtra dux] recta, ratio. ea enim dux eſt philoſophorū. Copias ſuas] exercitum ſuum ex virtutibus ſcientiisq; compoſitum. In arcem] in animi intellectum, quem Platonici in cerebro tanq; in arce conſtituunt. Pulchre autem perſtat in metaphora. Contrahit] colligit, congregat. Illi] peſſimi philoſophorum hoſtes. Inutiles ſarcinulas] bona externa & corporis. At] ſed. Deſuper] ex arce contēplationis. Uiliſſima queq; rerum] corporis & fortunę bona, quę prę bonis animi ſordidiſſima ſunt. Securi] nullam curam habētes, contēptores. Securus. tranquillus, qui ſine cura eſt, quaſi ſeorſum a cura. Interdū contemptor. Maro: Lymphatus Lympahticus. Securus

Securus amorum Germanæ,

Uallo] munimento virtutum. Quo] ad quod vallum. Graſſanti] gradiendo ſequenti. Aſpirare] iuxta accedere, adire. Fas non ſit] id eſt, nō liceat. Ualerius Maximus: Bonę mentis vſurpatio, nullum triſtioris fortunę recipit incurſum.

## Metrum IIII libri primi.

Quiſquis compoſito ſerenus æuo,
Fatum ſub pedibus dedit ſuperbum,
Fortunamq; tuens utranq; rectus,
Inuictum potuit tenere uultum:
Non illum rabies, minæq; ponti
Verſum funditus excitantis æſtum,
Nec ruptis quoties uagus caminis
Torquet fumificos Veſeuus ignes,
Aut celſas ſoliti ferire turres
Ardentis uia fulminis mouebit,

Quid tantum miſeri feros tyrannos
Mirantur ſine uiribus furentes?
Nec ſperes aliquid, nec extimeſcas,
Exarmaueris impotentis iram.
At quiſquis trepidus pauet uel optat,
Quod non ſit ſtabilis ſuiq; iuris,
Abiecit clypeum, locoq; motus
Nectit, qua ualeat trahi, catenam.

Cum vigeſimū ętatis annū agens, in frequēti eadēq; ornatiſſima Saxonum vrbe (cui Monaſterio nomen eſt) bonas artes audaci (vt inquit Horatius) paupertate impulſus, nō infeliciter profiteri cœpiſſem beneficio Johānis Gronij Monaſterienſis, viri ſane ꝗ̄ literati, ⁊ omnibus liberalibus apprime diſciplinis eruditi, plurimorūq; doctoris laudatiſſimi, ac vel longiore vita, vel minus miſerabili mortis genere digni, peruenerunt in manus meas aliquot paginę Rodolphi Agricolę Friſij, viri tum doctiſſimi, tum eloquentiſſimi, in ſubſequētem primi huius libri partem (vltimo carmine excepto) enarrationes autographas continentes, quas ille quondam Groningę ſcripſerat rogatu Lamberti Groningenſis, medicinę doctoris, ſingulari ⁊ doctrina prędıti ⁊ experiētia, cum (vt ex eo fando familiariter accepi) in patria ſua librorum de philoſophię conſolatione explanationem auſpicatus, ad hoc carmen perueniſſet. Quiſquis cōpoſito ſerenus ęuo. Quo factum eſt, vt hinc eruditiſſimus Agricola ſumpſerit initiū, reliqua tractaturus opportuniori tempore, ſi per alias occupationes, ⁊ immaturam mortem licuiſſet. Scripſit aliquanto plura in Boethium, ꝗ̄ ad me peruenerunt, quę receperat mihi Lambertus idem, cuius modo memini, ſe cōmodaturū, vt ea quoq; mihi ſtudioſiſq; exciberem: cōmodaſſetq; ſane ꝗ̄ libens, niſi repentina eius tranſmigratio quo minus id fieret, obſtitiſſet. Cū autem hęc quę tranſcripta ſunt, talia mihi videantur, vt ſtudioſorum Boethiii lectione ſint digniſſima, non poſſum ea non hoc loco ſubijcere, prępoſito illius nomine: ne quid glorię mihi credulus lector ex alieno imbuat labore, neue cādidiſſimę margaritę diutius in mea dacty-

lotheca ſine honore dilitefcant. Addã aũt quibuſdam lo cis mea qualiacũq; , eaq; paucis perſtricta , ne fortaſſe prolixitas tędium pariat nauſeamq; lectori delicato.

¶ Quiſquis cõpoſito] Metrũ eſt hendecaſyllabum.i. vndecim ſyllabarum. Phaleucium dictum a Phaleuco autore eius, Pentametrum, conſtans ſpondeo, dactylo tribus trocheis. Sententia eius dependet ex eo , quod prędixit ſub perſona philoſophię ſapientẽ eo virtutũ munimento tutũ & defenſum eſſe, quod nulla ſtultorum aut improborũ hominũ vis & iniuria poſſit perrũpere. Subdit ergo quiſquis animũ ſuum recte cõpoſuit, & caſus rerum humanarũ contempſit, illũ nihil poteſt deinde pturbare animo, aut mentẽ eius cõmouere. non pericula maris, nõ terrarũ motus aut incendia, nõ aerẽ turbines aut perturbatiões, nec etiã ſęuitia aut violẽtia humana, ſed omnia negligit, & pro nihilo ducit. Contra vero, q̃ nõ eſt compoſito & firmo animo, ſed timet aliquid, vel optat, ille, quia non eſt ſui iuris , ſed ex metu alieni mali , vel ſpe alieni boni pendet, abiecit clypeũ.i. munimentũ virtutis ſuę. & depulſus a loco ſuo in quo ſtabat, & quẽ defendere debebat nectit catenam, qua valeat trahi.i. viam prębet, qua poſſit ſibi noceri. ſecundũ ſententiã enim Stoicorũ, nemo lędit̃ niſi a ſeipſo. alij enim res noſtras, hoc eſt, diuitias vel honores, vel famã, vel reliqua huius gñis, lędere poſſunt, nos vero, hoc eſt, mentẽ noſtrã, q̃ eſt pręſtantiſſima pars noſtri, lędere non poſſunt. Quiſquis] .i. quicunq;. huiuſmodi eñ dictiones geminatę hoc ipſum ſignificat, quod cũ hac particula cũq; cõiunctę. Ut Terẽtius in Eunu. tu quatus quantus es.i. quantuſcũq; es. & in eadem comœdia, vbi vbi eſt.i. vbicũq; eſt. Cõpoſito] Cõponere aliqñ ordinare, vel recte inſtituere ſ̃cat , vt hoc loco. & Uergilius in primo Aeneidos:

RODOL AGRIC.

Quiſquis

Cõponere

Et tandem placida compoſitus pace quieſcit.

Aliquando ſignificat pacare. Uergilius in Buco.

Non noſtrum inter vos tantas componere lites.

Aliquando comparare. Idem in Bucol.

Sic paruis componere magna ſolebam.

Aliquando coniungere. Perſius:

Compoſitum ius faſq; animi.

ſic dicimus cõponere librũ. & cõponere ignẽ. Serenus] a ſerendo dictũ eſt, quaſi tẽpus accommodatum ſationi. nã de tẽpore ꝓprie dicit̃ ſerenũ , ſicut amœnũ q̃d aptũ

Serenus

amari, ⁊ egenum ab egendo, ⁊ plenum a plere inuſitato
Aeuum verbo dicitur. Aeuum] a greco αἰών dicitur, quod la
Fatum tine ſeculum ſignificat. id alii tempus quinquaginta, alii
centum annorum eſſe volunt. Capitur hic per ſynecdo-
chen pro vita, quam hic peragimus. Fatum] dictū eſt
quia de⁹ id fatus eſt id eſt, dixit. hoc eſt, iuſſit vt fieret.
Sub pedibus dedit] legendum eſt. non egit, ſicut pluri-
mi libri habēt. Neqꝫ enim aliter ſtabit verſus, cuius ter
tium pedem trocheum eſſe oportet: qui ſi egit, ⁊ non de-
dit dicatur, iambus fiet. Fuit autem dicendum Boethio.
ſub pedes dedit, ⁊ non pedibus. ex natura prępoſitionis
ſubiunctę cum verbo quod motum ad locum ſignificat.
Legendum ergo eſt figurate, vt ſit vna dictio ſub ⁊ de-
Tmeſis dit, ⁊ per tmeſim figuram quę ſectio latine intelligitur,
interpoſitum ſit pedibus, vt ſit, ſub pedibus dedit, id eſt,
Fortuna ſubdidit pedibus. Fortunā] Fortuna a fors dicitur,
Fors quę a ferēdo dicta eſt: quia res humanas ferat, hoc eſt
agitet ⁊ regat. dicimus autem ſingulariter fortunam vel
deam (vt vetuſtas putauit) vel caſum, per quem res ho-
minū voluuntur inſtabiles ⁊ incertę. pluraliter vero pro
bonis fortunę ⁊ pręcipue pro diuitiis dicimus fortunas.
Uultum] Uultus a facie differt, quia facies eſt habitu-
Vultus do naturalis inſita cuiqꝫ. Uultus ex gaudio ſiue triſti-
tia mutatur, ſicut voluntas. Nam a volendi verbo vul-
Facies tus deſcendit. Facies a faciendo dicta eſt, quia res ſic
ſit facta. dicimuſqꝫ non ſolum hominis, ſed ⁊ pecudis ⁊
loci faciem, hoc eſt, formam vel figuram. Uultus ſolius
Pontus eſt hominis. Pontus] apud poetas pleruſqꝫ pro mari
accipitur per ſynecdochen, eſtqꝫ pars maris quędam vl
tra Conſtantinopolim poſita, quam hodie nautę vocant
mare leonis, a qua vicinę gentes ponticę vocantur. grę-
cum nomē eſt pontus, dictum, quaſi laborioſus, quia ſem
per tempeſtatibus agitatur. nam ponos gręce laborem
Aeſtus ſignificat. Aeſtum] Aeſtus a quo ęſtas dicta eſt fer-
uorē ſignificat. vnde ⁊ motus ille maris qui fit per fluxū
Aeſtuariū ⁊ refluxum, ęſtus ab autoribus latinis dicitur, quia mare
ęſtuare, ⁊ tanqꝫ ebullire videtur. itaqꝫ Plinius ęſtuariū
dixit locum, in quē ſe ęſtus maris effunderet. Ego etiā
Stufa crediderim (quā hodie barbare ſtufam vocamus ſecun
Balneum dum ſonum Germanicę linguę) eius nomen ab ęſtuario
Caminus corruptū ⁊ deprauatū eſſe, eā Plinius caldariā vocauit.
Nam vbi lauantur, balneū proprie dicit. Caminus] a

καίομαι grece, quod eſt ardeo dicitur. eũ latine Mar-
tialis fumarium vocauit: hoc loco ꝑ metaphorã accipit Fumarium
pro antro vel cauerna, ꝑ quã Ueſeuus flãmas emittit. Veſeuus
Ueſeuus mons eſt in Cãpania, nõ lõge a Neapoli ſemꝑ
ardẽs, q̃ nõnunq̃ tantis ardoribꝰ agitat̃ ⁊ ęſtuat, vt oia
vicina terremotibus maximis cõcutiant̃, agri tegant̃ ci
neribus. eſt ⁊ alius immenſę altitudinis in alpibus, q̃ ve
ſulus, nõ veſeuus (vt nõnulli indocti dicũt) vocat̃. Cel- Veſulus
ſas] a cello inuſitato verbo dicit̃. vnde ꝑcello, excello, Celſus
antecello dicunt̃. Turris] quaſi, terris, q̃a hoſtes ter-
reat, dicta eſt. Fulmẽ] ſicut fulgur a fulgẽdo dictũ eſt. Turris
Tyrannos] grece principẽ ſignificat. Inde Uergilius Fulmen
dixit in ſeptimo Aeneidos: Tyrannus

Pars mihi pacis erit, dextram tetigiſſe tyranni.

Quia vero Greci ſemper cupierunt eſſe liberi ⁊ ſine regi
bus, idcirco tyranni nomen apud eos, ⁊ hinc apud oẽs
inter deteſtanda eſt habitũ. Exarmaueris] pro exar-
mabis, vt fere vult Priſcianus accipi in huiuſmodi locis
cõiunctiuum pro indicatiuo, q̃q̃ tamẽ forte rectius in-
terpretabimur ꝑ poteris exarmare, vel, eſt vt exarmes.
Impotens] Impotẽs dicit̃ plerũq; in malã partẽ; vt nõ Impotens
ſit idem quod debilis vel imbecillis, ſed q̃ nõ potẽs ſui,
vt ſunt plerũq; homines in magna fortuna poſiti. Ita di
cit Plinius in epiſtolis: Scio q̃ ſit amor impotens ſemꝑ.
ſic etiã dicimus impatientẽ amoris, impatientẽ irę, non
quia non patiat̃, ſed quia nõ cõmode patiatur. Abiecit
cly. lo. q; mo.] Periphraſis .i. circũlocutio eſt deſertoris,
qui locũ in acie ſibi a duce aſſignatũ relinquit. Non enim
licebat inſtituto militię veteris moueri loco, niſi feriẽdi
hoſtis cauſa, vel ſeruandi ciuis, vel reſumẽdi teli. Quod
dicit autem, abiecit clypeum, alluſit ad grecum nomen
deſertoris, quod eſt rhipſaſpis, id eſt, proiector clypei. ῥίψασπις
¶ Metrũ quod Agricola ⁊ aliĳ non pauci Phaleuciũ IOAN.
vocãt, pleriq; per ę diphthõgon potius phaleciũ dicũt: M V R.
nonnulli phalecinũ, aliĳ phaleuticũ. ſed cauendum omni-
no, ne more indoctorum per n falencium vocetur. Sere Serenus
nus] nubibus perturbationum vacuus: quemadmodũ
contra in vltimo huius carmine nubila mẽs dicitur pra-
uis affectionibus obducta. Ouidius:

Carmina proueniunt animo deducta ſereno.

Marſilius Ficinus in lib. Plotini de beatitudine, capite

12. Serenus autē ſemper eſt prob⁹, ſtatusq; eius q̄etus, affectioq; ſufficiens, quā nullum omnino eorū, q̄ mala dicuntur, ſi modo probus ille ſit, pturbat. Fatū] quid ſit. infra in.4. libro dicetur. Hic autem per fatum accipe, ex fato venientia. videt̄ aūt imitat⁹ illud Vergil. in 2. Geor.

Felix, qui potuit rerum cognoſcere cauſas,
Atq; metus omnes, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, ſtrepitumq; Acherontis auari.

Et illud Senecę tragici in Hercule Oetheo.

Quiſquis ſub pedibus fata rapacia,
Et puppem poſuit luminis vltimi,
Non captiua dabit brachia vinculis,
Nec pompæ veniet nobile ferculum.

Item eiuſdem verſus elegantiſſimos, qui ſunt in ea tragœdia, cui titulus Thyeſtes:

Rex eſt, qui poſuit metus,
Et diri mala pectoris,
Quem non ambitio impotens,
Et nunq̄ ſtabilis fauor
Vulgi præcipitis mouet,
Non quicquid fodit occidens,
Aut vnda Tagus aurea
Claro deuehit alueo,
Non quicquid Libycis terit
Feruens area meſſibus.
Quem non concutiet cadens
Obliqui via fulminis,
Non eurus rapiens mare,
Aut ſæuo rapidus freto
Ventoſi tumor Adriæ.
Quem non lancea militis,
Non ſtrictus domuit chalybs,
Qui tuto poſitus loco,
Infra ſe videt omnia,
Occurritq; ſuo libens
Fato, nec queritur mori.

Egit] optime placet, q̃d Agricola ſentit, dedit reſtituē-dū, vt verſus cōſtet. Fortunā vtrãq; & proſperā & aduerſam, Tuens] intuens. Rectus] inflexus. Cleobulus: Dū ſecūda fortuna arridet, ſuperbire noli: Aduerſa ꝑſtrepēte, noli frāgi. Fortunę mutationes fortiter diſce. Periander: Inter ſecūdas res eſto moderatus, inter aduerſas prudēs. Inuictū] cōſtantē, fortunę mutationib⁹ nō ſuccūbentē. Nō illū rabies &c. Sic Hora. i. 3. lib. car.

Iuſtum & tenacem propoſiti virum,
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non vultus inſtantis tyranni
Mente quatit ſolida, neq; auſter
Dux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna Iouis manus,
Si fractus illabatur orbis,
Impauidum ferient ruinæ.

Excitantis] ſic legēdum, vt rectiſſime ſentit Rodolph⁹ Langius, non exagitantis, vt vulgo cōtra metri rationē legitur in exēplaribus deprauatis. Veſeuus] hic ꝑpe Neapolim mons eſt in Campania, qui mutato priori nomine, Summa dicitur. Is aliquando cōflagrauit, vt Plinius in epl'is refert. Suetonius & Euſebius, imperante Tito tantū ex ſe incēdii emiſit, vt vicinas regiones, & cū hominibus vrbes exureret. Diuus Hieronym⁹ in quadam epiſtola: Non etenim ignes, non vulcania tellus, non Veſeuus & Olympus tantis ardoribus ęſtuant, vt iuueniles medullę vino plenę & dapib⁹ inflammatę. Dicit̃ & Veſuuius. Hinc Veſuuinus. Papinius: Veſeuus Veſuuius

Non adeo Veſuuius apex, & flammea diri
Montis hyems trepidas exhauſit ciuibus vrbes.

Celſas terras] Horatius:

Sepius ventis agitatur ingens
Pinus, & celſæ grauiore caſu
Decidunt turres, feriuntq; ſummos
Fulgura montes.

Feros tyrannos ] ſic legēdum eſt, non ſęuos, vt Rodolphus Langius duodecim abhinc annos a me cōſultus, ſe in exēplari q̃dā legiſſe rñdit. Abiecit clypeū] Autore

Philoſtrato libro ſecundo, Apollonius ad Damidē comitem ſuum ſic locutus eſt: Quod ſi tuis rationibus perſuaſus huiuſmodi pecunias acciperem, nonne me auarū, & philoſophię contemptorē diceres, ac etiam deteriorē, q̄ milites, qui in pugna clypeum abijciunt? Abijcienti enī clypeū dari rurſum pōt alius nihilo priore, deterior, (vt inquit Archilochus) Philoſophia vero quo pacto recuperari poteſt ab eo, qui ſemel illā contempſerit, aut abiecerit? Horatius in epiſtolis:

Perdidit arma, locum virtutis deſeruit, qui
Semper in augenda feſtinat & obruitur re.

Eſt autem tranſlatio a re militari. Nam militi cum primis ignominioſum erat, ſi aut locum in acie deſeruiſſet, aut viuenti ſibi arma ab hoſte forent erepta.

## ¶Proſa quarta libri primi.

SEntis ne (inquit) hæc atq; animo illabuntur tuo? Es ne ὄνος πρὸς λύραν? Quid fles? quid lachrymis manas? ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ. Si operam medicantis expectas, oportet ut uulnus detegas tuum. Tum ego collecto in uires animo, An ne adhuc eget admonitione, nec per ſe ſatis eminet fortunæ in nos ſæuientis aſperitas? Nihil ne te ipſa facies loci mouet? Hæccine eſt bibliotheca, quam certiſſimam tibi ſedem in noſtris laribus ipſe delegeras, in qua mecum ſæpe reſidens, de humanarum diuinarumq; rerum ſcientia diſſerebas? Talis habitus talisq; uultus erat, cum tecum naturæ ſecreta rimarer, cum mihi ſiderum uias radio deſcriberes, cum mores noſtros totiusq; uitæ rationem ad cæleſtis or

dinis exemplar formares? Hæccine præmia referimus tibi obſequentes? Atqui tu hanc ſententiam Platonis ore ſanxiſti, Beatas fore reſpublicas, ſi eas uel ſtudioſi ſapientiæ regerent, uel earum rectores ſtudere ſapientiæ cõtigiſſet. Tu eiuſdem uiri ore hanc ſapientibus capeſſundæ reipublicæ neceſſariam cauſam eſſe monuiſti, ne improbis flagitioſiſq; ciuibus urbium relicta gubernacula, peſtẽ bonis ac perniciem inferrent. Hanc igitur autoritatem ſecutus, quod à te inter ſecreta ocia didiceram, transferre in actum publicæ adminiſtrationis optaui. Tu mihi, & qui te ſapientium mẽtibus inſeruit deus, eſtis conſcij, nullũ me ad magiſtratũ niſi cõmunebonorũ omnium ſtudiũ detuliſſe. Inde cum improbis graues inexorabilesq; diſcordiæ fuere, & (quod conſcientiæ libertas habet) pro tuendo iure ſpreta potentiorum ſemper offenſio. Quoties ego Conigaſtum in imbecillis cuiuſq; fortunas impetum facientẽ, obuius excepi? Quoties Triguillam regiæ præpoſitum domus, ab incepta & perpetrata iam prorſus iniuria deieci? Quoties miſeros quos infinitis calumnijs impunita barbarorũ ſemper auaritia uexabat, obiecta periculis autoritate protexi? Nunquã me à iure ad iniuriã quiſquã de-

traxit. Prouincialium fortunas tum priuatis rapinis, tum publicis uectigalibus peſſundari, non aliter q̃ qui patiebãtur, indolui. Cum acerbæ famis tempore, grauis atq; inexplicabilis indicta coëmptio profligatura inopia Campaniam prouinciam uideretur, certamẽ aduerſus præfectum prætorij, communis cõmodi ratione ſuſcepi, rege cognoſcente contendi. Et ne coëmptio exigeretur, euici. Paulinum conſularem uirum, cuius opes palatini canes iam ſpe atq; ambitione deuoraſſent, ab ipſis hiantum faucibus retraxi. Ne Albinũ conſularẽ uirũ præiudicatæ accuſatiõis pœna corriperet, odijs me Cypriani delatoris oppoſui. Satis neĩ me magnas uideor exacerbaſſe diſcordias? Sed eſſe apud cæteros tutior debui, q mihi amore iuſtitiæ nihil apud aulicos, q̊ magis eſſem tutior, reſeruaui.

RODOL AGRICO ¶ Sentis ne inq̃t] Hoc loco Boethius, vt ordine quodam ad conſolationem malorum ſuorum perueniat, exponit & deplorat caſum ſuum, oſtenditq; ꝙ iniuſtam hãc et grauem aduerſitatem fortunę patiatur, vt q̃ iniquiſſime condemnatus ſit: quod quidem ſic factum eſſe omni ex parte colligitur, primũ ex perſona ſua, deinde ex pſona accuſatorũ, poſtea ex criminib9, quę falſo aut iniuſte obijciebant: tũ ex pſona iudicũ & ſenat9, preterea ex modo iudicij: iam etiã ex falſo crimine aut magię aut deorũ culture cõficto: tum demũ velut per modũ epilogi, oſtẽdit non modo grauiter hęc de eo conficta eſſe, ſed etiam ab imperitis credi, & pro veris haberi, & omnibus deinde bonis ex ſuo caſu ſimile periculũ imminere, partes omnes

ſuis locis dicenť. Primo igiť philoſophia vt euocet que-
relã Boethij. ⁊ eliciat ex eo cauſam doloris, ex more dia
logorũ interrogat eũ an intelligat ea, que dixit ipſa ſu-
perius, hortať q̃ꝫ vt plane dicat, quid doleat. Hinc Bo
ethius ſumpto initio, dicit nihil opus eſſe ꝟbis, quũ ipſa
facile poſſit ex aſpectu loci, hoc eſt, carceris in q̃ erat,
cauſam doloris ſui ꝑſpicere: q̃d eo indignius accidat ſi
bi, quũ ad rempub. adminiſtrãdã velut iuſſu philoſophię
acceſſerit, ⁊ omnia ꝓ ęquo ⁊ bono in ea conatus ſit. nec
cuiuſq̃ꝫ odiũ timuerit, itaq̃ꝫ Conigaſto ⁊ Terguillę, ⁊ re
liq̃s barbaris ſemꝑ obſtitiſſe ſe, ne vbiq̃ꝫ ꝓ libidine ſua
imbecilliores opprimerẽt. Campaniã itidẽ dicit, vt defen
derit ab exitio, cũ famis tẽpore ꝑ̃fectus pretorii omne
frumẽtũ coemere voluiſſet. Sic etiã vt defenderit Pauli
num et Albinum viros conſulares ab iniuria accuſato-
rum, quibus rebus propter amorẽ iuſtitię odiũ impro-
borum in ſe concitauerit. Sentis] Sentire proprie di- Sentio.
ciť aliquo quinq̃ꝫ ſenſuũ ꝑcipere: transferť aũt plerunq̃ꝫ
ad omnem cognitionis perceptionem. Sic Iuuenalis
inquit, qualem nequeo monſtrare, et ſentio tantũ, id eſt,
intelligo tantũ. Q̃nq̃ꝫ accipiť, vt ſit iudicare. Perſius:

De Ioue quid ſentis?

Id eſt, iudicas. Iuuenalis.

Quid ſentire putas omnes Caluine recenti De ſcelere?

Illabuntur] Ornate dixit. duplex enim tranſlatio. nam
⁊ verba illabi, et illabi animo vtrunq̃ꝫ per tranſlationem
dicitur. nam corporeę rei proprium eſt labi. Ara. i. onos
pros lyran] grecum prouerbium eſt, quod apud eos
vulgo diciť eis, quorum rudes animi parum aptiſunt
ad ea, quę dicuntur percipienda. ſignificat autem, an es
aſinus ad lyram? Quid fles?] ſic, quid triſtis es, quid
rides, diciť per ectlipſim, id eſt, pretermiſſionẽ vel defe-
ctũ ꝑ̃poſitionis propter, vt ſit, propter q̃d fles? Lachry
mis manas] Similiter Hieron. noſter dixit, ad Titũ Li
uium lacteo eloquẽtię flumine manãtẽ. Aliter Horatius
in epiſtolis de vino dicit,

Quod cum ſpe diuite manet
In venas, animumq́; meum. Sic ⁊ in eodem,
Licet illi plurima manet Lachryma.

Aliter in eodem,

ὕνος πρὸς λύραν ἐξομολόγησαι ὅτι σε λυπεῖ

Fidis enim manare poetica mella  Te ſolum.

Ita videntur poſſe dicere, mano lachrymis, manāt mihi lachrymę, et mano lachrymas. Exomologeſę ti ſe lypi] id eſt, confitere, quid te cōtriſtet. Operam] Inter

Opus. Opera. opus et operam quid interſit, cōmodiſſime videtur Terentius in Heautontimorumeno explicare,

Si quod operæ conſumis in opere faciundo:

vt ſit opera labor, opus vero fructus et finis operę, id eſt, laboris. Horatius in primo epiſtolarum,

Odiumq́; libellis

Sedulus importes opera vehemente miniſter.

Vergilius in primo Aeneidos:

Pendent opera interrupta.

Expectare Expectas] Expectare qñq; deſiderare ſignificat. Cicero ad Curionem: Quam expectationem tui concitaſti, eam ſuſtinere vt poſſis. Quandoq; attendere. Ouidius in tertio metamorph.

Vltima ſemper

Expectanda dies homini.

Vulnus. Vulnus] id eſt, quod vi fit, et recens eſt. Vergilius in duodecimo:

Nec ſeſe Aeneæ iactauit vulnere quiſquam.

Hulcus quod vetuſtate computruit, abitq; vulnus vetuſtate in hulcus, quod recte Seneca in conſolatione ad Martiam ſignificauit. Nam vulnerum quoq; ſanitas facilis eſt, dum a ſanguine recentia ſunt. Subdit: vbi corrupta in malum hulcus verterunt, difficilius curant. Id enim quod nos vulgo hulcus dicimus, quod Græci

Hulcus. apoſtema vocant, latine furunculus vocatur. Plinius in

Furunculus epiſtolis videtur clauum dixiſſe. Erit, inqt, ei natus clauus inſanabilis: ſicq; Gallice nunc etiā vocat. Vires]

Vis. Vis in ſingulari & robur ſignificat. Saluſtius in Catilina: Magna vi animi & corporis, ſignificat et violētiam. Martialis in.6.

Non de vi, neque cæde, nec veneno lis eſt mihi.

In plurali robur tantum ſignificat. Cornelius Tacitus autem in genitiuo protulit in lib. de cauſis corruptę eloquentię, magnę vis, qua ratione videret per omnes caſus ſingularis numeri poſſe declinari.

Emineo. Eminet] hic po

fuit pro apparet, quanꝗ̄ eminere ſignificat proprie ſupra alia extare, ab e & maneo. Vergilius in.1. Æneid:

Gradiensq; deas ſupereminet omnes.

Sęuientis] Sęuire quandoꝗ̄ ſignificat crudelē eſſe. Iuuenalis: Sæuio.

In eorum atq; eurum ſolitus ſæuire flagellis.

Quandoꝗ̄ non pati rectorem. Liuius in.21. ſi quando belluę ſęuirent. Aſperitas] Aſperum, quod abſqꝫ ſpe, ſicut proſperum quod pro ſpe id eſt ſecundum ſpem eue nit, dicitur vtrunqꝫ a ſperando. Heccine] Veteres, vt ait Seruius in Donatum, hicce, hecce, hocce dicebant, inde mutato e in i, hiccine pro hic ne dicitur. Bibliotheca,] repoſitorium librorū. biblion em̄ grece librum ſignificat, et theca reconditorium: quare libri vtriuſqꝫ teſtamenti non biblia biblię, dici deberent. quod nomen nec grecum nec latinum eſt, ſed biblia orū, ab eo quod biblion diximus. Sedem] proprie locū dicimus, in q̄ quis reſidet. Saluſtius in Catilina. Qui Aenea duce pro fugi ſedibus incertis vagabantur. Verg. in. 1. Aeneid. Aſperum, Proſperum Hiccine. Bibliotheca. Biblion. Sedes. Sella.

Sedes vbi fata quietas Oſtendunt.

Id vero inſtrumentum, cui inſidemus, ſella rectius dici tur. Vergilius in.4.

Et ſellam regni trabeamq; inſignia noſtri.

Laribus] Lar dicitur deus domeſtic9, qui et penates dicuntur: quia penui pręſunt, vel quia penitus, hoc eſt, intra domum coluntur. Verg. in.4. Aeneid. Lar.

Et ſparſos fraterna cæde penates.

Plautus in Aulularia:

Ego ſum lar familiaris ex hac familia.

Iuuenalis:

Laribus criſtam promittere galli Non audent.

Accipitur & per ſynecdochen hic pro domo. Horatius in primo epiſtolarum:

Gaudentem paruisq; ſodalibus & lare certo.

Habitus] non proprie veſtis, ſicut vulgo dicit, ſed toti velut forma hominis, in quam ſe compoſuit. Plinius in epiſtolis: Cōpoſitus in habitum ſtudentis. Vnde Terent. in Eunucho dixit, ſi qua paulo habitior, pugilē di- Habitus.

D

cũt,id eſt,paulo corpulentior Cic.in primo Tuſculanarũ quod ſi tanta vis eſt ad habitum mentis in his,que gignuntur in corpore. Rimarer] id eſt tanq̃ per rimas

Sidus ſtella. diligenter ſcrutarer. Sidus] nonnulli per y grecã ſcribi volunt:ego latinum a ſidendo dictũ credo, quia firmiter inſidat celo.Differuntq; ſtella & ſidus. Stella enim quaſi ſtilla dicta eſt,vnum ſingulare lumen celeſte. Vergilius in primo Georgicon:

Frigida quo ſeſe Saturni ſtella receptet.

At ſidus quandoq; pro ſtella capitur. Lucanus in.i.

Veneriſq; ſalubre Sidus hebet.

Quandoq; pro ſigno cœleſti, quod ex multis ſtellis conſtat,vt ſidus arietis,tauri, & ceterorum.Verg.in Buco.

Aethiopum verſemus oues ſub ſidere cancri.

Aſtrum. Aſtrum autem grecum eſt,quod ſidus ſignificat,ſicut & aſter,quod ſtellã.
Radius. Radium] puto pro eo quod circinũ dicimus, poni a ſimilitudine, a qua radios etiam diximus rotarum.Vergilius in buco.

Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem.

Cicero: Excitabo tibi ſenẽ a puluere & radio. Exem-
Exempar. plar] ab eximo dictum eſt, quia ab eo aliquid eximatur,
Exemplũ. eſtq; exemplar res ad cuius ſimilitudinem aliquid fit. Exemplum vero hec ipſa ſimilitudo, que exprimitur. Beatas fore &c] Hec ſententia Platonis ab omnibus decantata in eo libro,q̃ Alcibiades prior inſcribitur. colli-
Fore. gitur. Fore,confore,affore,future ſemper ſunt ſignificatiõis.Horatius in primo ſermonum:

Neque ſe fore poſthac
Tam facilem dicat.

Publicus. Forem autem ſicut eſſem,eiuſdem ſignificationis.Publi
Studeo. cas] id eſt, populicas, que populi ſunt dicimus. Studere] fauere ſignificat.quãdoq; iungitur datiuo.Horatius in primo epiſtolarum:

Ne ſtudio noſtri pecces.

Id eſt, fauore.quãq; conari.Terent.in eunu.

Dum ſtudeo tibi ſororem reddere.

Et iungitur accuſatiuo. quandoq; diſcere ſignificat. Cic. in.5.de finibus bonorũ & malorũ: vel illud ipſum quod ſtudet, facere poſſit ornatius, ſicq; promiſcue actõ & datiuo

fungitur. Autoritatē] Autoritas proprie dicit̄ hone-ſtior aut dignior de hoīe aliq̄d opinio, ꝑ quā facile q̄d ſua-dere aut diſſuadere pōt: ſicut autoris dicit̄, cuius impe-rio aliq̄d fit, cuius nominis multiplex origo apud diuer-ſos recenſet̄: Alij ab augeo ſcribendū ꝑ c, q̄d nois pro-prietati parū cōuenit. Alij ab auton gręco deducūt, q̄d ipſum ſignificat. ſed ⁊ hoc longius quęſitū videt̄. Alij ali-unde. Mihi ſine c ſcribendū videt̄, ⁊ ſicut a faueo fautū, ſic ab auco autū. quod eſt extra vſum: ⁊ inde autor de-ſcēdere videt̄, qm̄ is ſit, q̄ rē factā aueat. hoc eſt, cupiat. Magiſtratū] Magiſtratus ⁊ magiſteriū differūt. Magi-ſtratus poteſtas dicit̄, Magiſteriū, artificiū. Cōſci⁹ ⁊ cō-ſciētia, apud veteres plerūq; in malā partē dicūt̄. Iuuen,

Quis nunc diligitur niſi conſcius?

Horatius in primo epiſtolarum:

Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.

Saluſtius in Iugurtha: Ne quis modeſtiam in conſciē-tiam duceret. Contra Virgilius dixit Conſcia vir-tus ⁊ Quintil. in matris infamia, O bonę conſcientię in-cauta ſimplicitas. Imbecillis] quaſi ſine baculo. i. ſine adminiculo aut robore. Calumnijs] dicit Priſcianus a veteri verbo caluo, quod eſt decipio, calumniam dictā eſſe, quod modo ſignificat falſam accuſationē, modo ve-xationē alicuius in litibus ꝑ fraudem ⁊ fruſtrationem. Barbarorum] omne humanū genus a Gręcis in barba-ros ⁊ gręcos diuidi ſolebat. poſt hoc Itali quoq; hu-manitate ⁊ eruditione a barbaris exempti. Chriſtiani ſcriptores plerunq; nunc pro gentilibus accipiunt bar-baros. Vectigalibus] Vectigal tributum dicitur, q̄d penditur de rebus, quę vehunt̄: conſuetudo tenuit, vt ꝓ omni tributo, deinde pro omni cenſu accipiat̄. Unde ve-ctigalis ager, ex quo redditus capiūt̄, vocat̄. Campa-niā.] a Capua vrbe fit. dicit̄ ciuis Cāpan⁹. Uñ ⁊ Cāpa-nia, q̄cq̄d ſub ditione Capuę olim fuit. Prouincia dicit̄ pars aliqua terrarū, quę ſubiugata a Romanis, remotis vel principib⁹ vel magiſtratibus ſuis, ſub magiſtratibus ⁊ legibus Romanis tenebat̄. Unde Sueton. in vita Ti-berij, Cui⁹ ⁊ regnū in formā prouincię redegit. dicta eſt prouincia quaſi porro. i. ꝓrſus victa. Prętorij] Prętoriū in caſtris dicitur locus, vbi tēdebat imperator, ⁊ inde in vrbibus, vbi prętor vel ſummus magiſtratus habitabat

Autoritas. Autor. Magiſtratus. Magiſterium. Conſcius. Conſcientia. Imbecillis. Calumnia. Barbarus. Vectigal. Vectigalis. Campania. Campanus. Prouincia. Pretorium.

Præfectus prætorij publice. Præfectus autem prętorij, qui loco imperatoris in prętorio verſabatur, & militibus pręerat. Conſularis Conſularem eum dicimus, qui fuit conſul. Conſul Conſules enim duo ſemper in ſingulos annos creabantur Romę, qui pręerant ſenatui, Senator hoc eſt, cōcilio publico: cuius qui particeps erat, ſenator vocabatur. Palatinos canes] auidos miniſtros palatii vocat. Ambitione] hic poſuit in propria ſignificatione, quam etymologia nominis reddit, non quomodo more communi latine loquentium capitur. Ambitio Ambitio enim cupido honoris eſt: quia qui petebant honores & Ambitus magiſtratus, ambibāt & circuibant ciues orantes vt ſibi fauerēt: vnde ambitus ſignificat id, quod hodie vulgus Simoniam vocat. Hic autem dixit, quoniam ambibant Aulicus iudices & ſententias emebant. Aulicos] proprie dicimus eos, qui in aulis principum viuunt, quos hodie barbare curiales vocant. Vergil. in 2. Georg.

Penetrant aulas & limina regum.

Nam curia a cura dicit̃ locꝰ, vbi publicū cōciliū habet̃. IOHAN. MVR. Es ne ὄνος πρὸς λύραν;] Sic legere eſt in exēplari q̄d Johannes Cęſarius homo doctiſſimus mihi commodauit: quod interpretatur, aſinus es ad lyram. In eiuſdem margine hęc habent̃ adſcripta. ἢ πρὸς λύραν ὄνος τελεῖς. id eſt, an ad lyram aſinus es? In epiſtola vero ab Aedicollio ad me data, An es ὄνος λύρας; ſubaudi ἀκροάτης. id eſt, es aſinus lyrę auſcultator. Rodolphus Agricola exarauit grȩca latinis literis, forſitan eo quod is, cuius vſui ſcriberet, grȩca neſciret. Sunt aūt hęc: ἆρα εἶ ὄνος πρὸς λύραν, id eſt, an es aſinus ad lyram? Dicitur hoc Adagium adagium in eos, q̄ hebeti ſunt ingenio, craſſis auribus, nulliuſq; iudicii, ita vt ea quę dicūtur minus intelligāt. Diuus Hieronymus ad Marcellam: Aſino quippe lyra ſuperflue canit. Idem aduerſus Vigilantium: Quanq; ſtulte faciam, magiſtro cunctorum magiſtros quęrere, & ei modum imponere, qui loqui neſcit, & tacere non poteſt. Verum eſt illud apud Grȩcos prouerbium, ὄνος λύρας. Lucianus de iis, qui mercede ſeruiunt: Quid commercii aſino cum lyra? ἐξαύδα μὴ κεῦθε νόῳ. In Cęſarii libello hęc grȩca ſunt, quę ſic interpretantur: Eloquere, ne occultes intellectui. Quam dedit Aedicollius ad me epiſtolam, hęc habet: ἐξηγ ἐου ἐμοι ... μιν ἀδήλω τίθεσθαι ἂν πείθω. quę ſic licet interp̄tari, Expone mihi, in incer-

to quidem poni non ſuadeo. Rodolphus legit hęc Græca: ἐξομολόγησαι τί σε λυπεῖ, id eſt, confitere quid te cõtriſtet. Bibliotheca, gręce βιβλιοθήκη, repoſitorium librorum. βίβλος enim interpretatur papyrus, iuncus codex, liber, bombyx. Nonnulli ſcribunt per υ, maxime Theodorus Gaza. Inuenitur & βίβλος vrbs Phœnicię, quę per υ ſemper ſcribitur. differentia cuius plerique βίβλος pro codice per ι ſcribi affirmant, per mutationẽ dichroni in dichronũ, vt Iſaccius in Lycophronis interpretatione teſtatur. Per diminutionẽ neutro genere dicitur βιβλίον volumen, libellus. θήκη autẽ latine dicitur theca, vagina, ſepulchrum, loculus, repoſitoriũ. M. Tullius in 13 epiſtolarũ familiariũ: Dionyſius ſeruus meus qui meam bibliothecam multorum nummorũ tractauit, cum multos libros ſurripuiſſet, nec ſe impune laturum putaret, aufugit. Latine libraria dicitur, quo etiam nomine ſignificatur locus, vbi libri venales reponuntur. Aulus Gellius libro noctium Atticarum quinto, capite 4. Apud ſigillaria forte in libraria ego & L. Paulus poeta, vir memoria noſtra doctiſſimus, conſederamus. Ad cœleſtis ordinis exẽplar] Sicut enim cœleſtia certiſſimo diriguntur ordine, perpetuo conſtãt tenore, ſummaque cõſeruantur concordia: ita & in homine corpus eſt animi imperio ſubiugandum, & appetitus recta ratione moderandus, atque in omnibus actionibus conuenientia, ordo, tẽperamentum, concordiaque diligẽter obſeruanda. Beatus fore reſpublicas.] Ualerius maximus libro 7. Iam Platonis verbis aſtricta, ſed ſenſum pręualẽs ſententia: qui tum demum beatum terrarum orbem futurum prędicauit, cum aut ſapientes regnare, aut reges ſapere cœpiſſent. Iulius Capitolinus in vita M. Antonii philoſophi Romani imperatoris: Sententia Platonis ſemper in ore illius fuit, Florere ciuitates, ſi aut philoſophi imperarent, aut imperatores philoſopharentur. Prudentius in Symmachum oratorem:

Bibliotheca

Libraria

Platonis ſententia

Nimirum pulchre quidam doctiſſimus, eſſet
Publica res, inquit, tunc fortunata ſatis, ſi
Vel reges ſaperent, vel regnarent ſapientes.

Tu eiuſdẽ viri ore] Extat Platonis epiſtola ad Architam Tarentinum, quam Marſilius Ficinus hunc in modum interpretatus eſt: Plato Architę Tarentino bene

agere. Uenerunt ad nos Archippi Philonidiſqꝫ familiares, ferētes epiſtolam quam eis dederas, ac de rebus tuis quę oportuit nunciantes. Publica quidem ciuitatis negocia abſqꝫ difficultate peregerūt. Neqꝫ enim admodum laborioſa erant. Te vero narrauerunt permoleſte ferre, quod a publicis ciuitatis occupationibus te liberare non valeas. Quod igitur dulciſſimum vitę genus ſit agere ſua, pręſertim ſi quis talia elegerit facienda qualia tu, omnibus ferme eſt manifeſtum. Sed illud quoqꝫ te cōſiderare oportet, nullum noſtrum ſibi ſoli natū eſſe, ſed ortus noſtri partem ſibi patriam vendicare, partem parentes, partem amicos. multa inſuper pro temporum diuerſitate nobis accidere, quibus vita noſtra occupata eſt. Uocāte igitur te patria ipſa ad rempublicam gubernandam, abſurdum forſan eſſet non parere, pręſertim cū ſimul accidat, vt aditus prauis hominib⁹ relinquatur: qui nulla ipſius quod optimum eſt, ratione proficiſcuntur ad publica De his ergo iam ſatis. Checratis autem curam habemus in pręſentia, habebimusqꝫ in poſterū, ꝛ tui gratia, ꝛ patris eius Phrynionis, ꝛ propter ipſum adoleſcentem.

Quibus autem deferentibus perculſi ſumus? Quorum Baſilius olim regio miniſterio depulſus, in delationem noſtri nominis, alieni æris neceſſitate compulſus eſt. Opilionem uero atqꝫ Gaudentium cum ob innumeras atqꝫ multiplices fraudes ire in exilium regia cenſura decreuiſſet, cumqꝫ illi parere nolētes, ſacrarum ſeſe ædium defenſione tuerentur, cōpertumqꝫ id regi foret, edixit ut niſi intra præſcriptum diem à Rauenna urbe diſcederent, notas inſigniti frontibus pellerent. Quid huic ſeueritati poſſe aſtrui uidetur? Atqui eodem die deferentibus eiſdem, nominis noſtri dela-

tio ſuſcepta eſt. Quid igitur? Noſtræ ne artes ita meruerunt? an illos accuſatores iuſtos fecit præmiſſa damnatio? Itáne nihil fortunam puduit, ſi minus accuſatæ innocentiæ, at accuſantium uilitatis?

¶Quibus autem deferentibus.] Colligit grauitatẽ RODL
caſus ex indignitate accuſatorũ, e quibus Baſilius cum AGRL.
eſſet amotus e domo regis, propter inopiã coactus eſt
eum accuſare. Opilio & Gaudẽtius, quum eſſent iuſſi ire
in exilium propter ſcelera ſua, & poſtea ſe pręſidio loco-
rum ſacrorum tuerentur, iterumq; ſtatuiſſet rex, niſi in-
tra certum diem abirẽt ab vrbe Rauenna, ſtigmata inu-
rerentur frontibus eorum: eodem tamẽ die, quo iuſſerat
iſta rex, quum profiterentur accuſatores ſe Boethij, fa-
ctus eſt reus ipſe, & illi auditi ſunt. quid ergo indignius
potuit fieri, q̃ ſi nec Boethius meruit accuſari, & illi in-
digni erant qui accuſarent? Deferentibus] Deferre Defere
proprie ſignificat apportare. Vergil in .4. Aeneid.

Eadem impia fama furenti
Detulit armari claſſem.

deinde detortum conſuetudine id verbum in peiorem ſi-
gnificationem, vt ſignificet criminari quenq;, & occulte
inſimulare. Iuuenalis:

Stoicus occidit Baream delator amicum.

Perculſi] melius erit, perculſi vt legatur. ſic Cornelius
Tacitus: Perculſo Seneca, promptum fuit Senium Ru
fum imminuere. Miniſterio.] Differunt ſeruitiũ & mini Seruitium
ſterium. Seruitium enim ſicut & ſeruitus, conditionem vi Miniſteriũ
tę ſignificat, qua quis libertatem amittit. Tibullus:

Hic mihi ſeruitium video, dominamq; paratam.
Iam mihi libertas illa paterna vale.

Miniſterium vero omnem operam, quę etiam vel merce
de vel quauis conditione prębetur. Alieni ęris.] Aes Aes alienũ
alienum apud veteres debitum vocatur. Inde & Hora-
tius in .2. epiſtolarum dixit:

Meo ſum pauper in ære.

quaſi diceret, Ipſe parũ ęris. hoc eſt, pecunię habeo ſed
non habeo ęs alienum, hoc eſt, nulli ſum debitor. Frau

Fraus des.] Aliquādo fraus dolum malū, id eſt, deceptionem ſignificat. Vergil. in. 6.

Et fraus innexa clienti,

Aliquando delictum ſignificat, vt hic. Plinius in primo naturalis hiſtoriæ: Nemini fraudi fuit, quocunq; modo poſſet deos colere. Cenſura Cenſura] proprie ſignificat magiſtratum, quem gerit cenſor. erāt autem duo cenſores Romę, qui cenſendo populo, hoc eſt, numerandis ciuibus Romanis, & cuiuſq; cēſui, hoc eſt diuitiis eſtimādis prępe rant. prępe rant & moribus, vnde & magiſtri morum dicebantur. Unde Iuuenalis:

Dat veniam coruis, vexat cenſura columbas

Ubi tamen per ſynecdochen pro cenſoribus accipitur, hic itidem per ſynecdochen pro cognitione vel iudicio Aedes cenſoris dicit. Aedium.] Aedes ſingulari numero pro ſacra ęde ponitur: ſic dicebant veteres, ędem Veſtę, ędē Concordię pro templis, plurali vero numero tantū profertur. quando domum ſignificat: tantumq; nobiliū domus ędes dicuntur, credo vtraq; dicta ita, quia tēpla & domus nobilium editę. i. altę ſunt. Rauenna vrbe] hoc eſt contra ſuperſtitionē grammaticorum noſtrorum, qui docēt in appoſitione ſemper cōmunius pręcedere debere. hic enim vrbe quod communius eſt, ſequitur. Notas inſigniti frontibus] Figura loquēdi Græca eſt, quā tamen melius & ſignificantius expreſſiſſet. ſi dixiſſet, notis inſigniti frontibus. Nota enim quod velut inſtrumentū huius verbi inſigniti ſe habeat, prorſus illi in ablatiuo iungi debuit. deinde inſignitus frontem, ſicut albus pedē, flauus comā. vſitatius & intellectius fuiſſet. Seueritati] Seuerus Seuerum interpretatur, quaſi ſequens verum, cuius cōtrariū proprie eſt indulgentia: vnde & alibi ſicut ſanctos, ita ſeueros iudices in laude ponit. Horat.

Forum putealq; Libonis

Mandabo ſiccis, adimam cantare ſeueris.

Aſtrui, id eſt, adiungi. ab ad & ſtruo. Suſcepta] accepta, commodius dictū fuiſſet. Nam delationes proprie ſuſcipiunt. id eſt, ſubeūt aut ſuſtinent accuſationem. iudex accipere rectius dicitur. Artes] Artes quandoq; pro moribus accipiuntur, Iuuenalis:

Quando artibus (inquit. honeſtis

Nullus in vrbe locus.

Qandoq͏̃ pro doctrinis. vt Iuuenalis:

Artem ſcindens Theodori. Et Terentius:

Quod forte cecidit, id arte vt corrigas.

Quandoq͏̃ aſtum aut dolum. Ouidius in .x. de arte:

Tunc aperit mentes æuo rariſſima noſtro
Simplicitas, artes excutiente deo.

¶Ita ne nihil fortunā puduit?] Ita ne nullius rei puduit fortunam? Nihil puduit, locutio eſt grecanica. Sic teſte Priſciano, Terentius in Adelphis nouo more ſecundum grecos dixit: IOHAN. MVR.

Quem neq; pudet quicq̄. Et iterum:

Hei mihi, non te hoc pudet?

Si minus] ſi non, ſubaudi puduit fortunam. Innocentię, ſubintellige meę. At accuſantiū vilitatis.] hęc eſt vera lectio, quę habetur in emendatis exemplaribus. ſubaudiendum eſt, puduiſſet eam. Vilitatis] improbitatis, & impuritatis. Accuſantiū, eorū qui me accuſarūt.

At cuius criminis arguimur? ſummam quęris? Senatum dicimur ſaluum eſſe uoluiſſe. Modum deſideras? Delatorē, ne documenta deferret, quibus ſenatum læſæ maieſtatis reū faceret, impediſſe criminamur. Quid igitur ô magiſtra cenſes? Inficiabimur crimen, ne tibi pudori ſimus? At uolui, nec unq̄ uelle deſiſtā. Fatebimur? ſed impediendi delatoris opera ceſſabit. An optaſſe illius ordinis ſalutem nefas uocabo? Ille quidem ſuis de me decretis, uti hoc nefas eſſet, effecerat. Sed ſibi ſemper mentiens imprudentia, rerum merita non poteſt immutare. Nec mihi Socratico decreto fas eſſe arbitror, uel occuluiſſe ueritatem, uel

conceſſiſſe mendacium. Verum hoc quoquo modo ſit, tuo ſapientumq́ iudicio æſtimandum relinquo. Cuius rei ſeriem atq; ueritatẽ, ne latere poſteros queat, ſtylo etiam memoriæq́ mandaui. Nam de compoſitis falſis literis, quibus libertatẽ arguor ſperaſſe Romanam, quid attinet dicere? Quarum fraus aperte patuiſſet, ſi nobis ipſorum confeſſione delatorum (quod in omnibus negocijs maximas uires habet) uti licuiſſet. Nam quæ ſperari reliqua libertas poteſt? atq; utinam poſſet ulla. Reſpondiſſem Canij uerbo: qui cum à Caio Cæſare Germanici filio, conſcius cõtra ſe coniurationis factæ fuiſſe diceretur: Si ego, inquit, ſciſſem, tu neſciſſes.

RODOL. AGRI. ¶ At cuius criminis arguimur? Hoc loco oſtendit indignitatẽ damnationis ex eis, quę illi ab accuſatoribus obijciebantur vſq; ad eum locum. Sed fas fuerit nefarios homines. Ponit itaq; duo crimina: vnum erat quod dicebatur impediuiſſe nuncium, ne ad regem perferret literas, quibus continebatur ſenatum ſentire contra regem vt ſic propter hoc ſenatus fieret lęſę maieſtatis regię reus. Alterum crimen erat, quod dicebatur literas ſcripſiſſe, quibus continebatur, conari eum, vt populum Romanum iterum in libertatem reſtitueret. his vtriſq; ordine reſpõdet. Primũ fatetur, ſed dicit recte ſe feciſſe. Secundum negat. Dicit ergo ſubleuãdo & contẽnendo crimen, quod obijcitur ſibi, quale, inquit, eſt crimẽ quod obijcitur mihi. ſi vis ſcire ſummã, hoc eſt, totum paucis verbis comprehenſum: hoc eſt, crimen noſtrum, quod dicimur nos cupiuiſſe, vt ſenatus non damnaretur. Si vis ſcire, quomodo iſtud fecerim⁹: dicimur eum, qui ibat ad regem impediuiſſe, ne perferret documenta & probatio-

des ad regem, quibus conabatur docere ſenatum leſiſſe maieſtatem regis. Interrogat igitur philoſophiam q̇d illa iubeat, an debeat negare iſtud, vt maneat ſaluus, ⁊ in perſona ſua nō faciat aliquod dedecus philoſophię, ſed dicit voluiſſe ſe iſtud facere, ⁊ ſemper velle Contra tamē ſi fateatur iſtud, delator iam perficiet hoc quod cogitauit, ⁊ non poterit impediri ab accuſatione. Subdit deinde, rectū eſſe quod voluit ſenatū ſaluū eſſe: q̄q̄ ſenatus decretis ſuis (hoc eſt, ſtatutis) tam male de eo meruerit, vt non deberet amplius merito ſalutem eius optare: tamen imprudentia ſenatus quę male de eo ſtatuerat, non poſſe mutare merita rerū. hoc eſt, vt id quod rectum, fieret propter ſuam ſentētiam iniquū: deinde etiā ex cōſuetudine ſocietatis putabat non licere ſibi aliter dicere, q̄ res haberet. Verūtamen vtrū iſta recte an ſecus facta ſint cęteri docti ⁊ ſapiētes debēt ęſtimare: q̇a rē ſcriptā reliq̇t orationē videlicet qua defenſionē ſcripſit. Deinde, Nā de cōpoſitis] Reſpōdet ſecūdo crimini, dicēs, nihil opus eſſe dicere de hoc, quod literę falſę erāt cōpoſitę, q̇bus dicebat ipſe voluiſſe Romā in libertatem vindicare, quod facile potuiſſet ex verbis ipſis accuſatorū, ſi potuiſſent illi contra eum audire. Deinde dicit iſtud ſe non feciſſe, quia Roma iam ſit tam oppreſſa, vt nō poſſit vlla libertas ampli⁹ ſperari: ⁊ ſi potuiſſet aliqua ſpes fuiſſe libertatis, ſe hoc tam occulte habiturum fuiſſe, vt id nequaq̄ debuerit ad notitiam regis peruenire, quēadmodū Canius, cuius ſupra fecit mentionē, qui ⁊ a Caio Caligula Cęſare occiſus eſt, reſpondit Cęſari, cū diceret in quadā coniuratione contra Cęſarem facta ipſum fuiſſe conſcium, dicens: ſi ego ſciuiſſem, tu neſciuiſſes. hoc eſt, tam prudenter rē geſſiſſem vt tu non potuiſſes percipere. Poſt ibi, Qua in re arguimur] Arguere quādoq̄ reprehendere eſt vt hic, ⁊ Vergil in 11. Arguo

Meq; timoris Argue tu Drance.

Quandoq̄ probare ſignificat, vt Iuuenalis:

Molles quod in aure feneſtrę Arguerint, licet ipſe negē.

Unde ⁊ argumentū definiuit Cicero eſſe probabile inuētum ad faciendū fidem. Ouid. in. 1. Metamorph. Argumētū

Argumenta damus, qua ſimus origine nati.

Summam] ſumma dicit collectio rei multiplicis aut numeroſę in vnū principium velut caput. quo reliqua oīa Summa

continentur. Corne. Tacitus: Flaccus ſummam rerũ ei permiſit, ſic & pecunię aut rationũ ſummas dicimus, hoc eſt numerum collectum. Iuuenalis:

Maiorem tertius illo
Summam, quam patulæ vix ceperat angulus arcę.

Senatus. Conſulat⁹ Prætura. Prætor. Maieſtatis reus. Senatum] dicimus conciliũ publicum, quem indocti noſtri conſulatum vocãt. Conſulatus eſt enim honor conſulis, ſicut pretura honor, quem gerit prętor: quẽ vulg⁹ ſcultetum vocat, dictus eſt ſenatus a ſenio, vt ait Saluſtius in Catilina. Delecti, quibus corpus annis infirmũ, ingenium ſapientia validũ reipub. conſulebãt. Maieſtatis reum, illum dicunt, qui accuſatur aliquid, quod in pnīciem reipub. aut principis vergat, tentaſſe: vel etiam q̃d in dedecus inſigne, vnde dicitur lęſa maieſtas, et reus

Reus. lęſę maieſtatis, & inde omiſſione verbi leſę maieſtatis reus dicitur, quoniam ſic ſatis intelligitur. Reum a reor videtur eſſe dictum, quia remur .i. ſuſpicamur illũ quod obijcit id feciſſe, diciturq́ proprie qui in ius vocatus eſt. Ouidius in .2. de arte:

Non tantum trepidos vt tueare reos.

Vocamus etiã q̃ſq́ reũ eũ, q̃ iã obligatus, vel debitor: vñ voti reus &c, q̃ aſſecutus eſt id, pro q̃ votũ fecit, ſolue-

Impedio. Expedio. re cogit: & iuriſconſulti duos reos promittendi vocant q̃ promittendo ſe quiſq́ obligauerunt. Impediſſe] Impedire & expedire a pedibus ligãdis & ſoluẽdis dicta ſunt: deinde conſuetudine ſoluere & ligare Horatius in primo carminum:

Nunc viridi crinem decet impedire myrto.

deinde impedire, retinere, vel reſiſtere ſignificat, vt hic.

Ceſſo. Cicero in primo Officiorum: De rebus i pſis vtere tuo iudicio, nihil enim impedio. Ceſſabit] Ceſſare aliq̃n ſignificat ocioſum eſſe. Perſius:

At ſi tu ceſſes, & figas in cute ſolem.

ſic Horatius. ceſſator Damus, id eſt ocioſus, piger, cunctator Damus. Aliquãdo ſignificat deſinere, aut finem facere, vt hoc loco. Ouidius in primo de arte:

Sic ne perdiderit, non ceſſat perdere luſor.

Ceſſator. eſtq́ frequentatiuum a cedo, quia ceſſator labori cedit.

Ordo. Ordinis] Ordo eſt diſpoſitio certa rerum, qua collocatur quid primum ſit, quid ſecundum, & quid deinceps.

Horatius:

Ordinis hæc virtus erit, & Venus.

Erant autem in populo Romano tres ordines, plebis,
et patrum, id eſt, ſenatus, ⁊ equeſter, qui medius erat in
ter plebem ⁊ patres. Equeſtris ordinis ſunt, q̃ hodie ab
indoctis milites vocantur. Nam miles omnem illum ſi- Miles.
gnificat, qui ſtipendium bello meretur, ergo dicit illius
ordinis, id eſt, ſenatorij. Nefas] Fas ⁊ nefas, ſicut da- Fas Nefas.
mnas ⁊ inficias indeclinabilia ſunt. Dicimus aũt inficias Damnas
eo, id eſt, inficior vel nego, ⁊ iuriſcõſulti dicunt Sitius hę
res meus Teio centum dare damnas eſto, id eſt, obliga-
tus. Fas quidem ⁊ nefas a fando dicunt. Unde Uergi-
lius in primo Aeneidos pro vtroqꝫ dixit:

At ſperate deos memores fandi atq; nefandi,

eſtqꝫ fas quod deo autore vel naturali ęquitate facim⁹:
ſicut ius, quod hominum iuſſu fit. Merita] ꝑtranſla-
tionẽ pro precio dixit. Socratico decreto] quia So-
crates quum eſſet mos Athenis, vt reo ciui ꝑmitteretur Ius
ęſtimare poenam, quam ſe crederet meritum, idqꝫ accu
ſato illi iudices permitterent, dixit meritũm ſe, vt publi-
ce ſibi Athenienſes victum darent. Noluit enim quum
ſe ſciret nihil poena dignum feciſſe, ęſtimare aut cenſere
vlla poena ſe dignum, quãqꝫ ita eſſet iram iudicũ placa-
tiorem habiturus: quo tam libero reſponſo illius cõmo
ti iudices, quaſi, contemneret eos, ad mortem eum con-
demnauerunt. Decreto] id eſt, quod grece dogma di
citur, quod indocti pro doctrina accipiunt: quum apud Decreto.
grecos etiam quicquid popul⁹ ſtatuit, dogma vocetur Dogma.
ſicut apud nos decretum populi, decretum principis.
Seriem] Series poteſt eſſe a ſerendo dicta, quaſi ordo
rerum a primo ſemine, id eſt, origine. Statius in primo
Thebaidos.

Longa retro ſeries. Series.

Stylo] A greco ſtyle, id eſt, columna venit, cui ſimili
eſt, ſtylus, accipiturqꝫ pro ſcriptura. Unde Cicero in. i. Stylus.
de oratore dixit ſtylum optimũ dicendi artificem. Priſci
ceratis tabulis ſcribere ſolebant. Ouidius in primo de
arte:

Cera tuæ primum conſcia mentis eat.

Memorię] id eſt, cõmemorationi poſteritatis. Lite-

nis] Litera literę in ſingulari numero apud oratores pro ſingulari figura aut charactere quo ſcribimus accipitur. vt eſt a b vel c. Pro epiſtola ſolum in plurali dicit-quare Cicero vnas ſemper aut binas aut ternas literas dicit. Poetę tamē neceſſitate metri in ſingulari pro epiſtola accipiūt. Ouidius in epiſtolis:

Quam legis, à rapta Breyſeide litera venit.

Attineo. Attinet] proprie adhibere vel applicare ſignificat. ab ad & teneo. Plautus in captiuis duobus:

Nunc cultros attinet.

Quandoq; ſignificat id quod opus eſt, vt hoc loco. Quintilianus in 12. inſtitutionū: Quid attinet tam multis annis &c. Vti] Vtor accuſatiuo iungitur. Quintil. in primo inſtitutionū: Vtendum eſt cum ſermonē, hocq; vetuſtius eſt, vt ablatiuo iungatur, vſitatius eſt. Iuuenalis:

Vtor.

Modo ſub lodice relictis Vteris in turba.

Licere. Licuiſſet] Licere proprie dicitur id, quod iure non vetatur. Perſius:

Quur mihi non liceat, iuſſit quodcunq; voluntas?

Accipitur etiam pro poſſe. Verg. in. 4. Aeneid.

Non licuit thalami expertem ſine crimine vitam
Degere more ferae?

Sperare. ſic & hic. Sperari] Sperare proprie ſignificat, boni alicuius futuri opinionē habere. vt hic. Verg. in. 4. Aene.

Spero equidem medijs (ſi quid pia numina poſſunt.)
Supplicia hauſurum ſcopulis.

Quandoq; pro eo quod eſt, futurum qualecunq; expectare. Verg in. 1. Aeneidos.

At ſperate deos memores fandi atq; nefandi

Terentius in Heautontimo.

Vna ſpes eſt, eſurituros nos ſatis.

Caio] Caius & Cneus, ſicut curculio q̃d vermē ſignificat, per c ſcribuntur, ſed per g leguntur. Ceſare] hoc nōn eſt dignitatis nomē, ſed familię quę Romę fuit, Cæſar. ex qua ortus fuit Iulius Cęſar, qui primus libertatem Romanam oppreſſit: vnde omnes qui ſecuti ſunt imperatores, hoc ſibi nomen tamq; titulum legitimę ſucceſſio

nis ſumpſere: ad Neronem tñ vſis aut cognatione aut adoptione imperatores huic familię annexi fuere: poſt Neronē reliqui ſolū vſurpatione illud ſumpſere. Germanici] Germanicus iſte Druſi Neronis fili⁹. hūc Caiū genuit. & Agrippinā Neronis matrē, pręterea alios q̄s nihil attinet enumerare, hic Caius cognominatus eſt Caligula, a caliga militari dictus, quā vulgus ocreā vocat quia in caſtris fuit educat⁹. Nā q̄d nos caligam vulgo vocam⁹, id eſt q̄d veteres bracā dicebāt: vñ bracatę Gallię nomē fuit. Braca enim q̄d a nobis vocat̄. id vetuſtas femorale, vel ſubligar vocabat. Inq̄t & inquā verba, ponūt̄ in oratiōe dūtaxat, qñ eos ipſos fingim⁹ loquētes, q̄bus ea tribuimus. Non recte enim dices, ille inquit occupatū ſe eſſe, nec poſſe venire: ſed dicēdū eſt, ille inq̄t, occupatus ſum, nec poſſum venire. Loquēdum eſt enim ſemper eiſdem verbis, q̄bus ipſa perſona (quam inducimus) eſſet locutura. Iuuenalis: Germanicus. Caligula. Braca. Femorale. Subligar Inquit, Inquam.

*Nil actum eſt, (inquit,) niſi Pœno milite portas*

Frāgimus, & media vexillū pono ſuburra. Et alio loco:

Quādo artibus (inquit) honeſtis Nullus in vrbe locus.

¶ At cui⁹ criminis?] Ordo eſt. At q̄ris ſummā ei⁹ criminis cui⁹ argr imur. At volui, nec vnq̄ velle deſiſtā] ſubaudi, ſenatū ſaluū eſſe. Socratico decreto] decreto Socratis, cui⁹ apud Platonē in Thęteto hęc ad hūc ſunt v̄ba: Mihi plane nefas eſſe videt̄, admittere falſum, ac verū refellere. Quoq̄ mō] q̄cūq̄ mō. Stylo etiam memorięq̄ mandaui] Hunc Boethii libellū nunc extare non reor. IOHAN. MVR.

Qua in re non ita ſenſus noſtros mœror hebetauit, ut impios ſcelerata contra uirtutem querar molitos: ſed quæ ſperauerit effeciſſe, uehementer admiror. Nam deteriora uelle, noſtri fuerit fortaſſe defectus. Perficere autē poſſe contra innocentiam, quæ quiſq̄ ſcelera tus cōceperit, inſpectāte deo, mōſtri ſimile ē. Vñ haud iniuria tuorū q̄dā familiariū q̄ſiuit:

Si quidem deus (inquit) eſt, unde mala? bona uero unde, ſi non eſt? Sed fas fuerit nefarios homines, qui bonorum omnium totiusq; ſenatus ſanguinem petunt, nos etiam (quos pro pugnare bonis ſenatuiq; uiderant) perditum ire uoluiſſe. Sed hum idē de patribus quoq; merebamur? Meminiſti (ut opinor) q̄ me dicturū quid, facturumue præſens ſemper ipſa dirigebas. Meminiſti (inq̄) Veronæ, cum rex auidus exitij communis, maieſtatis crimen in Albinum delatum, ad cunctum ſenatus ordinem transferre moliretur, uniuerſi innocentiam ſenatus quanta mei periculi ſecuritate defenderim. Scis me hæc & uera proferre, & in nulla unq̄ mei laude iactaſſe. Minuit enim quodammodo ſe probantis conſcientiæ ſecretum, quoties oſtentando quis factum, recipit famæ precium. Sed innocentiā noſtram quis exceperit euentus, uides. pro ueræ uirtutis p̄mijs, falſi ſceleris pœnas ſubimus. Et cuius unq̄ facinoris manifeſta confeſſio ita iudices habuit in ſeueritate concordes, ut nō aliquos uel ipſe ingenij error humani, uel fortunę cōditio cūctis mortalibus incerta, ſubmitteret? Si inflammare ſacras ædes uoluiſſe, ſi ſacerdotes impio iugulare gladio, ſi bonis omnibus necē ſtruxiſſe diceremur, præſentē

tamē ſētentia confeſſū,cōuictumue puniſſet.
Nunc uero quingentis fere paſſuū millibus
ꝓcul moti,atqꝫ indefēſi,ob ſtudiū propenſius
in ſenatū,morti ꝓſcriptiōiqꝫ dānamur? O me
ritos, de ſimili crimine neminē poſſe cōuinci.

¶ Qua in re] Oſtendit hic indignitatem fortunę ſuę RODOL. AGRICO
ex iudicibus ſuis,q̇bus condemnatus: Quia vero dupli-
ces ſunt omniū rerū iudices deus ⁊ homines, de diuino
iudicio prius conqueritur,deinde de humano,id eſt, ſe
natꝰ iudicio. Dicit itaqꝫ,licet dolor aduerſitatis multum
occupauerit ⁊ turbauerit mentē,nondū tñ ita expers ra
tionis,vt indigne feram improbos accuſatores conatos
eſſe nefandum contra me:quia velle peiora, eſt fere ex
defectu ⁊ infirmitate humanę naturę, ſed illud magis
puto mirandū,poſſe malos perficere ea quę volunt con
tra bonos:cum deus ſine cuius ꝑmiſſu nihil poteſt fieri,
id videat. monſtri eñ ſimile eſt] hoc eſt, incredibile eſt id
eū debere velle ꝑmittere,ſicut q̇dam philoſophꝰ ait: Si
eſt aliq̇s deus,quomodo pōt eſſe aliq̇d malū? ſi nō ē deꝰ,
vñ ꝓueniūt bona? Poſt ibi, Sed fas fuerit] oſten-
dit ex iudicio ſenatus indigne ſe ab eo condēnatū,idqꝫ
primū ex ꝑſona ſenatus, quē accuſatū apud regē ſuo pe
riculo ſeruauerat: deinde ex ordine iudicij, quia abſens
nō audit, nec cognita cauſa condēnatus eſt. dicit ergo,
placuerit licet deo,vt q̇ bonos omnes oderāt,illi etiā me
q̇ bonos ⁊ ſenatū defendebā,cuperēt perire, nō tñ mere
bamur ita de ſenatu,vt is hoc ipſum vellet: quia quū Ve-
ronę Theodericus rex cuperet crimē quo Albinus accu
ſatus erat, in ſenatū transfundere: ſcis tu philoſophia,
q̄ꝫ magno periculo meo defenderim ſenatū, pro q̇ bñfi-
cio tñ falſa ſentētia a ſenatu condēnatus ſum. Deinde.
Et cuius vnqꝫ facinoris?] Colligit indignitatē iudicij
ex modo illius, dicēs: Nunqꝫ in iudicādo ita in aptiſſi-
mis ſceleribus iudices conſentiūt, vt nō aliq̇s moueatur
ad miſericordiā ex his, vel propterea q̇d oēs hoīes pro-
ni ſunt ad errādū ⁊ ad faciendū quę nō debeāt fieri: vel
etiā, quod fortuna cōmunis eſt, ⁊ nemo certus eſt, quid
ipſi ſibi poſſit obuenire. Ego etiā ſi q̄ꝫtūuis magna ſcele-
ra voluiſſem facere, nō tñ niſi aut cōfeſſus, aut cōuictus

guntur et vno accentu pꝛoferuntur, tunc accipitur pro
certe. Plinius in pꝛimo naturalis hiſtoꝛię: Siquidem co
loꝛes mutant. Sanguine petant]: Per antonomaſiam Peto.
dictum eſt .i. exitium cupiunt. Petunt] Peto ſignificat
quandoq́ poſco. vt Hoꝛatius in .2. epiſt.

Quod cupide petijt, mature plena reliquit.

Aliquando adeo. ſic Ualerius in .2. Rus petens redeunti
in vꝛbem narrauerat. Aliquādo oꝛo, ſicq́ iungitur accu-
ſatiuo cum ablatiuo interueniente pꝛępoſitione. Quinti
lianus in matris infamia. Illud a te ciuitas nouiſſimis
pꝛecibus peto. Dicimus etiam, peto illum ferro, peto la
pidibus, i. iacio in eum, vel vim infero. Uerg. in buco.

Malo me Galathea petit.

id eſt, iacit in me malū. Patribus] Patres vocabant Patres.
ſenat⁹. Saluſtius. Hosq́ vel ętate vel curę ſimilitudine
vocabant patres. Pręſens] dicitur, qui coꝛam eſt. dicit Pręſens.
et figurate pręſens hoc, quod eſt efficax. Uerg. in buco.

Nec tam præſentes alibi cognoſcere diuos.

Quintilianus in veneno effuſo, Et virus pręſentaneum Verona.
paro, quod ſubito, quod ſtatim coꝛrumpat. Ueronę]
Uerona oppidum eſt Italię tranſpadanę, quod medium
Atheſis fluuius perfluit in radicibus alpium Uindelica
rum poſitum. Dicturum quid] pꝛo aliquid. ⁊ legendū
eſt, traducto in pꝛęcedentem dictionem accētu. ſicut q́,
ve, ne, legimus. Exitiū] Exitiū ab exeūdo, ſicut initiū Exitium
ab ineūdo dictū eſt figurate, ſicut multa, ꝓ clade vel ꝑni Initium.
cie accipit. q̄a exitus, hoc eſt, ꝑēptio ſitcuiq́ ſumma cla Securus.
des. Securitate] id eſt, neglectu vel contēptu. ſecurus Profero.
eīn ſine cura dr̄. Pꝛoferre] .i. efferre hoc loco. Iuuena.

Profer galla caput.

Aliquādo ſignificat differre. Plautus in captiuis duob⁹.

Quando prolatis rebus rus homines eunt.

id eſt, dilatis negocijs vel litib⁹. ſignificat etiam pꝛocul
ferre. Uergilius in pꝛimo Aeneidos:

Super Garamantes & Indos Profert imperium.

Iactaſſe] Iactare hic accipit pꝛo eo, q̄d eſt arroganter Iacto.
vel gloꝛiando cōmemoꝛare. Quintil. in matris infamia.
Magna pars voluntatis eſt iactatio. Quandoq́ ſignifi
cat verbis ſtrepere, ꝑ metaphoꝛam dictum. Uerg. in .10.

Nunc fera querelis
Haud iuſta aſſurgis,atque irrita iurgia iactas.

Proprie aũt ſignificat frequẽter iacere.Oui.in.2.de arte
Iactatas excutiatq́; faces.

Oſtentando] Oſtentare ſicut iactare dicitur, ſed iactare magis verbis eſt,oſtẽtare reb⁹. Facinoris] Facinus a faciendo dictum eſt.et in peiorem partem nunc accipitur euincẽte conſuetudine,apud veteres in vtrãq; accipiebatur partem ⁊ bonam ⁊ malam.Saluſt. in Catilina:Qui pręclari facinoris aut artis bonę famã querit. Iugulare proprie ſignificat iugulum pſcindere. Eſt aũt iugulus dictus pars illa, quę proxima collo ab oſſibus,quę pectus determinant:qm̃ ea oſſa ſimilitudinem iugi,id eſt,ſummitatis mõtiũ. vel veri q̃d araturis bob⁹ imponitur, habent. Necem] vulgus grãmaticorũ dicit huius nominatiuũ non inueniri. Cicero tñ pro Milone dicit:Inſidiatori vero ⁊ latroni quę põt iniuſta eſſe nex? Sic ⁊ prex etiã Phocas grãmaticus dixit.Differũt ſane nex ⁊ mors, quẽadmodũ necare ⁊ mori. vt nex ſit mors vi illata, mors qualiſcunq; hominis interitus. Quingẽtis paſſuum mil] Latini itinera ſua millibus paſſuum numerãt,ſicut Gręci ſtadijs,Galli leucis. quinq; autem millia paſſuũ tãtũ ſpatij efficiũt, quãtũ apud Germanos quod illi milã vocãt,quodq; Aegyptij paraſangã,Perſę ſchœnũ. Propẽſius] .i.diligẽtius,vel inclinati⁹, a propendendo,ſicut in libra, qua parte plus appenditur. ea plus propẽdet.ſic ⁊ nos propẽdere, ⁊ propẽſi dicimur in id,cuius maiori ſtudio tenemur. Proſcriptioni] Proſcriptionis nomen a bellis ciuilibus venit,quoniam in ciuilibus diſſenſionibus, ſicut fuerant Marij ⁊ Syllę.Cęſaris ⁊ Pompeij ⁊ reliq̃rũ, q̃ victores erãt, nomina eorũ qui diuerſarum partium fuere,in tabulis deſcripta ponebant,datis pręmiis,ſi q̃s eorũ quenq; occidiſſet,⁊ bonis publicatis.poſtea obtinuit conſuetudo, vt relegati in exilium,proſcripti dicerentur.

*[Margin: Facinus. — Iugulo. — Iugulus. — Nex. — Mila. — Propenſus — Proſcriptio.]*

IOHAN. MVR.

¶ Cõtra virtutẽ] cõtra hões virtute pręditos. Tuorũ q̃dã familiariũ] phĩorũ q̃dã. Siquidẽ] ſi. Sãguinẽ] ſanguinis effuſionẽ. Propugnare bonis] defendere bonos. Quid] aliq̃d. In nulla.v.m.l.iactaſſe] Tametſi vera ſint,ea tñ nunq; ſe iactaſſe ait. M.Tul.in.1.offi. Deforme etiam eſt de ſeipſo pręḋicare,falſa pręſertim,⁊

cum irriſione audientiū imitari militē glorioſum. Diuus Cyprianus ad Donatū: In proprias laudes odioſa iactatio eſt. Plinius ad Pōpeiū Saturninū: Etenim ſi alienę ꝗꝫ laudes parū ęquis aurib⁹ accipi ſolēt, ꝗꝫ difficile eſt obtinere, ne moleſta videat̃ oratio de ſe, aut de ſuis differētis? Minuit enim] Ordo eſt. quis. i. aliquis minuit ꝗdammodo ſecretū conſcientię probantis ſe. i ſibi p virtutē & benefacta placētis. ꝗties oſtentando factū, recipit p̃cium. i. pręmium famę. Cicero in Tuſculanis: Te aūt, ſi in oculis ſis multitudinis, tñ eius iudicio ſtare nolim, nec quod illa putet, idē te putare pulcherrimū. tuo tibi iudicio eſt vtēdū. tibi ſi recta probāti placebis, tunc nō modo tu te viceris (ꝗd paulo ante pręcipiebam) ſed omnes & omnia. Hoc igitur tibi propone, amplitudinē animi, & quaſi quandā exaggerationē ꝗꝫ altiſſimā animi, ꝗ maxime eminet, in contemnendis & deſpiciendis doloribus vnam eſſe omnium rem pulcherrimam, eoꝗꝫ pulchriorē, ſi vacet populo neꝗꝫ plauſum captans, ſe tantum ipſa delectet. Quinetiā mihi ꝗdem laudabiliora vident̃ omnia, quę ſine venditatione, et ſine populo teſte fiūt, nō quo fugiendū ſit, omnia enim bene facta in luce ſe collocari volunt, ſed tamen nullum theatrum virtuti conſcientia maius eſt. Plinius ad Saturninum: Pręterea meminimus, quanto maiore animo honeſtatis fructus in conſciētia ꝗꝫ in fama reponatur. Sequi enim gloria, non appeti debet. nec ſi caſu aliquo non ſequat̃, idcirco quod gloriam meruit, minus pulchrum eſt. Hi vero qui benefacta ſua verbis adornant, non ideo prędicare. quia fecerint, ſed vt prędicarent, feciſſe credunt̃. Sic quod magnificum referente alio fuiſſet, ipſo qui geſſerit recenſente, vaneſcit. Homines enim cum rem deſtruere non poſſunt, iactationem eius inceſſunt. Ita ſi ſilenda feceris, factum ipſum: ſi laudāda non ſileas, ipſe culparis. Macrobius in ſomnium Scipionis, Conſcientia ipa factorū egregiorū, ampliſſimum virtutis eſt premiū. Idē in idem. Uirtutis fructum ſapiens in conſcientia ponit, minus perfectus in gloria. Diuus Ambroſius in quadā epiſtola: Abundat enim ſibi locuples teſtis conſcientia.

Pro vere. v. pr. f. ſc.] Pulchrū antitheton eſt. Et cui⁹ vnꝗꝫ] Et, particula interrogationi nunc apta. ſic apud Uergilium in Bucolicis: Et.

Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi?

De ſimili crimine] quod fuerit propenſioris ſtudij in ſenatum, eumq; ſaluum eſſe voluerit.

Cuius dignitatem reatus, ipſi etiam qui detulere, uiderunt. Quã uti alicuius ſceleris admiſtione fuſcarent, ob ambitũ dignitatis ſacrilegio me conſcientiã meam polluiſſe mentiti ſunt. Atqui & tu inſita nobis, omnem rerum mortaliũ cupiditatẽ de noſtri animi ſede pellebas. Et ſub tuis oculis ſacrilegio fas locum eſſe non erat. Inſtillabas enim auribus cogitationibusq; meis quotidie Pythagoricũ illud, ἕπου θεῷ. Nec conueniebat uiliſſimorum me ſpirituum præſidia captare, quem tu in hanc excellentiã cõponebas, ut conſimilẽ deo faceres. Præterea penetral innocẽs domus, honeſtiſſimorũq; cœtus amicorũ, ſocer etiam ſanctus, & æquo actu ipſe reuerendus, ab omni nos criminis huius ſuſpicione defendũt. Sed ô nefas. Illi uero de te tanti criminis capiunt fidẽ. Atq; hoc ipſo uidemur affines fuiſſe maleficio, q; tuis inſtituti moribus, tuis imbuti diſciplinis ſumus. Itaq; non eſt ſatis nihil mihi profuiſſe tuam reuerẽtiã, niſi ultro tu mea potius offenſione lacereris.

RODOL. AGRICO. ¶ Cuius indignitatem reatus] Oſtendit nunc maiorem indignitatem caſus ſui, quod cum perſpicuum eſſet, nec iſta crimina talia eſſe, quę vel accuſatores cum ſpecie aliqua fidei poſſent obijcere, vel iudices yllo colore iuſtitię

poſſent condemnare. dicit etiam crimen ex præcipua ſua laude cõtra ſe petitum eſſe. quia enim philoſophus erat, inſimulauerunt magum eum eſſe. quia plerunq; apud veteres philoſophi hac ſuſpicione premebãtur. Unde & Apuleius Madaurẽſis magię accuſatus fuit, cuius defenſionis adhuc extant libri. & Apollonius Tyaneus, & Menippus habiti ſunt magi, & videri etiam voluerunt, cũ vterq; philoſophus eſſet. ergo dicit accuſatores obiecíſſe ei propter cupiditatem, vt conſulatum & magiſtratus in vrbe conſequeretur, cum dęmoniis eum habuiſſe commercium: quod falſum eſſe oſtendit ex ſtudiis ſuis. quũ fuerit enim deditus philoſophię, quę iuſſit deo eum & non diis ſeruire, veriſimile non eſſe, vt ſe peſſimis ſpiritibus iungeret, aut eorum miniſterio vteretur. Deinde idipſum coarguit ex modeſtia domus ſuę & probitate amicorum ſuorum, & affinitate Symmachi: cuius filiam vxorem ſibi habebat, qui non potuiſſent, ſi tam facinoroſę vitę fuiſſet, ſecũ cõuenire. Commiſtione] Cõmiſtio ſ litera, nõ x dicendum eſt. ſi enim mixeo in indicatiuo haberet, poſſemus mixtum dicere. nunc a miſceo, quomodo fiet mixtũ? Fuſcarent] Fuſcus color eſt, qualis corporibus ex ſole prouenit. Uergil. in buco. Fuſcus

Quid tum ſi fuſcus Amyntas?

Ouidius in .2. de arte:

Fuſcentur corpora campo.

Ater, color eſt carbonum & veſtium: vnde & atramentum dicimus. & atratos eos qui luctus cauſa mutauerũt. Niger eſt obſcurus ille ex rubro vel lucido ad atrum tendens: vnde & nigra vina, & ſanguinem nigrum dicimus. Uergilius Nigrantem nimbum dixit in .1. Aeneid. Confunduntur tamen iſta ſępe ab autoribus. Sacrilegio] Sacrilegium dictum eſt a legendis, hoc eſt, furandis ſacris. deinde & pro vi, quę ſacris infertur, accipitur. Unde Seneca ad Serenum dixit: Nihil in rerum natura tam ſacrum eſt, quod ſacrilegum non inueniat. Deinde Boethius ad omnem ſacrorum profanationẽ traducere hoc nomen videtur. nam oẽs incantationes, & ritus inuocandorũ ſpirituũ ſacra vocabant. Boethius cũ ab hoc noẽ abhorreret, maluit ſacrilegiũ vocare: ea eſt, quã proprie magiã vocamus, q̃ eſt, quã homines mira, & oẽm ordinẽ Ater Niger Sacrilegiũ

aut vim nature excedentia efficiunt. hoc eſt, quam indocti nigromantiam vocant. nam grece necromātia, vel cōmunius necyomantia dicitur: que ſolum diuinationem faciebat ex animabus defunctorum per incantationes inuocatis. Polluiſſe] Polluo a porro & luo, id eſt, prorſus luo dicitur, id eſt maculo. Inſita] id eſt, indita ab infero. Inſtillabas] Stilla guttā ſignificat. vnde & ſtillicidium locus, in quem gutte pluuie de tectis decidūt. Inde inſtillo. Pythagoricum] Pythagoras ex Samio inſula oriundus fuit, verſatus eſt in ea Italie parte, que quōdam magna Grecia dicta fuit, circa Taretum & Crotonam: quūq interrogaretur, an ſophos .i. ſapiens eſſet, reſpondit non, ſed philoſophos .i. amator ſapiētie, & quū ante eum qui inſigniori doctrina prediti eſſent, ſapientes vocarentur, poſtea philoſophi coepti ſunt vocari, & a Pythagora ſecta ea ducta eſt, quam philoſophiam Italicā vocauerunt. ~~Theo allutheos~~] id eſt, deo & non diis. Conueniebant.] Conuenire dicitur hic aptum eſſe vel accommodatum: Aliquādo conſentire ſignificat. Hora.

Ars magica — Polluo — Stilla — Stillicidiū — Pythagoras — Cōuenire (margin)

Θεῷ ἀλλ' οὐ θεοῖς (handwritten margin)

& vitae diſconuenit ordine toto.

id eſt, diſcordat. Ouid. in primo de arte.

Conueniat nobis, ne quam nos ante rogemus.

Unde dicimus cōuenit nobis de hac re, & conueniemus de hac re. Etiam ſignificat congregari, idq propriū eſt eius ſignificatum. Saluſtius: Poſtq Catilina eos quos conuocauerat, conueniſſe videt. Dicitur etiam, conueni illum apud forum .i. allocutus ſum. Penetral] interior pars domus dicitur a penetrando. Vergil. in .2. Aeneid.

Penetral (margin)

Apparent Priami & veterum penetralia regum.

commodeq dixit Boethius penetral innocens domus, quoniam ſolent recondi ſcelera, & ab hominum conſpectu remoueri. Coetus] a coeundo .i. conueniendo dictus eſt. Socer] eſt vxoris vel mariti pater, itidem vt ſocrus mater, qui filiam tuam in matrimonium habet gener: que filium tuum, nurus vocatur. Affines] hoc dixit in propria ſignificatione .i. coniuncti. nam conſuetudine accipitur affinis pro eo, qui nō eſt cognatus nobis, ſed cognatis noſtris matrimonio iunctus. Inſtituti] id eſt, compoſiti vel aſſuefacti, vel formati. Quintil. in .1. inſtitu. Ante palatum eorum q mores inſtituimus. Ali

Coetus — Socer — Affinis (margin)

quando docere ſignificat inſtituere. Juuenalis:

Inſtituitq́; rudes melior locuſta propinquas.

Accipitur etiam pro eo quod eſt proponere vel velle. vt Cice in 3. de orato. Inſtitueũ mihi Quinte frater, id eſt, volẽti vel paranti. Lacereris] figurate per tranſlationem dictum eſt. i. carparis, reprehendaris. Inſtituti Inſtuuo

¶ Cuius dignitatẽ] Tametſi Rodolphus Agricola iudicio vir alioquin acerrimo, legere videatur indignitatem, malim tamen legere (ſicut & fere exemplaria habẽt) dignitatem. Fuit enim magna dignitas honeſtasq́; eius reatus. quo Boethius accuſatus eſt ſtudijs in ſenatũ propenſioris, verum eam falſo magię crimine fuſcare denigrareq́; delatores conati ſunt. Hanc lectionem pręter exemplarium fidẽ aſtruunt ea, quę proxima proſa ſubijciuntur. De obiectorum quidem tibi vel honeſtate vel falſitate cũctis nota memoraſti, ἕπου θεῷ] ſequere deũ. legitur autem hoc Gręcum in exemplari quod mihi cõmodauit Cęſarius, & in epiſtola Johannis Aedicollii ad me data. Habet idẽ in 2. chiliade prouerbiorũ Eraſmi. & apud Politianum in pręlectione Homerica. Refertur autem ad Pythagoram, qui Marſilio interprete, ſic ait in ſymbolis: Linguam in primis coerce, deum imitans. Porro Rodolph⁹ Agricola videtur hęc Gręca ponere, θεῷ ἀλλ᾽ οὐ θεοῖς, id eſt, deo, & non dijs. ſubaudi ſeruias ſeu ſeruiendum. Ut conſimilem deo faceres] Seneca in epiſtola ad Luciliũ. 48. Hoc enim eſt quod mihi philoſophia promittit, vt parẽ deo faciat. Ultro] inſup. IOHAN. MVR. Prouerbiũ

At uero hic etiam noſtris malis cumulus accedit, ꝙ exiſtimatio plurimorum non rerum merita, ſed fortunæ ſpectat euẽtum: eaq́; tantum iudicat eſſe prouiſa, quæ felicitas commendauerit. Quo fit, ut exiſtimatio bona prima omnium deſerat infelices. Qui nunc populi rumores, q̃ diſſonæ multiplicesq́; ſententiæ, piget reminiſci. Hoc tantum dixerim, ultimam eſſe aduerſæ fortunæ ſarcinã, ꝙ dum

miſeris aliquod crimen affigit, quæ perferūt, meruiſſe credūtur. Et ego quidē bonis omnibus pulſus, dignitatibus exutus, exiſtimatione fœdatus, ob beneficium ſuppliciū tuli. Videre aut uideor nefarias ſceleratorū officinas gaudio lætitiaq; fluitātes, perditiſſimū quenq; nouis delationum fraudibus imminentē, iacere bonos, noſtri diſcriminis terrore proſtratos, flagitioſum quenq; ad audendum quidē facinus impunitate, ad efficiendum uero premijs incitari, inſontes autem non modo ſecuritate, uerum ipſa etiam defenſione priuatos. Itaq; libet exclamare:

RODOL. AGRI. ¶ At vero hoc etiam] Oſtendit nunc aſperitatem calamitatis ſue ex eo, quod ſequitur cōmuniter in oēs bonos. Dicit itaq; nō ſolū indignū eſſe hec omnia, que grauiſſima enumerauit, ſe pertuliſſe ſed hoc etiam adhuc restare malis ſuis, vt iſta merito pati videat, & poſtq; omīa perdidit, etiam honeſtatem exiſtimationis & fame bone amittat. Uulgus enim imperitum ea ſolum credit. & prudenter facta eſſe, que proſpere & feliciter eueniunt. nunc ergo quia ſibi res omnes aduerſe infeliciter ceſſerunt, credetur dignus his eſſe. & iſta meruiſſe. Poſt ibi. Uideor aūt videre] dicit, quia nunc innocentia noſtra ab improbis victa eſt & oppreſſa, futurū eſt vt ſcelerati oēs quibus ego reſiſtebam, gaudeāt, & ſimiles accuſationes contra bonos parent, quum videant impune omnia ſe facere poſſe: bonos vero non auſuros illis reſiſtere, quum ſe videant nō ſolum periculis expoſitos, ſed etiam defenſione priuatos. Exclamat ergo, O ſtelliferi &c. Cumulus] id eſt, explemētum. proprie enim dicitur cumulus, aceruus rerum aut ſtrues ſimul congeſtarū. Merita] id eſt, vim vel precium. Prouiſa] dixit quaſi prouidenter & recte facta ſecundum philoſophos enim, quicquid

Cumulus

recte fit, prudenter fit: contra etiam, quicquid prudēter
fit, fit ⁊ recte. Rumores] Rumor a ruēdo dictus, quaſi Rumor
frenitus populi ſimilis ſono, quem ruina rerum facit, idē
ſicat quod fama, ſed fama Græcū eſt. fama tamē q̇a a phe
mi Græco (quod apud nos for ſignificat) dicitur, certius
aliquid ⁊ conſtantius loqui ſignificat, rumor incertius
quiddā habet. Affingitur] Alii affigitur legunt, quod
tranſlatum quidem eſt, ſed tamen aptius. Perferunt]
Iuuenalis:

> lateq; ſonantem Pertulit Ionium.

id eſt, perpeſſa eſt. Aliquando apportare, vt apud Cice
ronem: literas ad te perferēdas dedi. Officinas] Offi- Officina
cina ab officio dicta, eſt locus in quo opifices officia, hoc
eſt, artes ſuas, exercent. Fluitantes] .i. ſeſe agitantes
vel trepidantes vel geſtientes. ſic enim Cicero inconſul
tum gaudium, lętitiam geſtientem vocat, id eſt, crebro ſe
mouentem ⁊ trepidantem, ſicuti mos eſt lętis. Perdi-
tiſſimum] Perditi dicuntur, qui non mediocriter aut to Perditi
lerabiliter ſunt mali, ⁊ de quibus nulla eſt amplius ſpes
boni, quos Græci ⁊ Cicero nonnunq̃ vſus eo verbo, aſo
tos vocāt. Inſontes] Inſons a ſons dicitur, quod etiā
nunc vſus habet, veteres tamen ſępius dixerūt. teſtimo Inſons
nium eſt Feſti Pompeii, qui ſonticum iuſtum vult ſigni ſons]
ficare, ponens verba Neuii, dicentis:

> Sonticam eſſe oportet cauſam, quamobrem perdas mu-
> lierem:

quum rectius dixiſſet Feſtus, grauem aut noxiam. Di-
ctum ſontem arbitror, de quo ſonus fiat, id eſt, qui in fa-
ma ⁊ ſono hominum verſatur.

¶ Cumulus accedit] Cumulos malorum prouerbiali- IOHAN.
ter dicitur de ingētibus malis ⁊ calamitatibus: vt cumu MVR.
lus ſeu aceruus bonorum, de opibus ingentibus. Sunt
⁊ illa Ciceroni familiaria, cumulare officiis, cumulatiſſi- Prouerbia
me ſatiſfacere, cumulus meritorum.

## ¶ Metrum V. libri .I.

O Stelliferi conditor orbis,
Qui perpetuo nixus ſolio,

Rapido cælum turbine uerſas,
Legemq́ pati ſidera cogis,
Vt nunc pleno lucida cornu
Totis fratris & obuia flammis,
Condat ſtellas luna minores:
Nunc obſcuro pallida cornu,
Phœbo propior, lumina perdat:
Et qui primæ tempore noctis,
Agit algentes Heſperus ortus,
Solitas iterum mutet habenas,
Phœbi pallens lucifer ortu.
Tu frondifluæ frigore brumæ
Stringis lucem breuiore mora.
Tu, cum feruida uenerit æſtas,
Agiles noctis diuidis horas.
Tua uis uarium temperat annum,
Vt quas boreæ ſpiritus aufert,
Reuehat mitis zephyrus frondes:
Quæq́ Arcturus ſemina uidit,
Sirius altas urat ſegetes.
Nihil antiqua lege ſolutum,
Linquit propriæ ſtationis opus.
Omnia certo fine gubernans,
Hominum ſolos reſpuis actus,
Merito rector cohibere modo.
Nam cur tantas lubrica uerſat
Fortuna uices? premit inſontes

Debita ſceleri noxia pœna.
At peruerſi reſident celſo
Mores ſolio, ſanctaq́ꝫ calcant
Iniuſta uice colla nocentes.
Latet obſcuris condita uirtus
Clara tenebris, iuſtusq́ꝫ tulit
  Crimen iniqui.
Nil periuria, nil nocet ipſis
Fraus, mendaci compta colore.
Sed cum libuit uiribus uti,
Quos innumeri metuunt populi,
Summos gaudet ſubdere reges.
O iam miſeras reſpice terras,
Quiſquis rerum fœdera nectis.
Operis tanti pars non uilis
Homines, quatimur fortunæ ſalo.
Rapidos rector comprime fluctus,
Et quo cælum regis immenſum,
Firma ſtabiles fœdere terras.

¶O ſtelliferi] Boethius hoc carmine deplorat conditionem humanę naturę, quum deus omnia, quę in rerum natura ſunt, ad certam legem alligauerit, ꝛ omnia ita inſtituerit, vt errare aut peccare nequirēt: ſoli homini dedit libertatem, vt poſſet bene ꝛ male facere, ꝛ ei permiſerit, vt hac libertate plerunqꝫ abuteretur, ꝛ mali pręmerent meliores. Genus metri eſt anapęſticum ꝛ pindaricum. Anapęſticum a pede dictū, quoniam ille ſit ei pes legitimus: recipit tamen ꝛ ſpondeum ꝛ dactylum. pindaricū a pindaro autore eius dicit. Dicit ergo. O deus, qui in cęlo habitans, cōuertis illud veloci curſu, ꝛ facis vt ſtellę ſemper ordinem ſuum ſeruent, ꝛ luna plena op- RODOL AGRIC.

poſita ſoli.lumine ſuo abſcondat reliquas ſtellas: nunc vicina rurſus ſoli.perdat lumen ſuum. Sic facis etiam vt heſperus iam poſt occidentē ſolem luceat, iam mutato nomine lucifer dicatur, ꝛ orientē ſolē pꝛęcedat: pꝛęterea hyeme bꝛeues dies facis, ęſtate bꝛeues noctes. Nec ſolum vis tua cęlum oꝛdinē tenere cogit.ſed terras etiā ſimili ratione regit, vt frondes autunno decidentes, vere renaſcantur, ꝛ quę ſerūtur hyeme, ęſtate matureſcāt. At quum hęc tam certo curſu dirigas, ſola opera homi nū pmittis errare. Unde enim niſi id ita eſſet, tāta vis foꝛtunę, vt ea nūc iniuſtas poenas innocētib⁹ infligeret, cōtra vero malos extolleret? negligitur ꝛ contēnitur virtus, ꝛ accuſatur, malis aūt mala ſcelera nō nocent: quinetiam quando placet foꝛtunę, potentiſſimi reges ſubdunt, ꝛ oppꝛimuntur. ergo etiam o deus, rege etiam res hominū, quę ſunt pars mundi nō contemnenda, ꝛ oꝛdi-

Conditor. nem q̄ in cęlo eſt, etiam in terrā mitte. Conditoꝛ] Condere quādoq; facere ſignificat, vt hic, ꝛ Uerg. in buco.

Pallas quas condidit vrbes, Ipſa colat.

Quandoq; ſignificat abſcondere, ſic infra dicitur,

Condat ſtellas luna minores.

pꝛopꝛie vero ſignificat congerere aut colligere. Hoꝛat. in pꝛimo carminum:

Illum ſi proprio condidit horreo.

et idem in pꝛimo epiſtolarum:

Condo & compono, quæ mox depromere poſſim.

Orbis. Oꝛbis] dicitur id q̄d vndiquaq; rotundum eſt, quod

Nixus. etiam globum dicimus. Unde ꝛ mundum pꝛopter rotunditatē oꝛbē vocamus, id eſt, q̄d ſphęrā vocāt. Nixus]

Solium. id eſt, firmatus, vel inſiſtens. Quintilia. in Milite Mariano: Ut vitā genu nixus petat. Solio] Solium regia ſella. Unde Seneca in de tranquillitate, ſignificās mutabilitatem foꝛtunę: Momētum, inquit, intereſt inter ſolium .i. regnum, ꝛ aliena genua .i. captiuitatem. veteres etiam vas quoddam ſolium vocabant in balneo, quod implebatur aqua, in quo lauantes ſedebant, et ſe ablue-

Cælum. bant. Cęlum] aliı̄ quaſi cęlatum .i. ſcalptum pꝛopter varias ſtellarum imagines arbitrabant: vnde ꝛ mundus ab oꝛnatu dictus videtur: quemadmodū apud Gręcos etiam coſmos .i. mundus ab oꝛnatu dicitur. ij alij coelum ab eo quod gręce dicitur coelon, i. cauum. Si pꝛimum vi

tatur, ſcribendum erit per ae diphthongū ſi ſecundum.
per œ. nam quod vulgus dicit cęlum quaſi caſam heli.i.
ſolis, ineptū eſt, ſicut multa indoctorū. Turbine] id Turbo.
eſt, impetu vel raptu. a turbando dr̃. Vñ Uer. in .1. Aen.

Et terras turbine perflant.

vocaṫ etiā turbo, quod Greci trochon. nos inde aſſum-
pto nomine trochum vocam⁹, a trecho, qd eſt, curro, ob
eandē cauſam, quia turbine .i. impetu currit. Turbonis
autē nomen erat propriū cuiuſdā gladiatoris. Legē] Lex.
Lex dicta eſt a legendo, quia prelegebaṫ ad populum.
Deinde conſul interrogabat, vellent, iuberentve id ita
fieri, qd ſi populus affirmaret, lex fiebat: qd ipſum ſi tribu
nus plebis faceret, id quoqꝫ decretū erat. plebiſcitū dice
baṫ: hic aūt lex ꝑ tranſlationem figurate pro certo ordi-
ne accipiṫ. Pleno cornu] id eſt, impletis cornib⁹, quod
in plenilunio fit, quū enim oppoſita eſt ſoli, tunc pars ei⁹
quę ad nos verſa, tota a ſole illuminatur. non enim ex
ſe luna a ſole illuſtrata, lumē habet, ſed quod fieri vide-
mus, vt vaſa polita acceptū lumen refundant: ſic luna a
ſole illuſtrata, lumē reddit. vnde quū rurſus ad ſolē acce
dit, partes auerſę a nobis accipiūt lumē, quod propter
rotūditatē eius paulatim videtur extenuari in cornua.
Flammis] a flagro .i. ardeo dicta eſt flamma. Fra- Flamma.
tris] id eſt, ſolis. fabulę enim tradunt Latonam Iouis Luna.
concubitu pregnatam, phœbum .i. ſolem a phœbeo .i. Sol.
ardeo, & Dianam peperiſſe. Luna] a lucendo dicta vi
detur, quod inter ſidera luceat: ſicut ſolē, qd ſolus lucе-
at, & omnia ſidera lumine ſuo abſcondat, dictum volunt.
Lumina perdat] hoc ad noſtrum conſpectum videtur.
quū nunqꝫ ſit magis illuminata luna, aut latius accipiat
lumē, ꝙ quādo ſoli proxima eſt: qd enim ex mathematica
ratione clarum eſt, minus luminoſum corpus maiori lu
minoſo adhibitū, quāto ad id propius accedit, tanto plu
res eius partes illuminantur. Agit] Agere in varias Ago.
ſignificationes dicitur. nam & negocioſum eſſe, aut face-
re aliquid ſignificat. Horatius in primo epiſtolarum:

Quid mihi Celſus agit?

quandoqꝫ ſignificat ducere aut propellere. Uer. in buco.

Et potum paſtas age.

Horatius in .2. epiſtolarum.

vocatur occaſus veſpertinus, quoniam occidente ſole
id aſtrum proxime occidat. Poſtremo, quum incipit rur-
ſus ſol quindecim gradus accedere ad oppoſitionē pro-
ximos, quia tunc oriente ſole id aſtrum poſtremum vide
tur occidere, dicitur occaſus matutinus. In Venere aūt
⁊ Mercurio rectius quis ortus veſpertinos ⁊ occaſus
matutinos, vocauerit emerſiones ⁊ occultationes: quia
ſemper proſequuntur iſta duo ſolem, ⁊ illi adhęrent: ſed
quando mane incipiunt emergere ex radiis ⁊ apparere,
dicunt̄ oriri ortu matutino: rurſus, quando redeunt ma
ne ad ſolem, ⁊ parant occultari, dicuntur occidere occa
ſu matutino: ſimiliter ⁊ veſpere emergentia, oriri ⁊ rede
untia ſub radios, occidere dicūtur. ⁊ hoc eſt, quod hic di
cit Boethius oriri venerem veſperi, id eſt, incipere ap-
parere poſt occidentem ſolem, quam explicationem di-
ligentius notato, quoniam crebra huius rei mētio apud
literatos eſt, ⁊ raro ſatis exacte explicata. Habenas] Habena
Habenę ab habendo .i. retinendo dicuntur, quia equi il-
lis cohibeantur. ⁊ teneantur. hic figurate pro ordine aut
curſu ponitur. Frondifluę] quia frondes ab arborib⁹
fluant. Brumę] Bruma a breuitate dicta eſt, quoniam Bruma
ea totius anni breuiſſima ſit, ſicut ſolſtitium longiſſima
dies, autor eſt Plinius. Aeſtas] ab ęſtu, id eſt, calore
dicta eſt. Agiles] proprie negocioſos dicimus, qui ali- Agilis
quid agunt. Horatius in primo epiſtolarum:

Nunb agilis fio, & merſor ciuilibus vndis.

Hic pro celeri ponitur. Horas] Hora grecum eſt.
Boreas] ventus eſt inter ſeptentrionem ⁊ ortum ſolis Boreas
ęſtiuum, qui latine aquilo dicitur. Zephyrus] quem Zephyrus
latine fauonium dicimus, flat ab occaſu ęquinoctiali. Arcturus
Arcturus] grece interpretatur vrſę cauda, ſidus eſt, Semen
quod Nouembri menſe exortus matutinos facit, quan- Seges
do agricolę ſerunt. Semina ⁊ ſegetes] differunt, quo- Sirius
niam ſemina ſunt ea, quę ſerendo in agros ſparguntur,
ſegetes eę ſunt, quę ex ſeminibus in agro naſcuntur.
Perſius.

Seges altera in herba eſt.

Sirius] ſtella ea eſt, quam caniculam vocamus, quę ma
tutinos ortus in Iulio facit, quum matureſcunt ſegetes.
Stationis] Statio locus in caſtris dicebatur cuiuſq;.

qui cuiqꝫ tributus aut ad excubandum aut defendendũ erat. Quintil. in milite Mariano: Et ab aſſignata ſtatione miles abducitur. dicitur autem ⁊ locus, in quo quis homo vel res conſiſtit. Vergilius in .i. Aeneid.

Nunc tantum ſinus, & ſtatio maleſida carinis.

Omnia certo fine ⁊c.] Indocti, quorum omnia ſemper ſunt plena, hoc loco Boethiũ reprehẽdere ſolent, quaſi non ſatis recte ⁊ digne Chriſtiano viro ſenſerit. quũ eñ dicat Boethius. Hominũ ſolos reſpuis actus] interpretantur quaſi velit dicere, deum res humanas extra curã ſuam poſuiſſe neqꝫ regere opera hominum ſuã prouidentia: quum Boethius nõ id dicat, ſed ſolũ deploret, quod omnia recto ordine regantur, ⁊ non errent, neqꝫ peccẽt, ſoli homini data poteſtas eſt bene ⁊ male faciendi. idqꝫ nõ eſt difficile videre ex eo, quod in fine huius carminis dicit, ⁊ quo cęlum regis ⁊c. cuius non eſt alius ſenſus, ꝙ eius quod quotidie oramus. Fiat voluntas tua, ſicut in cęlo ⁊ in terra. Gubernas] Guberno a gręco cyberno dicitur, quod idem ſignificat. Reſpuis] .i. recuſas, ſpernis, renuis eſtqꝫ ſordidior tranſlatio. Lubricum] a luendo .i. lauando dictum, vnde ⁊ delubra dicuntur .i. tẽpla. quoniam quę luta .i. madefacta ſunt, lubrica ſint. Noxia] a nocendo dicitur. Pœna] a punio, ſicut a munio mœnia. Reſidẽt] ꝑ ſedẽt metri cauſa. Celſo] a cello veteri verbo dicitur celſus vnde ⁊ excello excelſus, ſed percello perculſus facit, dictusqꝫ celſus eſt, quia cellatur .i. alte concitetur, quemadmodum iaculum aut telum miſſum. Iuſtus] a iure dicitur, quia facit id, quod iure pręcipitur. Ius autem a iubendo dicitur, quia iuſſu maioris poteſtatis iuſſum ſit. Sanctus aũt a ſanciendo, quoniam quod ſanctum ſit, id violare non liceat, eumqꝫ dupliciter dicimus. nam ſanctum vocamus inuiolatum a vitiis. Iuuenalis:

Guberno | Lubricus | Celſus | Iuſtus. Ius. | Sanctus

Egregium ſanctum'qꝫ virum.

Aliquando dicimus, cui non licet vim fieri, ſic ſanctos legatos dicimus. ⁊ Vergil.

ſanctum'qꝫ ſenatum.

⁊ Iuuenalis:

Praeterea ſanctum nihil eſt, aut inguine tutum.

Nil] a nihil per ſyncopam dictum. ſicut mi a mihi, & Nã prendo a prehendo. Compta colore] Hęc tranſlatio parum circunſpecte a Boethio facta videtur, licet comẽ re pro ornare apte tranſferatur: tamen vt colore comptum dicamus, non conuenit, ſiuntque tranſlata hęc pugnantia aut diſſidentia inter ſe: fuiſſet enim cohęrens, ſi dixiſſet tincta colore. Utrunque enim adhuc tranſlatum fuiſſet. nunc comi colore, non magis conuenit, quam colorari pectine. Conatus eſt autẽ ſimile illius facere, quod Uergilius dixit:

ferrumque armare veneno.

Uerum hoc modeſtius eſt. nam ſerpentem veneno armatum non inepte dicimus: ſed comptum quem colore, parum prudenter dixeris. Sane Theophraſtus non ſine ratione pręcepit tranſlationem verecundam eſſe debere. Sed cum libuit &c.] Plerique hos tres verſus legũt, vt nocentes dicantur gaudere ſubdere ſummos reges, fitque frigidus (vt videt) & abſurdus ſenſus. rectius erit ergo vt legatur, fortuna gaudet ſubdere ſummos reges, quum libuit ei vti viribus, ſcribaturque gaudet, non gaudent. duplicem enim potentiam fortunę oſtendit. primũ docet quantum poſſit fraudibus. deinde hic quantum viribus, demonſtrat, quę poſſit ſummos reges opprimere. Uilis] id eſt, contemnendus, facile parabilis: ſic dicimus frumentum vile, quando modico venditur. Hora. Vilis

Vilis amicorum eſt annona bonis, vbi quid deeſt.

Salo.] Salum mare dicitur, a ſale dictum eſt. Immen ſum] a metior, quod menſum facit. Salũ

ℭ Carminis huius genus alij Pindaricum dicunt. alij Archilochium. Eſt autem anapęſticum, dimetrum, acatalectum. Simile eſt illi: IOHAN. MVR.

Adytum Veneris fuge virgo ſagax,

& illi Senecę:

Iam rara micant ſidera prono
Languida mundo nox victa, vagos
Contrahit ignes. luce renata,
Cogit nitidum phoſphoros agmen.

Totis fratris] Hic verſus ſic legendus eſt:

Totis fratris & obuia flammis.

nam in eo trocheus locum non habet. Heſperus] De lucifero & veſpere aliud poetę dicunt, aliud aſtrologi. Poetę aſſerunt, quo die lucifer ante orientem ſolem apparuit, eodem occidentem ſolem ſubſequi. Hoc aſtrologi quidam eodem die fieri poſſe negant. Fatentur aūt luciferum modo pręcedere mane ſolem, modo ſubſequi occidentem, ſed diuerſis diebus. Et poetas fortaſſis eo potuiſſe decipi, quod mane luciferū vidiſſent, Mercuriū vero poſt ſolem occidentem. Cinna in Smyrna:

Te matutinus flentem conſpexit eous,
Et flentem paulo vidit poſt heſperus idem. Horatius:
Tu ſemper vrges flebilibus modis
Myſten ademptum, nec tibi veſpero
Surgente, decidunt amores,
Nec rapidum fugiente ſolem.

Vergilius de roſis:

Quam modo naſcentem rutilus conſpexit eous,
Hanc rediens ſero veſpere vidit anum

Manlius in libro. I. Aſtronomicon:

Nec matutinis fulgeret lucifer horis,
Heſperus immerſo dederat qui lumen olympo.

Seneca in Hippolyto:

Qualis eſt primas referens tenebras
Nuncius noctis, modo lotus vndis
Heſperus, pulſis iterum tenebris Lucifer idem.

Hominum ſolos reſpuis actus] Loquit̄ vt homo perturbati nimis animi, non quod ita ſentiat, cum ab epicureorum opinione longiſſime abſit, ſed vt perſonę ſuę decorum ſeruet, & philoſophię reprehenſioni locum paret. Videtur autem mihi diligenter imitatus tragicum Senecam, cuius hi ſunt verſus in Hippolyto ſane ꝙ elegātes:

O magna parens natura deūm,
Tuq; igniferi rector olympi,
Qui ſparſa cito ſidera mundo,
Curſusq; vagos rapis aſtrorum,
Celeriq; polos cardine verſas:
Cur tibi tanta eſt cura perennes

Agitare vias ætheris alti,
Vt nunc canæ frigora brumæ
Nudent ſyluas,
Nunc arbuſtis redeant vmbræ,
Nunc æſtiui colla leonis
Cererem magno feruore coquant,
Vireſq; ſuas temperet annus?
Sed cur idem qui tanta regis,
Sub quo vaſti pondera mundi
Librata ſuos ducunt orbes,
Hominum nimium ſecurus ades,
Non ſolicitus prodeſſe bonis,
Nocuiſſe malis?
Res humanas ordine nullo
Fortuna regit, ſpargitq; manu
Munera cæca peiora fouens.
Vincit ſanctos dira libido.
Fraus ſublimi regnat in aula.
Tradere turpi faſces populus
Gaudet, eoſdem colit atq; odit.
Triſtis virtus peruerſa tulit
Præmia recti: caſtos ſequitur
Mala paupertas, vitioq; potens
Regnat adulter.

Emēdatus Senecę verſus

Hactenus Seneca. Crimen iniqui] Hic verſus monometer eſt, ſimilis illi Senecę,
Regnat adulter.
Mendaci colore] id eſt, falſo pretextu ſeu fuco. Caue nō legas mendācij.

## ¶Proſa quinta libri I.

HAec ubi continuato dolore delatraui, illa uultu placido, nihilq; meis queſtibus mota: Cum te, inquit, mœſtum lachry-

mantemq; uidiſſem, ilico miſerum exulemq́ꝫ cognoui. Sed q̄ id longinquum eſſet exilium, niſi tua prodidiſſet oratio, neſciebam. Sed tu q̄ procul à patria non quidem pulſus es, ſed aberraſti. At ſi te pulſum exiſtimari mauis, te potius ipſe pepuliſti. Nam id quidem de te nunq̄ cuiquā fas fuiſſet. Si enim cuius oriundus ſis patriæ reminiſcaris, nō (uti Athenienſium quondam) multitudinis imperio regit, ἑλλ᾽ εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς, qui frequentia ciuium, non depulſione lætatur. Cuius agi frenis atq; obtemperare iuſtitię, ſumma libertas eſt. An ignoras illā tuæ ciuitatis antiquiſſimā legem, qua ſancitū eſt, ei ius exulare non eſſe, quiſquis in ea ſedem fundare maluerit? Nam qui uallo eius ac munimine continetur, nullus metus eſt, ne exul eſſe mereatur. At quiſquis inhabitare eā uelle deſierit, pariter deſinit etiam mereri. Itaq; nō tam me loci huius, quàm tua facies mouet. Nec bibliothecæ potius comptos ebore ac uitro parietes, quàm tuæ mētis ſedem requiro. In qua non libros, ſed id quod libris preciū facit, librorꝫ quondam meorꝫ ſententias collocaui. Et tu quidē de tuis in cōmune bonū meritis uera qdē, ſed ꝓ multitudine geſtorꝫ tibi, pauca dixiſti. De obiectorꝫ qdē tibi uel honeſtate uel falſitate.

cunctis nota memoraſti. De ſceleribus fraudibusq́; delato⁊ recte tu q̄dē ſtrictim attingendū putaſti, ꝙ ea melius uberiusq́; recognoſcētis oīa uulgi ore celebrent. Increpuiſti etiā uehementer iniuſti factū ſenatus. De noſtra etiā criminatione doluiſti, læſæq́; opinionis dāna fleuiſti. Poſtremo aduerſus fortunā dolor incanduit, cōqueſtusq́; non æqua meritis p̄mia penſari, in extremo muſæ ſæuientis, ut quæ cælū, terras quoq; pax regeret, uota poſuiſti. Sed quoniā plurimus tibi affectuum tumultus incubuit, diuerſumq́; te dolor, ira, mœror diſtrahunt, uti nunc mentis es, nondū te ualidiora remedia contingunt. Itaque lenioribus paulisper utemur, ut quę in tumorem perturbationibus influentibus induruerūt, ad acrioris uim medicaminis recipiendam, tactu blandiore molleſcant.

¶ Hec vbi cōtinuato] Hic philoſophia poſtq̄ Boethi⁹ q̄relis ſuis enarratis oñdit qua parte adhibēda ſibi eſſet cōſolatio, tā incipit ordiri cōſolationē, totūq; id q̄d hinc ad finē vſq; p̄mi libri eſt, eſt proemiū cōſolatiōis. q̄ velut lege quadā proœmij p̄miū cōciliat ſibi auditorē rephendēs errorē eius, q̄d ſe eſſe putat in exilio, ⁊ p hoc animū eius triſtē ⁊ dolentē cōfirmat: deinde paucis verbis oēs q̄relas ⁊ cauſas doloris, quas paulo an̄ expoſuit, repetit ibi, Et tu q̄dē de tuis in cōe bonū] hacq; velut cōfeſſiōe ⁊ cōſenſu acceptarū iniuriarū Boethiū bñuolū etiā reddit. Deinde ibi, Sed qm̄ plurimis ] docilē eū facit, oſtēdēs ordinē rerū dicendarū, cui ſubdit carmē id q̄d ſeq̄t. in eandē ſententiā ptinēs. Poſtremo q̄q; p̄parat eū ſequētib⁹ argumētationib⁹ ⁊ documētis cōſolationis ingrēdo RODO; AGRI.

nonnullis de rebus mentem Boethij, vt illis conceſſis, faciliot & firmiot fiat aditus philoſophię ad conſolandū eum: quod etiam ad partē docilitatis in prooemio pertinet, partim etiā attentum facit. Sed ſoſpitatis autor, quoniā oſtendit poſſe ſanari eum, oſtendit etiam qua ratione id fieri poſſit. Dicit ergo Boethius, philoſophiam poſtq̄ querelas ſuas audiuit, reſpondiſſe ſibi, ſtatim quū flentē eum vidiſſet, intellexiſſe in exilio eſſe, ſed id exiliū non eſſe loci nec carceris in quo eſſet, ſed potius a vera & recta ſententia mētis ſuę. Nam ſicut Stoici ſentiebāt, viro bono totus mūdus eſt patria, cuius dñs & rex vnus eſt deus, & illa neminem poſſe expelli, niſi qui errore mētis ſeipſum expellat. Latraui] .i. cum clamore dixi. per metaphoram dictum ab irrationali ad rationale. Latrare enim proprium eſt canum. Placido] Placidū dicitur, & quod placet. ſic Ouid. in epiſtolis heroidum:

Placidus

Virtus eſt placidis abſtinuiſſe bonis.

Vergilius in primo Aeneidos:

Nunc tandem placida compoſtus pace quieſcit.

Dicitur etiam id cui aliquid placet, vt hoc loco & Verg. in bucolicis:

Quum placidum ventis ſtaret mare.

Queſtus

id eſt, quietum eſſet, tranquillum, non turbatum. Queſtibus] Queſtus quandoq̄ querelam ſignificat, vt hic, diciturq̄ a queror. Quādoq̄ ſignificat lucrū. & tunc dicitur a quero, & ſcribitur per ę diphthōgon. Cicero in paradoxis: Sin aūt per auiditatem pecunię nullū quęſtū turpē putas. Ilico] id eſt, ſtatim. Exulē] Exul quaſi extra ſolum dictus eſt, ſicut extorris, qui extra terrā ſuā eſt. Prodidiſſet] Prodere aliquando ſignificat in apertū dare. ſic dicimus memorie proditū eſt .i. traditum. Aliquando ſignificat per perfidiā aliqd tradere, ſic dicimus oppidum prodi. Procul] quaſi porro ab oculis .i. lōge dicit. Patria] dicta eſt ab habitatione paterna, diciturq̄ relatiue. vt hęc eſt mea patria, illa eſt tua. non bene aūt dicitur, eſt dñs multarum patriarū. ſed multarū regionū vel prouinciarū, vel (quo maxime veteres vtuntur nomine) terrarum, ſic terram Italiam, terram Atticam dicebānt. Sane quod Vergilius in .1. Aeneid. dicit:

Exul

Extorris

Prodo

Quæ ve hæc tam barbara morem
Permittit patria,

ſubintelligendum veſtra: quemadmodum quum aliquē
dominum vocamus vel ſeruum, dicentes o domine, aut
o ſerue, intelligimus ſemper mi. Enim] neq; Cicero
neq; poſt eū quiſquā in principio orationis ponit. apud
Terentiū aūt inuenitur in principio in Andria: Enimue
ro ſatis ſpectatum exemplum continentię. Sententia eſt
hęc tota Boethij ſumpta a Socrate, qui quum interro-
garetur cuias eſſet, reſpōdit eſſe ſe mundanum. Quę nō
vti Athenienſium ⁊c] Dicit mundum non regi arbitrio
multitudinis, ſicut quodam Athenę. Sunt enim tres ſta
tus rerumpub. Nam alię reguntur vnius dominatu, q̄d
regnum dicitur: alię paucorum potentia, quam optimatiū
ſtatum dicim⁹: alię populi voluntate, quę popularis ſta
tus dicitur: qui ipſe plerunq; turbulentiſſimus, ⁊ ſeditio
ſiſſimus eſt. Grecum quod ſcriptum eſt, ſic eſt. ſed his, id εἷς κύριος
eſt vnus kyrios. i. dñs. eſtin i. eſt. his .i. vnus, baſileus. i. ἐστιν, εἷς
rex. Frequentia ciuium] id eſt, multitudine. dicimus βασιλεύς.
autem ⁊ homines frequentes quando multi conuene- Frequens.
runt. ſic Saluſt. in Catilina. quia nondum frequētes cō
uenerant. ⁊ loca frequentia, in quibus multi homines cō
ueniunt: ſic Liuius in. xxxij. Infrequentiſſima vrbis loca
occupat. Cuius agi frenis ⁊c. ] Sententia eſt accepta
a Cicerone pro Cluentio, q̄ dicit, legum ſerui ſumus, vt
liberi eſſe poſſimus. An ignoras ⁊c ] Vulgus hunc lo
cum non intelligit. Romę lex, vt quiſquis ibi habitaret,
quanq; eſſet expulſus in exilium e patria ſua: tamen qm̄
Romam commune domicilium volebant eſſe orbis terra
rum, is non intelligetur fuiſſe exul, quum Romę eſſet: ad
hanc ſimilitudinem iam refert illud, quod prędixit orūn
dum ſe eſſe ex mūdo. Exulare] nomē eſt, exularis, ſic-
ut inſularis. At quiſquis] eſt ſententia, neminem poſſe
a ciuitate ſapientis depelli in exilium, niſi voluerit. itaq;
quum primum incipit nolle habitare in ea, tunc etiam in
cipit non habitare, ⁊ fit exul, ſola enim voluntas eſt, qua
deo ſubditi ſumus, ⁊ qua ab eius ſubiectione recedim⁹.

Itaq; non tam me ⁊c. ] hoc dicit philoſophia, licet hic
te videam in carcere extra patriam tuā, tamen nō ideo
te puto exulem eſſe, ſed quia ab animi tui conſtantia et Ebur.
tranquillitate receſſiſti. Ebore ac vitro] Ita mos erat
veterum accuratiſſime omnibus omnium generum ima
ginibus inſignium virorum aut ducū bibliothecas ſuas
exornare. Ebur autem dicitur dens elephanti, qui ex

vtraqꝫ oris parte ſinguli naſcuntur, ad longitudinem nonnunqꝫ decem pedum, quod alij cornu elephanti vocant. Sententias] Sententiam aliquando vocamus breue dictum vniuerſaliter aliqͩ pronuncians, quod ad vitam hominum pertineat: vt talis quiſqꝫ eſt, qualibus amicis gaudet: auaro tam deeſt quod habet. qꝫ quod nõ habet. Aliquando dicimus ſententiam, omnem cogitationem aut conſtitutionem animi noſtri. Sic Verg. in .i.

Sententia.

Nunc quæ te iurata pater ſententia uertit.

Quandoqꝫ etiã ſentẽtiam vocamus ſenſum aut mẽtẽ verborum, quę dicimus, diciturqꝫ ſententia a ſentiendo, quoniam ita ſentiamus, id eſt, iudicemus. Et tu quidem] Repetit breuiter philoſophia querelam Boethij & p capita cõmemorat, captatqꝫ vt prędiximꝰ beneuolẽtiam, quũ fatetur vera eſſe ea quę dixit, quę clare in textu patent. In cõmune bonũ] .i. in vtilitatẽ publicam. Pauca] Inter paucum & paruum hoc intereſt, qͩ paucum ad numerum magis pertinet. paruum ad quantitatẽ refert. duo eñ gigantes pauci homines ſunt, non parui. contra vero mille Pygmęi parui ſunt, non pauci. Honeſtate] quia pleraqꝫ obijciebant ei, quę fuiſſet Boethio turpe negare, vt qͩ voluerit ſenatũ eſſe ſaluum, & reliqua eius generis. Strictim] .i. breuiter a ſtringẽdo, id eſt, arctando vel colligando. Vulgi] Vulgus maſculini & neutri generis inuenitur. Verg. in .2. Aeneid.

Paucum, Paruum. Vulgus.

Hinc ſpargere uoces

In uulgum ambiguas. Horatius in odis:

Odi profanum uulgus & arceo.

Damnum. Damna] Damnum a dando .i. expendendo dictum puto, ſicut ſcamnum a ſcandendo, ſcribendumqꝫ eſt ſine p. quẽadmodũ ſcamnũ, ſomnus, temno: & vt ſemel dicatur, nunqꝫ p inter m & n literas in latinis dictionibus interuenit. ipm m, teſte Quintiliano in primo inſtitutionum, latine loquendi more ſonandum eſt tanqꝫ eſſet n litera. Poſtremo aduerſus &c] Hoc fecit Boethiꝰ in carmine.

O ſtelliferi conditor orbis.

Incanduit] id eſt, exarſit. Candere proprie eſt album eſſe, et propemodum fulgorem reddere. Vergilius in quarto Aeneidos:

Candentis uaccæ media inter cornua fudit.

Horatius in odis:

Nube candenteis humeros amictus Augur Apollo.

Inde per tranſlationem deductũ eſt, vt quę ignita ſunt, candentia dicantur. Horatius:

Ventres lamina candente nepotum
Diceret vrendos.

Hinc demum ſicut ardere ira. ſic excandeſcere & incandeſcere dictum eſt. Muſę] id eſt, carminis, p ſynecdochen, cauſam pro effectu poſuit. Pax] a vetere verbo Pax.
pago dicta eſt, vnde & cõpages & pactum, qd pręteritũ habuit pegi. vñ & impigo impegi dicendũ eſſe videt. & nõ impingo, qd impigi media breui ſyllaba facere deberet: ſicut pepigi, a q id cõponit, facit. Vota] Aliqñ votum Votum.
ſignificat, quod deo promittitur alicuius rei impetrandę vel exorãdę grã aliqñ deſideriũ, aut preces: ſic dicimus rem eueniſſe ex voto & hic vota dicit .i. preces poſuiſti. Sed quoniã plurimus] Hoc loco docilẽ facit philoſophia, oñdens quo ordine velit de rebus ad conſolandum Boethiũ ptinentibus diſſerere, et quod primũ, hoc eſt, in ſecũdo libro, velit vti lenioribꝰ remediis, vt quaſi pręparet eũ ad acriora remedia pcipiẽda Plurimꝰ] id eſt, valde multus, hocq; magis ex vſu loquẽdi hominũ, q̃ ex virtute vbi aut vera ſignificatiõe dr. Affectuũ] Affe- Affectus.
ctus dicit id, quod greci vocãt pathos, quod noſtri hodie ignari Ciceronis & aliorũ autorũ latine loquẽtiũ, paſſionẽ animi vocãt Eſt aũt affectus maior qdã animi motus, deſinens tandẽ, nã ſi duret, iam nomẽ affectus amittit, & cõſuetudo dicet. itaq; ira affectꝰ eſt. iracũdia vero aſſuetudo: affectionem aũt Cicero vocat omnem promotionẽ non animi ſolum, ſed & corporis, id quod dialectici noſtri diſpoſitionẽ vocãt: quemadmodum quod illi habitum vocant, melius conſuetudinem vel vſum vel aſſuetudinẽ vocarent. vt ſit affectio tremor, q ex metu prouenit. aſſuetudo vero tremor, q ex ſenio vel morbo relictꝰ. Incubuit] per metaphoram dictum eſt, id eſt, inuaſit. proprie enim ſuper aliud iacere. Verg.

Incubuitq; toro.

Vti nunc mẽ.] dictum eſt ad illam figuram, ſicut dicimꝰ. ſum lętę mentis. Ouidius:

Et vultus melioris eris.

Habetque gratiam non indecoram illa forma dicendi.

Nondum te validiora ₰c.] Longę ₰ crebrę tranſlatiões coniunctę ſunt, ₰ prope in allegoriam vertitur oratio.

IOHAN. MVR. ¶ Non quidem pulſus es, ſed aberraſti] Loquitur ex Stoicorum ſententia. qui aiunt hominem ſapientem ciuitate depelli non poſſe, niſi ipſe prauis cupiditatibus victus aberret ab ea. Cicero in paradoxis: Sapiẽtis animus magnitudine conſilij, tolerantia rerum humanarũ, contemplatione fortunę, virtutibus deniq; omnibus, vt mœnibus ſeptus. vincetur, ₰ expugnabitur, qui ne ciuitate quidem pelli poteſt? ἀλλὰ εἷς βασιλεὺς ἐστιν, εἷς κοίρανος. Hęc verba ſunt in exemplari, q̃d doctiſſimus Cęſarius mihi cõmodauit. Interpretantur autem ſic. Sed vnus rex eſt. vnus dñs. Habentur ₰ ſic in eodem margini aſſcripta. ἀλλὰ εἷς κοίρανος ἐστιν, εἷς βασιλεύς: ſed vnus dominus eſt, vnus rex. In epiſtola vero Redicollũ paulo aliter, εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς. Unus dominus ſit, vnus rex. Agricola vero hunc in modum legit, εἷς κοίρανος ἐστιν. εἷς βασιλεύς. Sumptum eſt ex Homero q̃ in ſecunda Iliados rhapſodia ſic inq̃t:

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη εἷς κοίρανος ἔστω,
εἷς βασιλεύς.. id eſt, non bonum multorum dominatio. vnus dominus ſit, vnus rex. q̃d (vt Philippo Beroaldo placet) vno verſu ſic reddi poteſt,

Non opus vt multi, ſed princeps imperet vnus,
Rex vnus.

Poſſumus ₰ ſic reddere,

Non bona multorum dominatio, ſit dominus, ſit
Rex vnus.

Tuę ciuitatis] ciuitatis ſapientum. Cicero in tertio de finibus de Stoicis hęc tradit. Mundum autem cenſent regi numine deorum, eumq; eſſe quaſi communem vrbẽ, et ciuitatem hominum ₰ deorum, ₰ vnumquenq; noſtrũ eius mundi eſſe partem. Idem in paradoxis: Mors terribilis eſt iis, q̃rum cum vita omnia extinguuntur, non his, quorum laus emori non poteſt. Exilium aũt terribile his, q̃bus quaſi circunſcriptus eſt habitandi locus, non his, q̃ omnem orbem terrarum, vnam vrbem eſſe dicunt. Idem in Tuſculanis queſtionibus, Itaq; ad omnẽ rationem Teucri vox accõmodari poteſt. Patria eſt, vbicunq; eſt bene. Socrates q̃dem cum rogaretur, Ciuitatẽ ſe eſſe diceret, mundanum inq̃t. Totius enim mundi ſe in

colã & ciuẽ arbitrabat. Proſp. erudit' & Chriſtian' poeta:

Non metuo exilium, mundus domus omnibus vna eſt.

Diuus Ambroſius in ſexto epiſtolarum: Quocunq; acceſſerit ſapiens, vbiq; ciuis eſt, vbiq; ſua omnia intelligit, nuſq; ſe peregrinũ, nuſq; hoſpitem iudicat. Theophraſtus dicere ſolebat doctum hominem ex omnibus ſolum neq; in alienis locis peregrinum eſſe, neq; inopẽ amicorum. Uetus adagium eſt: Cuiuis terra patria, q̃ admonemur, virum ſapientem ac bonum, vbicunq; gentium vixerit, felicem eſſe. Ouidius in faſtis: Prouerbiũ

Omne ſolum forti patria eſt, vt piſcibus æquor.

Papinius in Thebaide:

Omne homini natale ſolum.

Ei ius exulare non eſſe] id eſt, non licere ei exulẽ eſſe, ſeu pati exilium. Meo iudicio exulare hic verbum eſt, tametſi ſecus ſentiat Agricola. Poteſt & ſic exponi, Ius exulare, hoc eſt, ius exulandi. vt apud Horatium,

Tempus abire tibi.

id eſt, tempus abeundi.

## ¶Metrum ſextum libri I.

CVm Phœbi radĳs graue
Cancri ſidus inæſtuat,
Tum qui larga negantibus
Sulcis ſemina credidit,
Eluſus Cereris fide,
Quernas pergat ad arbores.
Nunquam purpureum nemus
Lecturus uiolas petas,
Cum ſæuis aquilonibus
Stridens campus inhorruit.
Nec quæras auida manu
Vernos ſtringere palmites,

Vuis ſi libeat frui
Autumno potius ſua
Bacchus munera contulit.
Signat tempora proprijs
Aptans officijs deus.
Nec quas ipſe coercuit,
Miſceri patitur uices.
Sic quod præcipiti uia
Certum deſerit ordinem,
Lætos non habet exitus.

RODOL. AGRIC. ¶Quum phœbi radijs] Carmen hoc ex pręcedētibꝰ pendet: qa enim pędixit philoſophiā velle ſe primū mala ⁊ dolores Boethij mitioribus remediis mollire, vt ſic deinde ad acriora medicamina pcipienda aptior fieret, in hoc carmine velut cōmuni quadam ſententia oſtēdit, in oībꝰ rebꝰ ita debere fieri, vt qdq ſuo tēpore pagat: qd ſi añ tēpꝰ feſtinemꝰ, vel extra tēpꝰ conemur aliqd, fruſtra nos ⁊ ſine effectu laboraturos eſſe. Metrū ē glyconiū, dictū ab autore Glycone. trimetrū, hoc eſt, tribꝰ pedibꝰ cōſtans, ſpondeo, ⁊ duobus dactylis. Dicit qui p ęſtatem, quum omnia feruent caloribus, ſerere volet, fruſtra ſperabit meſſem: ſic etiā p hyemem violas non eſſe legēdas, nec vuas colligendas vere, deus enim omnibus rebꝰ tēpora ſua dedit, quę q non ſequetur, non habebit lętum finem rerum ſuarū. Quū Phœbi radiis graue ⁊c.] totū

Cancer. Nego. periphraſis eſt. i. circunlocutio ęſtatis. Cancri] Cancer eſt ſignum cęleſte, in quo ſol ęſtate facit ſolſtitium, quo tempore feruidiſſima ęſtas eſt. Negātibus] Negare dicitur ⁊ verbis abnuere, vt Terent. in eunucho:

Ait aio, negat nego.

et opere non obſequi. Lucanus in primo:

Summiſq; negatum Stare diu.

Sulcus. Credo. Sulcis] Sulcꝰ eſt cauitas oblōga illa, quę inter terram vtrinq ab aratro diſiecta in agrꝭ relinquit. Credidit] Credere proprie ſignificat alicui fidem adhibere, vnde

credere dicimus, aliquando committere aliquid alteri, vel tradere vt pecuniam vel ſecretū: quia cuius fidei nō credimus, illi fere non tradimus vllā rem. Quernas] ſic proprie facimus poſſeſſiuum a quercu, nō quercinas, vt vulgus barbare dicit. eſt aūt quercus arbor glandifera ignota noſtris regionibus. quod enim nos quercum vocamus, proprie robur dicitur. Purpureum nemus.] non ſatis conſiderate poſuit Boethius hoc adiectiuum. deſcribit enim hyemem quo tempore dicit ad legendas violas purpureum nemus non eſſe petendum: verum eo tempore nunq̄ nemus eſt purpureum: quoniā nulli tunc ſunt flores. ergo parum circunſpecte, quū orationem ad illud tēpus referat, videt̄ dixiſſe purpureum nemus: niſi ad grecā huiꝰ verbi proprietatē alluſit illi porphyreon, id eſt, porro phyromenon, hoc eſt, prorſus miſtum & agitatū dicūt: inde etiam hic purpureum nemus dixerit hyemis velut ventis turbidū & inquietū. Nemus] a grece nemo. id eſt, paſco dicitur. q̄m priſci p nemora, quemadmodum adhuc multis regionibus fit, armenta paſcebant. Lecturus] Lego proprie id quod colligo ſignificat. vñ & legere literas dicimus. quoniam colligendo & coniungendo eas, verba, & ex his, ſententias efficimꝰ. Inhorruit] .i. concuſſus eſt vel exaſperatꝰ. Horrere proprie eſt metu vel frigore cōcuti. Iuuenalis: Quercus. Robur. Nemus. Lego. Horreo.

*Simplex ne furor, ſeſtertia centum*

*Perdere, & horrenti tunicam non reddere ſeruo?*

Vernos] Ver ſicut pleraq; latina a greco er ductū eſt, prepoſita litera, ſicut illi is, nos vis dicimꝰ. Palmites] dicuntur rami vitium: q̄m velut palpando adminiculis q̄bus ſuſtentant̄, adherēt. Autumno] Autumnū dictū credo, quod is autor laborum omnium, q̄ p totū annum colende terre, ſuſcipiunt̄: quia autumnus eſt, q̄ fructū laborum refert. Bacchus] grecū nomē eſt, quod deū vini ſignificat, & latine liber pater dicitur. Tempora] Tempus a tendendo dictum videtur, q̄m p omnia tendatur, & complectatur omnia. Aptans] .i. accōmodans. dictum eſt a vetere verbo apo pis pere, quod ſignificat cōnecto, vñ & adipiſcor, a quo adipiſcor dr̄, ſicut a facio faciſcor, & īn proficiſcor. Hinc & apex dictꝰ eſt, q̄ teſte Feſto Pōpeio, filum erat laneum, quo flamen caput circūligans, crines, ne ſpargerentur, continebat. Officijs.] Ver. Palmes. Autumnus. Bacchus. Tempus. Apo. Apex.

Oiffcium. Officium aliquando meritum ſignificat vel beneficium. Cicero in .1. epiſtolarũ. Ego omni officio ac potius pietate cęteris erga te ſatisfacio omnibus. Unde & officioſus dicitur in hac ſignificatione. Quandoq; ſignificat id, quod quiſq; ex profeſſione ſua facit: ſicut officiũ medici eſt ſanare, officium fabri ſtruere, officium boni viri recte facere. Sic Cicero librũ officiorũ appellauit, qm̄ illic de officijs boni viri diſſerit. Pręcipiti] a pre & caput dictum eſt, diciturq; mitti pręceps, q̄ ſic mittit̄ ab alto, vt caput eius pręcedat, et ſequantur pedes: Deinde et locus dicitur pręceps, q̄ directe & ad perpendiculum in altum tendit, & non faſtigiate et molliter. Via] vt ait Varro, a vehendo dicta eſt, quaſi veha, quia p̄ eam res vehuntur, ſicut iter ab eundo dicitur.

Præceps.

Via.

Iter.

## ¶Proſa ſexta libri. I.

PRimum igitur pateris'ne me pauculis rogationibus ſtatum tuæ mentis attingere, atq; tentare, ut qui modus ſit tuæ curationis, intelligam? Tu uero arbitratu (inquã) tuo quæ uoles, ut reſponſurũ rogato. Tum illa: Hunccine, inquit, mundum temerarijs agi, fortuitiſq; caſibus putas? An ullum credis ei ineſſe regimẽ rationis? Atqui, inq̃, nullo exiſtimauerim modo, ut fortuita temeritate tã certa mouerentur. Verum operi ſuo conditorem præſidere deum ſcio, nec unq̃ fuerit dies, q̃ me ab hac ſententiæ ueritate depellat. Ita eſt, inquit. Nam id etiam pauloante cecinisti, homineſq; tantum diuinæ exortes curæ eſſe deploraſti. Nam de cæteris quin ratione regerentur, nihil mouebare. Papæ autem ue-

hementer admiror, cur in tam ſalubri ſenten tia locatus ægrotes. Verum altius perſcrutemur, neſcio q̄d abeſſe coniecto. Sed dic mihi, quoniam à deo mundum regi non ambigis, quibus etiā gubernaculis regatur, aduertis. Vix, inq̄, rogationis tuæ ſententiam noſco, nedum ad inquiſita reſpōdere queam. Num me, inquit, fefellit abeſſe aliquid, per quod uelut hiante ualli robore, in animum tuum perturbationum morbus irrepſerit? Sed dic mihi, Meminiſti ne, quis ſit rerum finis, quoue totius naturæ tendat intentio? Audieram, inq̄, ſed memoriam mœror hebetauit. Atq; ſcis, unde cuncta proceſſerint? Noui, inquā, deumq; eſſe reſpōdi. Et qui fieri pōt, ut principio cognito, quis ſit rerū finis, ignores? Verum hi pertubationum mores, eaq; ualentia eſt, ut mouere quidem loco hominē poſſint, euellere autem, ſibiq; totum extirpare non poſſint. Sed hoc quoq; reſpondeas uelim, hominem ne te eſſe meminiſti? Quid ni, inquā, meminerim. Quid igitur homo ſit, poteris ne proferre? Hoccine interrogas, an eſſe me ſciam rationale animal atq; mortale? Scio, & id me eſſe confiteor. Et illa: Nihil ne te aliud eſſe nouiſti? Nihil. Iam ſcio, inquit, morbi tui aliā uel maximā cauſam, q̄d ipſe ſis, noſſe de

ſiſti. Quare pleniſſime uel ægritudinis tuæ rationem, uel aditum reconciliandæ ſoſpitatis inueni. Nam quoniam tui obliuione confunderis, & exulem te, & expoliatum proprijs bonis eſſe doluiſti. Qm̃ uero quis ſit pͤcipuus & uerus rerꝫ finis, ignoras, nequã hoies atq; nefarios, potẽtes feliceſq; arbitraris. Quoniam uero quibus gubernaculis mundus regatur oblitus es, has fortunarum uices exiſtimas ſine rectore fluitare. magnæ non ad morbum modo, uerum ad interitum quoq; cauſæ. Sed ſoſpitatis autori grates, q͂ te nondum totum natura deſtituit. Habemus maximum tuæ fomitem ſalutis, ueram de mundi gubernatione ſententiam, q͂ eam non caſuum temeritati, ſed diuinæ rationi ſubditam credis. Nihil igitur pertimeſcas: iam tibi ex hac minima ſcintillula uitalis color illuxerit. Sed quoniam firmioribus remedijs nondum tempus eſt uti, & eam mẽtium conſtat eſſe naturam, ut q̊ties abiecerint ueras, falſis opinionibus induantur, ex quibus orta perturbationum caligo uerum illum confundit intuitum: hãc pauliſp lenibus mediocribuſq; fomentis attenuare tentabo, ut dimotis fallaciũ affectionũ tenebris, ſplẽdorẽ ueræ lucis poſſis agnoſcere.

RODOL. AGRICO ¶ Primum igitur.] Hic philoſophia interrogationibus quibuſdam præparat animũ Boethij ad ea, quæ in con

ſolationē illius prolatura eſt, melius accipienda. Itaqꝫ quēadmodū geometrę ſolēt, ſuppoſitiōes quaſdā proponere, q̇bꝰ cōceſſis, poſſint aduerſario id q̊d volūt, ex illis demōſtrare, ita hic philoſophia facit. quia em̄ duo ſunt pręcipua ad oſtēdendū q̊d nihil debeamꝰ moleſte ferre, quicq̇d nobis accidat aduerſi, quorū primū eſt, quia deꝰ mundū prouidētia ſua regit, certū eſt nihil ab eo in mundo niſi bñ fieri, ergo q̇cquid ab illo nobis immittitꝛ, bonū eſt: nec debemus propter id qualecūqꝫ fuerit, dolere. Secundū vero eſt, q̇a homo eſt ſortitus animā, quę immortalꝫ eſt, ⁊ ad ęternā beatitudinē conſequendā facta eſt, nō debet ergo q̇ſqꝫ dolere, ꝑpter vlla aduerſa: q̇a illa breuia ſunt, et ꝑ illa ad beatitudinē aperitꝛ nobis via. Sane Boethio horū vtrūqꝫ cōcedendū fuit, nō ſolū q̇a chriſtianꝰ erat, ſed etiā ex ſecta philoſophię, quā ſequebatꝛ, quę erat vetus academia ex inſtitutione Platonis. Epicurei q̇dē vtrunqꝫ ⁊ prouidētiā ⁊ animę immortalitatē negabāt, ⁊ itē oēs fere phyſici veteres, q̊rū ſentētiā apud nos Lucretius in poemate copioſe explicuit. Stoici prouidētiā dei regentē mundū ponebāt, immortalitatē animorū negabāt. ergo ſi cū his diſputādū fuiſſet, vtrunqꝫ eorum aut alterū probādū añ erat, ne ex nō confeſſis procederetꝛ. nunc Boethiū credentē iſta, ſatꝫ fuit admoneri. Primū ergo horū Boethius celeriter cōcedit. Ad ſecūdum vero quū philoſophia id multꝫ interrogationibꝰ conetꝛ elicere, vt ſeruet decorū ꝑſonę Boethii. q̇ triſtis ⁊ ꝑturbato animo erat, nec poterat ꝑ mœrore intelligere q̊d diceret philoſophia, nihil certū rñdet, quū id etiā philoſophia non aperte proponat, ſed tm̄ elicere ex aliis interrogatiōibꝰ cupiat. Et ſecūdū q̇dē hoc in duas partit ſuppoſitiōes. ex hoc em̄ q̊d anima immortalis eſt, cōiuncto cū eo q̊d prouidētia regitꝛ mūdus, cōſequitꝛ finē animę deum eſſe, hoc eſt, beatitudinē, ad quā a deo ordinata eſt. Interrogat igitꝛ primū philoſophia Boethiū, an credat diuina ratione mūdū regi: q̊d q̇dē expedite Boethius fatetꝛ: quēadmodū iā in ꝓximo carmine cecinerat. Deinde ꝙ̇rit philoſophia, an ſciat Boethius q̇bus gubernaculꝫ mundus regatur. Ad q̊d reſpondet, vix ſe intelligere q̊d dicat philoſophia. itaqꝫ non facile poſſe ſe rñdere ad interrogata: quare ſubiicit philoſophia nō mirū eſſe, ſi in ea ignorātia aut errore ꝑturbatiōes aliq̄ animū eiꝰ inuaſerint. Eſt aūt vt verū dicatꝛ, poſt priorē interrogationē

hęc poſterior ſupuacua, necꝫ videtur Boethius ſatis dili genter naturam queſtionum iſtarum diſtinxiſſe. nam ſi cõ ceditur mundum non regi fortuitis caſibus, ſed diuina ratione, q̊d opus erat deinde interrogare, q̊bus guber- naculis mundus regeretur, cum certum iam ſit ex prio- ri confeſſiõe diuinã rationẽ .i. prouidentiã eſſe, ꝑ quã regi tur mũdus? Sane primũ interrogandũ erat, an crede- ret eſſe vllũ deum, q̊d nonnulli omnino negabãt: alij (vt Epicurus ⁊ ſectatores ſui) dicebãt eſſe deũ, ſed ocioſum ⁊ nõ curantẽ res humanas. vtrıqꝫ igiť iſti ponebãt fortui tis caſibus regi: ergo quũ cõceſſiſſet Boethius eſſe deũ, tñ inq̊rendũ erat, crederet ne prouidẽtia illius regi mũ- dũ. Nemo em̃ omniũ inuẽtus eſt, q̊ quũ crederet deum conditorẽ preſidere mundo, q̊ putaret fortuitis caſibus res agitari, ſed credebat omnia ꝓuidentia gubernari. Sed dic mihi meminiſti ⁊c.] Hic conatur elicere ſecun dam ſuppoſitionẽ, quę eſt, hominẽ ad beatitudinẽ conſe quendã factũ eſſe: interrogat ergo philoſophia an memi nerit Boethius, q̊s ſit finis rerũ: q̊d quale ſit, Boethius dicit oblitũ ſe eſſe. id rurſus tẽtat philoſophia alia ꝑcon tatione elicere, querítqꝫ an q̊d ſit oium principiũ. ſciat: q̊ rñdit deũ eſſe, vt paulo añ dixit. Dicit ergo philoſophia mirũ eſſe, quũ ſciat principiũ omniũ rerũ, vt finem igno- ret. hoc ideo eſt, quoniã em̃ ſcit deũ principiũ omnium, eſſe debebat ſcire deũ omnia feciſſe, vt eſſent bona, quia bonitas cuiuſqꝫ, beatitudo eius eſt: ergo omnia voluit eſſe beata, quatenus natura vniuſcuiuſqꝫ (vt ait Plato) capax beatitudinis eſſe poterat. Deinde ibi. Sed hoc quoqꝫ ⁊c.] Tertiũ de animi immortalitate ꝑquirit. quę rit ergo an meminerit hominẽ ſe eſſe: deiñ an ſciat, q̊d ſit homo. Ad q̊d rñdet Boethius ex ſentẽtia Porphyrij, ho minẽ eſſe animal rationale mortale, quũ rectius defini- uiſſet hominẽ eſſe animal ex corpore ⁊ rationali immorta li anima cõpoſitũ, quũ enim oblitus ſit Boethius cõſta- re ſe ex anima immortali, nõ eſt mirandũ, ſi breuibꝰ iſtis aduerſitatibus perturbetur, dicit ergo hanc etiã eſſe vel pręcipuã mali ſui cauſam, quod ſui oblitus ſit, deſieritqꝫ ſeipſum noſſe. Colligit ergo has tres ſuppoſitiones more ſuo ab vltima incipiens. quoniã enim oblitus eſt ſui, hoc eſt neſcit, ad immortalem ſe beatitudinem deſtinari. id- circo tanq̃ exulẽ et bonis ſuis ſpoliatũ ſe defiet. q̊d fieri non põt, nã immortali nihil mortale bonũ vel malũ eſſe

põt. Deinde: quia ignoret finẽ rerum decipi eũ vt felices putet eos, q̃rũ proſpera ſunt ſcelera: quũ potius infeliciſſimos eos putare deberet, vt q̃s grauiſſimę pœnę maneant ſcelerũ ſuorũ. Poſtremo, quia putet ꝓuidentiam non eſſe, quę mundũ regat: putat omnia incerta ſorte et fortuito euenire: q̃ errores ad omnẽ ſubuerſionẽ ⁊ ꝑniciẽ mentis ſatis magni ſunt. Pateris] Patior q̃ñqꜫ ſignificat permitto, vt hic. ⁊ Cicero in Catilinam: Nõ patiar, non feram, non ſinã. q̃ñqꜫ ſignificat male affici. Iuuena. Pati.

Lateris vigili cum febre dolorem Si cæpere pati

Statum] Status q̃ñqꜫ dicitur habitus corporis in pedes erecti, vt dicimus, ſtatus, ſeſſio, accubatio, q̃ñqꜫ ſignificat conditionem. Uergilius: Status.

Quis ſtatus antiquo Latio?

Curationis] Curare proprie curam adhibere ſignificat. inde quoniã pręcipua eſt medici circa ęgrotũ ſanandũ cura, curare etiam pro ſanare, quanqꜫ non ſanare, ſed curam ſanitatis habere. vnde etiam vt non ſanetur ęger, medicus curare dicit̃. tamẽ Horatius in. 2. epiſt. Curo.

fugeres radice uel herba

Proficiente nihil curarier.

poteſt ergo curari radice nihil proficiente, ſed nequaqꜫ ſanari. Arbitratu] id eſt, voluntate vel iudicio. Arbitrari veteres dicebãt inſpicere vel cognoſcere, vnde remotis arbitris loqui dicit̃. q̃ ſolus cũ aliq̃ loquit̃, ⁊ arbiter iudex vocat᷒. Ullum] ab vno nonnulli vllus dictũ volunt. Conditore] Condere quandoqꜫ ſignificat facere, vt hic et ſupra. Arbitror. Arbiter. Condo.

O ſtelliferi conditor orbis.

Quandoqꜫ colligere. Horatius in primo carminum:

Illum ſi proprio condidit horreo.

Quandoqꜫ abſcondere. Uergilius in bucolicis:

His ego ſæpe lupum fieri & ſe condere ſyluis.

Exortes] Exors ab ad ⁊ ſors dr̃, quaſi extra ſortem. i. partẽ, q̃ ꝓrſus priuatus eſt re. Papę interiectio ſtupẽtis vł admirãtis eſt, a greco habę ducta. Sententia locat᷒] Frigida ⁊ ſegnis videt̃ eſſe iſta trãſlatio, locari in ſentẽtia, rectius erat vtcunqꜫ, aut locatã in eũ ſentẽtiã. melius vtiqꜫ ⁊ modeſti᷒ erat, quur tã ſalubrẽ habẽs ſententiam, aut fretus, aut pręditus, vel nixus ſentẽtia ęgro Exor

tet. Coniecto] id eſt, ſuſpicor. vnde coniectores dicunt ſomniorũ aut ſimiliũ rerũ interptes, qm̃ ſuſpicionib⁹ futura colligũt. Ambigis] Ambigere, ab am quod circum in cõpoſitione, & ago dictum p interpoſitionem b literę. Num inqt &c.] Sententia eſt. nõ dubitabã, quin error eſſet aliqs in te, q̃ cauſa eſſet, vt dolor iſte rerũ aduerſarũ poſſet intrare in animũ tuũ. Hiante valli robore] Similitudo a munitionibus ducta eſt: qñ enim aliquid deeſt vallo vt hiet .i. apertum ſit, dat aditus hoſtibus in munitiones. Morbus] hic p tranſlationem dictus eſt: credo dictũ a morte, quoniã morbus ad mortẽ ducat. Extirpare] a ſtirpe dr̃. quod maſculino gñe radicẽ ſignificat, quaſi ſtirpitus euellere. Uel maximã] Uel hic non disiunctiue ponitur, ſed id fere quod etiam ſignificat. ſic Propertius:

Morbus.

Nocte vna quiuis vel deus eſſe poteſt.

Reconcilior.

Reconciliandę ſoſpitatis.] Dura tranſlatio, ſicut Boethii plereque, pro reparandę vel recuperandę eſt dictũ. Reconciliantur enim proprie, qui ex amicis inimici facti, rurſus redeunt in gratiam. A concio enim concilium dictum eſt, id eſt, conuentus hominum: vnde cõciliare homines ad conſenſum pducere. fuit ſane modeſtior aliquãto tranſlatio, nec iſti multũ diſſimilis tamẽ, quam in Tyrone ſuo grauiter caſtigat Cicero, q̃d ille dixerat valetudini fideliter ſeruiẽdo. Neq̃] .i. nõ cuiuſq̃, hoc eſt, q̃ nihili homo eſt & nullius p̃cii: cuius contrariũ eſt, qui dicitur frugi, qui frugem aliquam bonam & vtilitatem ſui præbet. itaq̃ Plautus nummũ nequã dixit, q̃ bonus non eſſet. Uices] .i. viciſſitudines, permutatiões.

Nequam.

Frugi.

IOHAN. MVR.

¶ Reliqua Rodolphi Agricolę q̃ in Boethiũ ſcripſiſſe fertur, in manus meas non peruenerũt, quę vtinam peruenissent. nam vt hęc, ita & illa ſane q̃ libens tibi cõmunicarem. Ceterum te candide lector oratũ velim, vt his noſtris qualibuſcunq̃ tantiſper contentus ſis, dum fueris adeptus meliora. Sed ſoſpitatis a.g.] Attentum ſimul & beneuolum reddit Boethium, dicens nõ omnino de eius ſalute deſperandum eſſe, ſed deo gratias agendas. quod elementa recuperandę ſalutis ſint relicta. Soſpitatis.] incolumitatis Autori] deo. Grates] gratias ſubaudi agamus Sed quoniam firmioribus] Oſtendit, qua ratione Boethio ſanitas reſtitui poſſit.

Tempus vti] pro vtendi, figurata locutio eſt. Hanc] perturbationum caliginem. Fomentis] remediis. Du- plicia autem remedia Boethio philoſophia promittit. Duplicia remedia. primum quidem leuia & mediocria ad remouendam perturbationum caliginem, quę impedimēto eſt animo, quo minus queat ſpeculari veritatem. Deinde vero acriora firmioraq́ꝫ, vt falſę felicitatis ſpecie perſpecta, verę beatitudinis formam poſſit intueri.

## Metrum ſeptimum libri .I.

NVbibus atris
Condita nullum
Fundere poſſunt
Sidera lumen.
Si mare uoluens
Turbidus auſter
Miſceat æſtum,
Vitrea dudum,
Parq́ꝫ ſerenis
Vnda diebus,
Mox reſoluto
Sordida cœno,
Viſibus obſtat,
Quiq́ꝫ uagatur,
Montibus altis
Defluus amnis,
Sæpe reſiſtit
Rupe ſoluti
Obijce ſaxi.
Tu quoq́ꝫ ſi uis

Lumine claro
Cernere uerum,
Tramite recto
Carpere callem:
Gaudia pelle,
Pelle timorem,
Spem'q; fugato,
Ne dolor aſſit,
Nubila mens eſt,
Vinctaq; frenis,
Hæc ubi regnant.

¶ Carmen eſt adonium, dactylo conſtans ꝛ ſpondeo: q̄ docet philoſophia tribus pulcherrimis cōparationibus ita mentem hominis ꝑturbationū caligine cōfundi. ꝛ paſſionū vinculis obſtringi, vt nōnunq̄ in ſeruitutem
Quatuor animi perturbatiōes redacta veritatem minime poſſit intueri. Sciendum eſt quatuoꝛ pꝛincipales eſſe animi ꝑturbationes, quę ꝛ affectiones dicunt, ꝛ ab iunioꝛibus paſſiones. Harum due
Gaudium. q̄dem ex opinione boni naſcuntur, gaudium et ſpes. due vero ex opinione mali, doloꝛ ꝛ metus. Gaudium, quę et voluptas geſtiens (.i. pꝛęter modum elata lętitia) dicit. eſt animi affectio pꝛoueniens ex opinione pꝛęſentis ma-
Spes. gni cuiuſpiā boni, rationi non obtemperans. Spes, quę ꝛ cupiditas vocat. eſt animi affectio pꝛoueniens ex opi
Dolor. nione futuri cuiuſpiam boni, rationi non obtemperans. Doloꝛ ſeu ęgritudo, eſt animi affectio pꝛoueniens ex opi-
Metus nione magni mali pꝛęſentis. rationi non obtemperans. Metus eſt animi perturbatio, accidens ex opinione magni mali impendentis pꝛęter rectam rationem. Has perturbationes magnus poeta paucis complexus eſt in Aeneidos ſexto:

Hinc metuunt, cupiunt'q;, dolent, gaudent'q;, nec auras
Reſpiciunt, clauſæ tenebris & carcere cæco.

Ex his vitiū om̄e naſcit. vn̄ Francíſ. Philelp. in ſatyris.

Dedecus omne audet mens perturbata nefasq;.

Danda igitur cū primis opera eſt nobis, vt eas vel extirpenius, vel certe rationis ſubdamus imperio, vt compotes beatitatis euadamus. Diuus Ambroſius in .2. epiſtolarum. Inſurgit enim ſapiens quaſi victor debellatis a ſe ac triūphatis, libidini, timori ignauię, mœſtitudini, cęteriſq; vitiis, donec ea de poſſeſſione ſuę mentis climinet, & omnibus terminis finibuſq; ſuis propulſet, atq; arceat. Johannes Bocatius in Bucolicis:

O Damon damon, quantum ſibi quiſq; beauit,
Qui potuit mentis rabidos ſedare tumores.

Baptiſta Mantuanus:

Ardua res, viciſſe alios: victoria maior
Eſt, animi fluctus compoſuiſſe ſui.
Subieciſſe metus, & debellaſſe tumores
Gaudia, ſpemq; graui ſuppoſuiſſe iugo

Nos quoq; annos ab hinc ſeptem in eclogis moralibus hunc in modum luſimus:

Fortibus bellis animos domate,
Vinculo pacis reprimatur ira,
Cura ſit mordax procul, arceatur
Praua cupido.

Nemo captores rutilis in armis
Vrbium iactet, celebres triumphos
Nemo miretur, quibus intumeſcunt
Sæpe tyranni.

Geſtiens quiſquis pepulit quieto
Gaudium & duros animo dolores,
Spes anhelantes, pauidumq; vicit
Corde timorem:

Solus hic lauri meruit coronam,
Purpuram ſolus, placide triumphans.
Proximam ſedem cui dat beato
Vera voluptas.

Et in quarto elegiarum libro:

Splendida non faciunt fortunæ munera regem,
  Blattea,nec veſtis, nec generoſa domus.
Rex eſt qui ſeſe,rectæ rationis habenis
  Compeſcens animi noxia vota,regit.
Non merito fortis cenſetur,qui nimis audax
  Triſtia terribili corpore bella gerit.
Fortis,& eximio virtutis prædita dono
  Mens pia, mens almæ conſcia iuſtitiæ.
Quæ domat affectus recto moderamine prauos,
  Corporeas vincens gnauiter illecebras.
Cuius ad imperium fugit illecebroſa voluptas,
  Et dolor impigra ſpesq́; metusq́; fuga.

Uoluens] exagitans. Turbidus auſter] Turbulentus ventus,ſpecies pro genere poſita. Aeſtū] maris motum. Uitrea] perſpicua. Par] ſimilis. Uiſibus obſtat] viſum non tranſmittit. Defluus] deorſum fluens. Reſiſtit] remoratur. Obice] obiectione. Saxi ſoluti rupe] diſſoluti a rupe. Lumine] viſu. Cernere] videre. Uerum] veritatem. Carpere callem] ire. Sic Ouidius:

Si rota defuerit, tu pede carpe viam.

Nubila] obſcurata, perturbata. Ubi] in qua mente. Hęc] hę ꝑturbationes, de q̄bus Philelphus in ſatyris:

Hic timet,ille cupit, dolor hinc furit,inde voluptas.

Et nos in primo elegiarum:

Languida conficiunt mordaces pectora curæ,
  Hinc ſpes, inde metus,lætitia atq; dolor.

Regnant] dominantur.

# SEVERINI BOETHII DE conſolatione philoſophiæ liber ſecundus.

## ¶Proſa prima libri ſecundi.

POſt hæc pauliſper obticuit, atq; ubi attentionē meam modeſta taciturnitate collegit, ſic exorſa eſt: Si penitus ægritudinis tuæ cauſas, habitumq; cognoui, fortunæ prioris affectu deſiderioq; tabeſcis: ea tantum animi tui ſtatum(ſicuti fingis)mutata peruertit. Intelligo multiformes illius prodigij fucos, & eouſq; cū his quos eludere nititur, blandiſſimā familiaritatem exercet, dum intolerabili dolore confundat, quos inſperata reliquerit. Cuius ſi naturam, mores, ac meritum reminiſcare, nec habuiſſe te in ea pulchrū aliquid, nec amiſiſſe cognoſces. Sed (ut arbitror) haud multū tibi hæc in memoriā reuocare laborauerim. Solebas enim præſentem quoq; blandientēq; uirilibus inceſſere uerbis, eámque de noſtro adytǫ prolatis inſectabare ſententijs. Verum omnis ſubita mutatio rerum, non ſine quodā quaſi conflictu contingit animorum. Sic factum eſt, ut tu quoq; pauliſper à tua tranquillitate diſceſſeris. Sed tempus eſt, haurire te aliquid, ac deguſtare molle atq; iucundum, quod ad interiora tranſmiſſum, ualidioribus hauſtibus uiam fecerit. Adſit igitur rhetoricæ ſuadela dulcedinis, quæ tunc tantum calle recto ꝓcedit, cū noſtra inſtituta nō deſerit:

cumq; hac muſica laris noſtri uernula, nūc le-
uiores nūc grauiores modos ſuccinat. Quid
eſt igit͛ o homo, q̃d te in mœſtitiā luctūq; de-
iecit? Nouum credo aliqd, inuſitatūq; uidiſti.
Tu ſi fortunam putas erga te eſſe mutatam,
erras. Hi ſemper eius mores ſunt, hęc natura.
Seruauit circa te propriam potius in ipſa ſui
mutabilitate conſtantiam. Talis erat, cū blan-
diebatur, cum tibi falſæ illecebris felicitatis
alluderet, deprehendiſti cæci numinis ambi-
guos uultus. Quæ ſeſe adhuc uelat alijs, tota
tibi prorſus innotuit. Si probas, utere mori-
bus, ne queraris. Si perfidiā perhorreſcis, ſper-
ne atq; abijce pernicioſe alludentē. Nam quæ
nunc mœroris tibi cauſa tānti eſt, hæc eadem
trāquillitatis eſſe debuiſſet. Reliquit enim te,
quam non relicturam ſe nemo unq̄ poterit
eſſe ſecurus, An uero tu precioſam æſtimas
abituram felicitatem? Et chara tibi eſt fortu-
na præſens, nec manēdi fida, & cum diſceſſe-
rit, allatura mœrorem. Quod ſi nec arbitrio
retineri poteſt, & calamitoſos fugiens facit,
quid eſt aliud fugax, q̄ futuræ quoddam cala
mitatis indicium? Neq; enim quod ante ocu
los ſitum eſt, ſuffecerit intueri. Rerum exitus
prudentia metitur. Eademq; in alterutro mu
tabilitas, nec formidādas fortunæ minas, nec

exoptandas facit eſſe blanditias. Poſtremo æquo animo toleres oportet, quicquid intra fortunæ aream geritur, cum ſemel iugo eius colla ſubmiſeris. Quod ſi manendi, abeundiq́ ſcribere legem uelis ei, quam tu tibi dominã ſponte elegiſti, nonne iniurioſus fueris, & impatiẽtia tua ſortem exacerbabis, quam permutare non poſſis? Si uentis uela committeres, non quo uoluntas peteret, ſed quo flatus impelleret, promouereris. Si aruis ſemina crederes, feraces inter ſe annos, ſteriles q́ penſares. Fortunæ te regẽdum dediſti, dominæ moribus oportet obtemperes. Tu uero, uoluẽtis rotæ impetum retinere conaris? At omnium mortalium ſtolidiſſime, ſi manere incipit, ſors eſſe deſinit.

## IOHANNIS MVRMELLII IN ſecundum Boethii de conſolatione philoſophiæ librum, commentarius.

¶ Superiori volumine Boethij querelę, dolorisq́, & ęgritudinis cauſę ſunt expoſitę, quib⁹ penitus introſpectis, philoſophia peritiſſima languẽtium animorum medica, nunc hoc in libro remedia cõfert (vt ſupra pollicita eſt) ea, quę ſunt leuiora, quo in ſubſequenti volumine commodius acriora poſſit adhibere. Tota autem diſputatio nunc ſpectat eo, vt oſtẽdat fortunę bona minime noſtris in bonis eſſe numeranda. Poſt hęc] poſt decantatum proximum carmen. Ubi] poſtq́. Modeſta] modera-

ta. Collegit] refecit. Exorſa eſt] cœpit loqui. Habitum] affectionem, diſpoſitionem. Tabeſcis] conſumeris. Peruertit] perturbat. Illius prodigii] monſtroſe fortune. Fucos] fraudes. Terent in Eunu.

Fucus

Per impluuium fucum factum mulieri.

Quos eludere nititur] Johannes Campanus:

Dat fortuna manus quibus eſt nocitura, ſecundas:

Ridet, vt alliciat: porrigit, vt capiat. Seneca:

Fortuna cum blanditur, captatum venit.

Inceſſo
Adytum

Inceſſere] impetere, inſectari. Gellius. Cum me maledictis inceſſeret. Adyto] adytum locus eſt ſecretior templi, ad quem non niſi ſacerdoti dabatur acceſſus. Vergil.

Iſq; adytis hæc triſtia dicta reportat.

Hic intellige philoſophie ſecretarium, que tanq̃ numẽ ſacra eſt, & veneranda. Uerum omnis f.m.r.n.ſ.q.q. c.c. a.] Pulchra & veriſſima hec eſt ſententia a qua non diſcrepat illa Senece:

Grauius nocet, quodcunq; inexpertum accidit.

Et eiuſdem illa:

Graue eſt malum omne, quod ſub aſpectu latet.

Conflictu] commotione, cruciatu. Tempus haurire] pro hauriendi. Sic Horat. in epiſtolis:

Tempus abire tibi. Propertius:

Nunc eſt diſcedere tempus.

Suadela] vis & facultas ſuadendi. Noſtra inſt.] philoſophie precepta. Muſica] poetica quã & Terentius muſicam appellauit. Hec nat.] vt ſit mutabilis. In ipſa f.m. conſtit.] Ouid. in Triſtibus:

Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat,

Et manet in nullo certa tenáxque loco.

Sed modo læta manet, vultus modo ſumit acerbos,

Et tantum conſtans in leuitate ſua eſt.

Ambiguos vultus] incertos, modo hilares, modo triſtes. Ceci numinis] fortune, quam veteres deam cecã ſunt fabulati. Plinius lib. 2. naturalis hiſtorie, capite. 7. Toto quippe mũdo, & locis omnibus, omnibuſq; horis. hominũ vocibus fortuna ſola inuocatur, & vna nominat.

vna accuſatur, vna agitur rea, vna cogitatur, ſola laudatur, ſola arguitur, & cum conuitiis colitur, volubilisq́ꝫ, a pleriſq́ꝫ vero & ceca etiam exiſtimata, vaga, incōſtans, incerta, varia, indignorumq́ꝫ fautrix. Huic omnia expēſa, huic omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortaliū ſola vtranq́ꝫ paginā facit. M. Tullius in Lelio: Non enī ſolū ipſa fortuna ceca eſt, ſed eos etiā plerunq́ꝫ efficit cecos, q̄s cōplexa eſt. Frācīſcus Petrarcha in Bucolicis:

Cæca rotat fortuna fidem, rotat omnia fatum.

Autore Cebete Thebano. Fortuna ſuper lapide quodā rotundo conſiſtere videtur, & non ſolum ceca, ſed inſana etiam & ſurda eſt. Obambulat quocunq́ꝫ gentium, & aliis quidem facultates eripit, aliis tradit, ab eiſdemq́ꝫ rurſus aufert ilico, que tradiderat, atq́ꝫ aliis temere inſtabiliterq́ꝫ concedit. Pacuuius:

Fortunam inſanam eſſe & brutam perhibent philoſophi,
Saxíq́ꝫ ad inſtar globoſi prædicant eſſe volubilem.
Quia quo ſaxū impulerit fors, eo cadere fortunā autumāt.
Cæcā ob eā rē eſſe vocāt, q̄a nihil cernat quo ſeſe applicet.
Inſanam autem aiunt, quia atrox, incerta, inſtabilisq́ꝫ ſit
Brutam, quia dignum aut indignum nequeat internoſcere.

Apuleius in ſeptimo de aſino aureo. Subibatq́ꝫ me non de nihilo veteris priſceq́ꝫ doctrine viros finxiſſe, ac pnunciaſſe cecā & prorſus exoculatam eſſe fortunam: que ſemper ſuas opes ad malos & indignos cōferat, nec vnq́ꝫ iudicio quēq́ꝫ mortalium eligat: imo vero cum his potiſſimum diuerſetur, quos procul ſi videret fugere deberet: quodq́ꝫ cunctis eſt extremius, varias opiniones, imo cōtrarias nobis attribuat, vt & malus boni viri fama glorietur, & innocentiſſimus contra noxiorum ore plectatur. An vero tu precioſam] Oſtendit in fortune bonis veram felicitatem non conſiſtere, quod illa minime ſtabilis ſit, diſceſſuq́ꝫ ſuo longe plus mœroris adferat, q̄ꝫ aduentu letitie ſecum attulerit. Nec manendi fida] Valerius Maxi. libro 6. Caduca nimium, & fragilia, puerilibusq́ꝫ conſentanea crepidis ſunt iſta, que vires atque opes humane vocātur: affluunt ſubito, repēte dilabunt, nullo in loco, nulla in pſona ſtabilib⁹ nixa radicibus cōſiſtūt, ſed incertiſſimo flatu fortune huc atq́ꝫ illuc acta, quos ſublime extulerūt, improuiſo recurſu deſtitutos in

profundo cladium miſerabiliter immergunt. Itaq; neq; debent exiſtimari, neq; dici bona, quę inflictorum malorum amaritudinem deſiderio ſui duplicant. Allatura mœrorem] Baptiſta Mantuanus in prima Parthenice:

Triſtem ſperata ſuperbum

Iam præſens, amiſſa facit fortuna dolentem.

Rerum exit. pr. m.] Memorabilis hęc eſt ſententia, cui concordat illud Terentii in Adelphis:

Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt

Videre, ſed etiam illa, quæ futura ſunt

Proſpicere.

In alterutro] vel in aduerſitate, vel in proſperitate. Nec formidandas f. m.] Seneca tragicus:

Nemo confidat nimium ſecundis,

Nemo deſperet meliora lapſis,

Miſcet hæc illis prohibetq; Clotho

Stare fortunam, rotat omne fatum.

Nemo tam diuos habuit fauenteis,

Craſtinum vt poſſet ſibi polliceri.

Res deus noſtras celeri citatas

Turbine verſat.

Baptiſta Mantuanus in prima parthenice:

Id quoq; nonnunquam mentes ſolatur amaras,

Quod durare nihil patitur fortuna, viceſq;

Mobilis alternat, ventoq; ſimillima proram

Nunc premit, à puppi placida modo murmurat aura.

Poſtremo e. a.] Aliud affert argumentum philoſophia, quo Boethio non eſſe de fortuna lamentandum, oſtendit hunc in modũ: Quicũq; ſemel fortunę dominio ſe cõmiſit id ęquo animo ferat neceſſe eſt. Acceptis aũt ab ea opibus & dignitatibus, te fortunę ſubdidiſti, feras igitur patienter, ſi deponere coactus fueris ea, quę tibi tradita fuerunt ea conditione, vt non poſſent apud te perpetuo permanere. Intra for. ar.] Intra locum, vbi fortuna dominatur. Videtur trãſlatio ſumpta ab area, in qua a bobus iugum geſtãtibus quondã tritura fieri ſolebat. Tametſi quidam non inconcinne legant aleam, prior ta-

men lectio magis mihi comprobatur. Si ventis v. c.] Probat aptiſſimis ſimilitudinibus ferenda eſſe, non culpanda, quę mutare non poſſumus. Voluentis] circũagẽtis ſe, aut volubilis. Conaris] Interrogatiue legendum hoc, & cum ſtomacho.

## ¶Metrum .I. libri ſecundi.

HAec cũ ſuperba uerterit uices dextra,
Exæſtuantis more fertur euripi.
Dudum tremendos ſæua proterit reges,
Humilemq́ uicti ſubleuat fallax uultum.
Non illa miſeros audit, aut curat fletus,
Vltroq́ gemitus dura, quos fecit, ridet.
Sic illa ludit, ſic ſuas probat uires,
Magnumq́ ſuis monſtrat oſtentum,
Si quis uiſatur una ſtratus ac felix hora.

Hoc carmine iambico quod ſcazon, id eſt, claudicãs appellatur, in ſuperiorum confirmationẽ dicit fortunã ſibi nunq́ melius placere, q̃ quoties vna eademq́ hora potentiſſimum quẽpiam viderit, eundẽq́ miſerrimũ. Carmen hoc ſimile eſt illi Perſiano:

Nec fonte labra prolui caballino.

Hęc] fortuna. Cum] poſtq̃. Verterit] mutauerit. Vices] rerum conditionumq́ permutationes. Exęſtuantis] vltra modum fluctuantis Vetus adagium eſt, τύχη εὔριπος. fortuna euripus, ſiue volubilis ſeu ęſtuaria: quod viciſſim nunc huic fauere ſoleat, nunc illi. A maris euripi prodigioſa quadam reciprocãdi celeritate ducta metaphora. Eſt aũt euripus maris pars inter Phocidẽ Bœotię partem & Euboeam inſulam, cuius meminit Plinius libro. 2. Et quorundam tamẽ (inquit) priuata natura eſt, velut Tauromnitani Euripi, ſępius & in Euboea ſepties die ac nocte reciprocantis, tã rapida cõuerſione, vt (quemadmodum autor eſt Pomponius Mela) ventos, ac etiam plena ventis nauigia ſecum portet. Neq́ dum Adagium Euripus

huius tam ſtupendę rei cauſa ſatis idonea perueſtigata eſt a ſcriptoribus, etiam ſi Titus Liuius ſecūdi belli punici libro 8. a ventis quibuſdam illic flantibus ita rapi credit. Seneca in Hercule Oetheo:

Euripus vndas flectit inſtabilis vagas,
Septemq; rurſus flectit, & totidem refert,
Dum laſſum Titan mergit oceano iubar.

Cicero pro Plācio: Quod fretum, quem euripum tot motus, tantas, tam varias habere creditis agitationes, cōmutationes, fluctus, quantas perturbationes, & quātos ęſtus habet ratio comitiorum? Euripos etiam lacus tēporarios manu factos, in quibus naualē pugnā cōmittebant veteres, quos etiam nilos appellabant, notū eſt ex Tranquillo, Tacito, Seneca, & alijs. Dudū] paulo ante. Tremendos] ob potentiam formidandos. Proterit] peſſundat. Subleuat] ſurſum leuat, & attollit. Dura] inexorabilis. Probat] oſtendit. Oſtentum] prodigium, miraculum. Viſatur] videat. Stratus] deiectus, miſer.

## Proſa ſecunda libri .II.

VEllem aūt pauca tecum fortunę ipſius uerbis agitare. Tu igitur an ius poſtulet, animaduerte. Quid tu ô homo ream me quotidianis agis querelis? Quā tibi fecimus iniuriam? Quæ tibi tua detraximus bona? Quouis iudice de opum dignitatumq; mecū poſſeſſione cōtende. Et ſi cuiuſquā mortaliū proprium quid hor eſſe monſtraueris, ego iam tua fuiſſe, quæ repetis, ſponte cōcedam. Cum te de matris utero natura produxit, nudū rebus oībus, inopēq; ſuſcepi, meis opibus foui, & quod te nunc impatientē noſtri facit, fauore pna indulgētius educaui, oīmq;

quæ mei ſunt iuris, affluentia & ſplendore circundedi. Nunc mihi retrahere manum libet: habe gratias uelut uſus alienis. Nō habes ius querelæ tanq̄ tua perdideris prorſus. Quid ergo ingemiſcis? nulla tibi à nobis illata eſt uiolentia. Opes, honores, cæteraq́ talium mei ſunt iuris. Dominam famulæ cognoſcunt, mecum ueniunt, me abeunte diſcedunt. Audacter affirmem, ſi tua forent, quæ amiſſa cōquereris, nullo modo perdidiſſes. An ego ſola meum ius exercere prohibebor? licet cælo proferre lucidos dies, eoſdemq́ tenebroſis noctibus condere. Licet anno terræ uultum nunc floribus frugibusq́ redimire, nunc nimbis frigoribusq́ confundere. Ius eſt mari nūc ſtrato æquore blandiri, nunc procellis ac fluctibus inhorreſcere. Nos ad conſtantiam noſtris moribus alienam inexpleta hominū cupiditas alligabit? Hæc noſtra uis eſt, hunc cōtinuum ludum ludimus. Rotam uolubili orbe uerſamus, infima ſummis, ſumma infimis mutare gaudemus. Aſcende, ſi placet, ſed ea lege, ne uti cū ludicri mei ratio poſcet, deſcendere iniuriam putes. An tu mores ignorabas meos? Neſciebas Crœſum regem Lydorum Cyro paulo ante formidabilem, mox deinde miſerandū, rogi flāmis traditū, miſſo cælitus

imbre defenſum? Num te præterit, Paulum Perſi regis à ſe capti calamitatibus pias impẽdiſſe lachrymas? Quid tragœdiarum clamor aliud deflet, niſi indiſcreto ictu fortunam felicia regna uertentem? οὐ μειράκιον ὤν ἔτι, δύο πίθους τὸν μὲν ἕνα κακῶν, τὸν δ' ἕτερον ἀγαθῶν, in Iouis limine iacere didiciſti? qd ſi huberius de bonorum parte ſumpſiſti? Quid ſi à te nõ tota diſceſſi? Quid ſi hæc ipſa mei mutabilitas, iuſta tibi cauſa eſt ſperandi meliora? Tamen ne animo contabeſcas, & intra commune omnibus regnũ locatus, proprio iure uiuere deſideres.

Hoc loco fortuna inducitur ſeuere cũ Boethio id expoſtulans, quod ob amiſſa doleat non ſecus, ac ſi ſua ipſius bona perdidiſſet: quę ſi propria poſſediſſet. nũꝗ ſane potuiſſet amittere. Proinde fortuna ſibi vendicat opes, honores, & id genus alia, ſecumq; pariter aduenire, diſcedereq; ait. Et quo minus iuſtę videantur Boethij querelę, pollicetur eius fuiſſe quęcunq; abſtulerit ſe continuo cõceſſuram, ſi cuiuſq; mortalium quicq; illorum proprium eſſe demonſtrarit. Poſtea inconſtãtiam ſuam, vires ſuas eſſe fatetur, a qua ſi prohibeatur, iniquiſſime ſecum agi. Poſtremo docet exemplis quibuſdam ius ſibi ſemper fuiſſe, volubili orbe rotam circumagere, ſuoq; arbitrio verſare. Agitare] tractare, diſputare. Quid tu o homo] verba fortunę aduerſus Boethium. Ream agis] accuſas, Reum agere eſt accuſare. Peragere vero, con-
Reum ago demnare. Quid] aliquid. Nudum rebus omnibus]
Perago Nudi enim naſcimur, nudi morimur. Plini⁹ in procœmio ſeptimi natural. hiſtori. Hominem tantum nudum, & in nuda humo natali die abijcit ad vagitus ſtatim & ploratum. Lucretius:

Tum porro puer, vt ſæuis proiectus ab vndis
Nauita, nudus humi iacet, infans, indigus omni

Vitali auxilio, cum primum in luminis oras
Nixibus ex aluo matris natura profundit,
Vagituq; locum lugubri complet, vt æquum eſt,
Cui tantum in vita reſtet tranſire malorum.

Prona] propenſa. Mei iuris] ſub ditione mea. Affluentia] abundantia. Habe gratias] ſis gratus animo. An ego ſola] Singulatim colligit vnicuiq; licere iure ſuo naturali ſemper vti: cum igitur ſit ſui iuris volubilem rotam aſſiduo verſare circumactu, iniquiſſime ſecum agere queritur, indignaturq; inexplebili cupiditate mortales, qui ab ea, cui naturalis ſit inconſtantia mutabilitasq;. conſtantiam & perpetuum proſperitatis tenorem requirant. Condere] componere, claudere, finire. Vultum] aſpectum, faciem. Metaphora eſt ſatis audax ab homine ad rem inanimam, eamq; grauiſſimam & immobilem. Redimire] ornare. Confundere] perturbare. Strato] compoſito. Aequore] planitie, equali ſuperficie. Inexpleta] inexplebilis, inſatiabilis. Alligabit] cum interrogatione, & vultuoſe pronunciandũ. quaſi dicat, minime poterit vnq; alligare. Hęc noſtra vis eſt] vt nullam ſeruemus conſtantiam. Continuũ] ſine intermiſſone. Rotam] fortunę ſimulacrum. Nonnulli veterum cum copia & gubernaculo finxerunt, tanq; hęc opes tribuat, & humanarum rerum regimen obtineat. Cui opinioni & Vergilius aſſenſit, qui fortunam omnipotētem vocat. Et hiſtoricus qui ait: Sed profecto fortuna in omni re dominatur. Alij eam ſuper lapide quodam rotundo conſiſtere lepide commenti ſunt. Alij rotã illi volubilem verſatilemq; appingunt cum quatuor hominum imaginibus, primi iam ſurſum aſcendentis, ſecundi ſummum tenentis, tertii rurſum deſcendentis, quarti vero in rotę imo depreſſi. ſuper quibus hic eſt verſiculus: Fortunæ ſimulacrũ

Regnabo, regno, regnaui, ſum ſine regno.

Volubili orbe] celeri conuerſione. Apud Baptiſtã Mantuanum in epigrammatis ad Falconem hi ſunt verſus:

Fidite virtuti, fortuna fugacior vndis,
Non manet, & certam neſcit habere domum.
Gaudia dum ſimulat, ſubuertere cogitat orbem,

Inſidias ridens exitiumq́; parat.

Locus Baptiſtæ Mãtuani

Ubi animaduertendum obiter, perperam ſciolos per orbem, mũdũ accipere, cum hic ſit ſenſus: Fortuna dum ſimulat gaudia, ⁊ dum videt blanda, cogitat ſubuertere, id eſt, clanculum ⁊ pręter hominum ſpem vertere orbẽ, hoc eſt, rotã ſuam orbicularis figurę. Infima ſummis] Seneca tragicus:

Ima permutat breuis hora ſummis.

Extat carmen ſane non illepidum, neſcio cuius de fortuna, quod hoc potiſſimum loco ſubijciendum putaui:

O fortuna potens quàm variabilis,
Quantum iuris atrox, quæ tibi vendicas?
Euertis meritos, eligis improbos.
Nec ſeruare potes muneribus fidem,
Fortuna immeritos auget honoribus,
Fortuna innocuos cladibus afficit.
Iuſtos illa viros pauperie grauat.
Indignos eadem diuitijs beat,
Hæc aufert iuuenes, & retinet ſenes,
Iniuſto arbitrio tempora diuidens,
Quod dignis adimit, tranſit ad impios,
Nec diſcrimen habet, rectaq́; iudicat.
Inconſtans, fragilis, perfida, lubrica.
Nec quos clarificat, perpetuo fouet.
Nec quos deſeruit, perpetuo premit.

Auſonius:

Fortuna nunquam ſiſtit in eodem ſtatu.
Semper mouetur, variat ac mutat vices,
Et ſumma in imum vertit, ac verſa erigit.

Croeſus

Ea lege] ea conditione. Utine] vt non. Deſtendere] deſcenſum, ſubaudi eſſe iniuriam. Croeſum] Croeſus rex fuit Lydię ditiſſimus. captus autem a Cyro rege Perſarũ, vinctus cõpedibus, ſuper ingentem (quam ſtruxerat) lignorũ ſtruem ab eo imponitur vt viuus cremaretur. Croeſo autem ſuper pyram ſtãti veniſſe in mentem, ferunt, quod ſibi nutu dei a Solone fuiſſet dictum,

ex viuentibus beatum eſſe neminem. quibus auditis Cyrum tradunt pœnituiſſe, cum ſe quoq; hominem eſſe cognoſceret, qui alium hominem olim ſe non inferiorem viuum rogo traderet: preterea veritum ob id pœnam ac reputātem nihil eſſe in rebus humanis ſtabile, iuſſiſſe ignē celerrime extingui iam incenſum : qui cum ab hominibus adhibitis extingui non poſſet, Crœſus Apollinem inuocaſſe dicitur, & magna vi pluuię cęlitus effuſa liberatus. Super hoc latius legatur Herodotus libro primo. Paulum Perſi] Perſes ille rex Macedonum famigeratus, cui plus auri fuit q̄ animi, victus ſuperatusq; bello ab Romanis, ſe Cn. Octauio dedidit, orans vt ad Paulum Aemilium imperatorē duceretur, qui illi obuiā cum amicis venit, aſſurrexit, &(vt hiſtorici tradunt) illachrymauit, varietatem ſcilicet fortunę ſecum reputans, quę regē ex ſummo dignitatis faſtigio in preceps detraxerat. Perſes autem ductus in triumphum eſt vna cum filijs, perijtq; in carcere animi mœrore cōfectus, vel (vt alij tradūt) vigilijs inſomnioq; maceratus. Perſi propter ὁμοιοτέλευτον detraxit s literam, quę plerunq; pro ſibilo habetur, non ſolum neceſſitatis, ſed etiam euphonię cauſa vt Saluſtius: A principio vrbis ad bellum Perſi Macedonicum, pro Perſis. Detrahitur autem s tertię declinationis genitiuo. Vergilius in primo Aeneidos:

Perſes Paulus

Perſi

Troas relliquias Danaum atq; immitis Achilli.

Tragœdiarū] Tragœdia eſt heroicę fortunę in aduerſis comprehenſio. Huius triſtitia & frequēs clamor propria ſunt. Ideoq; Euripides petente Archelao rege, vt de ſe tragœdiā ſcriberet, abnuit, ac precatus eſt, ne accideret Archelao aliquid tragœdię proprium, oſtendens nihil aliud eſſe tragœdiam, q̄ miſeriarum comprehenſionem. Nonne adoleſcentulus δύο τούς πίθους τόν μὲν ἕνα κακῶν τόν δὲ ἕτερον καλῶν. Hęc greca miſit ad me Iohannes Aedicollius ex peruetuſto exemplari, quę ſic redduntur latine: Duo dolia, malorum quidem vnum, alterum autem bonorum. In Cęſarij noſtri libello hęc inſunt, ὄν μειρακίον ὤν ἔτι δύο πίθους τόν μὲν ἕνα κακῶν τόν δὲ ἕτερον ἀγαθῶν. Quę ad verbum ſic poſſumus interpretari: Non adoleſcētulus adhuc eniā duo dolia,

Tragœdia

vnum quidem malorum, alterum autem bonorum. Ubi animaduertendū eſt, nō pro nonne poſitū, petereq́ſibi reddi affirmationē. Eſt aūt hoc ſumptum ex Homeri libro Iliadis vltimo, in quo hęc inſunt, interprete Laurētio Ualla: Duo eñi dolia in Iouis limine ſidunt plena munerū, quę nobis danda conſtituit, malorum alterū, alterum bonorum. Ex quibus Iupiter nunc homini mala, nunc bona exhibet. Cui mala, eum ad iniuriam exponit, vt in miſeria vitā agat. Uiuit enim neq́ dijs, neq́ hominibus honorat⁹. Homericos verſus Nicolaus Ualla ſic latinos reddidit:

Binaq́; prætereà Iouis eſſe in limine dicunt
Vaſa, quibus ſortem deus ipſe emittit vtranque,
Ille miſer, cui ſors fati contingit amara,
Heu quantos etiam gemitus, quàm dura videbit
Exitia, atque omnem miſtam mœroribus atris
Vitam aget, hunc homines odio ſuperiq́; ſequentur.

Hanc Homeri opinionem Socrates apud Platonem in ſecundo de republica libro, grauiter improbat, aiens non admittendum eſſe, Iouem nobis penuarium eſſe bonorū atq́ malorū. Loquitur aūt hoc loco Philoſophia non ex ſua, verum fortunę perſona, neq́ rem ita ſe habere, ſed Boethium adoleſcentulum ex Homero didiciſſe refert. Quid] ſubaudiēdum dices. Sperandi meli.] iuxta illud tragici,

Nemo deſperet meliora lapſis.

## ¶Metrum ſecundum libri II.

SI quantas rapidis flatibus incitus
Pontus uerſat harenas,
Aut quot ſtelliferis edita noctibus
Cælo ſidera fulgent:
Tantas fundat opes, nec retrahat manum
Plena copia cornu,
Humanum miſeras haud ideo genus

Ceſſat flere querelas.
Quamuis uota libens excipiat deus
Multi prodigus auri,
Et claris auidos ornet honoribus,
Nil iam parta uidentur.
Sed quæſita uorans ſæua rapacitas
Altos pandit hiatus.
Quæ iam præcipitem frena cupidinem
Certo fine retentent,
Largis cum potius muneribus fluens
Sitis ardeſcit habendi?
Nunq̃ diues agit, qui trepidus gemens
Seſe credit egentem.

¶ Hoc carmine, cuius alter verſus eſt Aſclepiadeus, alter Pherecrati⁹, tādē mortaliū iniq̄s morib⁹ grauiter offenſa fortuna, in eorū inſatiabilē auaritiā inuehit, q̄ q̄ plura congeſſerint, eo longe plura concupiſcant. Quantas] quot, vel q̄ magnas. Melius tamē eſt, vt pro quot accipias. Silius Italicus in .xv.

Quantas ipſe deus lætos generauit in vſus. — Quantus.
Res homini? Claudianus:
Conueniunt animæ, quantas truculentior auſter
Decutit arboribus frondes. Terentianus:
Maurus item quantos potui cognoſcere Graios.

Rapidis] impetuoſis. Pontus mare. Verſat] crebro vertit. Edita] in lucem data. Copia] hanc fabulantur fertilitatis eſſe deā, cui cornu ab Hercule Acheloo in tauri ſpeciem mutato detractum, omnium fructuum primitijs refertum Naiades conſecrarunt, vn̄ apud Ouidium Achelous: — Copia.

Rigidum fera dextera cornu
Dum tenet, infregit, truncaq́ꝫ à fronte reuellit.

Naiades hoc pomis, & odoro flore repletum
Sacrarunt, diueſq; meo bona copia cornu eſt.

Lucianus de mercede ſeruientibus: Et habebis copię cornu. & lac gallinaceum emulgebis. Horatius:

Beata pleno copia cornu. Idem:
Aurea fruges
Italiæ pleno diffudit copia cornu.

Prodigus. Ideo] ob eam affluentiam opum. Prodigus] largus. Accipitur nunc in bonam partem. Clanculum tamen videtur alludere ad prodigi hominis mores, qui ſepe vltra modum pecuniam largitur indignis. Claudianus:

Munificus laudis, ſed non es prodigus auri.

Nil iam parta vid.] id eſt, ea quę dū deſiderarent, magna cupidis videbantur, poſteaq̄ in eorū venere poſſeſſionem, pro nihilo habētur, ſemper vlteriora ſitienter inhiantibus. Quę frena] quaſi dicat nulla. Retentēt] retinere poſſint. Sitis habendi.] Eccleſiaſtes cap. 5. Auarus non implebit pecunia: & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Iuuenalis:

Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.

Prudentius:

Auri nanque fames parto fit maior ab auro.

Horatius:

Creſcentem ſequitur cura pecuniam, Maiorūq; fames.

Diuus Ambroſius in tertio epiſtolarum ad Simplicianum: Quis autem ante deum diues, niſi quietus & modeſtus ſpiritus, qui nunq̄ corrumpit? Nonne tibi videtur diues, qui habet pacem animi, tranquillitatem quietis, vt nihil concupiſcat, nullis exagitetur cupiditatum procellis, nec vetera faſtidiat, & noua querat, & ſemp deſiderando fit in ſummis diuitiis inops? Idem in eodē libro ad eundem: At vero inſipiēs, & quod putat ſe habere, nequaq̄ poſſidet. An putas illum poſſidere, q̄ theſauro ſuo die ac nocte incubans, auara & miſera torquetur ſolicitudine? Ille vero eget, & ſi aliis diues videtur, ſibi pauper eſt, qui non vtitur eo quod habet, qui adhuc alia rapit, alia deſiderat. Ubi enim nullus cupiditati modus, qui fructus diuitiarū? Nemo eſt diues, q̄d habet, ſecū hinc auferre non poteſt. Quod enim hic relinquitur, nō

In auaros.

multo poſt: Duos finitimos vetus hiſtoria deſcribit, regē Achab, & pauperem Nabuthan. Quem horum pauperiorem, quem ditiorem credimus? Alter regali fulcro diuitiarum prędit', inexplebilis, inſatiabiliſq; opibus ſuis, exiguam pauperis vineam deſiderauit. Alter aſpiciens animo βασιλέων τὰς πολυχρύσους τύχας, imperialeſq; gazas, ſuo erat contentus palmite. Nonne videtur hic magis diues, hic magis rex, qui ſibi abundabat, ſuas regebat cupiditates, vt nihil alienum concupiſceret? Ille aũt egentiſſimus, cui aurum ſuum vile, alienus palmes precioſiſſimus exiſtimabatur. Idem in decimo epiſtolarũ: Quo plus vnuſquiſq; acquiſierit, plus ſitit, & quaſi quadam inardeſcit ebrietate cupiditatum ſuarum. Idem in libro de Nabuthe: O diues neſcis, q̃ paup̃ ſis, q̃ inops tibi ipſi videaris, qui te diuitem dicis. Quanto plus habueris, plus requiris: Et quicquid acquiſieris, tamē tibi adhuc indiges. Inflammatur lucro auaritia, non reſtinguitur. Quaſi gradus quoſdā cupiditas habet, quo plures aſcenderit, eo ad altiora feſtinat, vnde ſit grauis ruina lapſuro. Et paulo poſt hęc ſubiicit: Quis igitur tibi pauper videtur, qui contentus eſt ſuo, an qui concupiſcit alienum? Alter certe pauper eſt affectu. Affectus diues egere non nouit, cenſus abundans nequit auari pectus explere. Ideoq; diues cupidus. In inuidiā poſſeſſionis, & paupertatis querelam, Ambroſii libro, cuius modo meminimus, neſcio quo adiectum eſt epigramma, nō indignum ſane, quod & his apponatur:

Plurima habere cupit, qui poſſidet omnia diues,
Nempe inopes reddit copia magna viros,
Vnde habeant, cura eſt paucis, ſed oportet habere
Per ſcelus atq; nefas, pauper vbiq; iacet.
Hoc pater Ambroſius Nabuthæ teſtatur in vmbra,
Qui pro rure ſuo rege volente cadit.

Addidimus et nos aliquot ab hinc annos, cum idem opus diſcipulis enarrandum ſuſcepiſſemus, hoc qualecunque carminis ſimulacrum:

Mens hominis diues, non gaza, nec arca putanda eſt,

Cui ſatis eſt nunquam, ſemper auarus eget.
Creſcit vt indulgens potum ſibi ſ luridus hydrops,
Sic augetur opum, dum cumulantur, amor.
Fas & iura facit nihili veſana cupido,
Quod'q; libet, cæca mente licere putat.
Inter opes inopem noris vt lector auarum,
Hoc lege diuini nunc opus Ambroſij.

Agit] viuit. Egentem] Horatius:
Magnas inter opes inops.
Periander: Præſtat eum qui bonis non vtitur, mori, quam viuentem egere.

## Proſa tertia libri. II.

HIs igitur ſi pro ſe tecum uerbis fortuna loqueretur, quid profecto cõtra hiſceres, non haberes. At ſi quid eſt, quo querelam tuã iure tuearis, proferas oportet, dabimus dicendi locum. Tum ego, Speciosa quidem iſta ſunt, inquã, oblitaq; rhetoricæ ac muſicæ melle dulcedinis, tum tantum cum audiunt, oblectant. Sed miſeris malorum altior ſenſus eſt. Itaq; cum hæc auribus inſonare deſierint, inſitus animum mœror prægrauat. Et illa, Ita eſt, inquit. Hæc enim nondum morbi tui remedia, ſed adhuc contumacis aduerſum curationem doloris fomẽta quædã ſunt. Nam quæ in profundum ſeſe penetrent, cum tẽpeſtiuum fuerit, admouebo. Veruntamen ne te miſerum exiſtimari uelis, an numerum modumq; tuæ felicitatis oblitus es? Taceo quod

deſolatum parente, ſummorum te uirorum cura ſuſcepit, delectuſq; in affinitatem principum (quod precioſiſſimum propinquitatis genus eſt) prius charus q̃ proximus eſſe cœpiſti. Quis non te feliciſſimũ cũ tanto ſplendore ſocerũm, cum coniugis pudore, cum maſculæ quoq; prolis opportunitate prædicabit? Prætereo (libet em præterire cõmunia) aſſumptas in adoleſcẽtia negatas ſenibus dignitates, ad ſingularem felicitatis tuæ cumulum uenire delectat. Si quis rerum mortalium fructus ullũ beatitudinis pondus habet, poteritne illius memoria lucis quãtalibet ingruentium malorum mole deleri, cum duos pariter conſules liberos tuos domo prouehi ſub frequentia patrum, ſub plebis alacritate uidiſti, cum eiſdem in curia curules inſidentibus tu regiæ laudis orator, ingenij gloriam, facundiæq; meruiſti? cum in circo duorũ medius conſulũ circunfuſæ multitudinis expectationem triumphali largitione ſatiaſti, dediſti (ut opinor) uerba fortunæ, dũ te illa demulcet, dum te ut ſuas delicias fouet. Munus quod nulli unquã priuato commodauerat, abſtuliſti. Vis ne ergo cũ fortuna calculũ ponere? Nunc te primũ liuẽti oculo perſtrinxit. Si numerum modumq; lætorum triſtiumve

conſideres, adhuc te felicem negare non poſſis. Quod ſi idcirco te fortunatũ eſſe nõ exiſtimas, quoniam quæ tunc læta uidebantur, abierunt, nõ eſt, quod te miſerum putes: quoniam quæ nunc mœſta creduntur, prætereũt. An tu in hãc uitæ ſcenam nunc primum ſubitus, hoſpeſq; ueniſti? ullam ne humanis rebus ineſſe conſtãtiam reris, cum ipſum ſæpe hominem uelox hora diſſoluat? Nam etſi rara eſt fortuitis manendi fides, ultimus tamẽ uitæ dies mors quædã fortunæ eſt etiam manentis. Quid ergo referre putas, tu ne illam moriendo deſeras, an te illa fugiendo?

¶ Supra Boethio fortuna ſic locuta eſt. Quid ſi hubertius de bonorũ parte ſumpſiſti? Nũc igitur philoſophia recẽſet ea omnia, quibus a fortuna fuerit ornatus, atq; minus eum iuſte de illa queri, cum adhuc ſe felicem negare non poſſit, q̃ inita ratione plus bonorum q̃ malorum tuliſſe conuincat, atq; retinere. Hiſceres] loquereris.
Hiſco. Hiſco ſignificat ſubmiſſe loquor, ſiue os ad loquendum aperio. Plautus:

Ne hiſcere quidem audet. Accius:

Hem vereor plus q̃ fas eſt captiuum hiſcere.

Muſicę dulcedinis] poeticę delectationis. Tum] tũc. Quũ] quando. Altior] profundior. Mœror] triſtitia. Contumacis] rebellis, inobedientis. Fomenta] mitigamenta, et quę gręci vocant malagmata. Penetrent] penitus immittant. Deſolatũ] orbatũ. Parente] patre. Quod] prius charum eſſe q̃ proximũ. Charus.] ob pręclaram indolem amatus. Proximus] affinis. Senſus eſt, Principibus ciuitatis ante charus fuiſti
Socer. ob virtutis ſtudiũ, q̃ p affinitatẽ ꝓpinquus. Socerorũ] Symmachi & vxoris eius, aut etiã fratrũ filiorũve illius.

Maro in Aeneidos ſecundo:

*Infelix quæ ſe dum regna manebant,*
*Sæpius Andromache ferre incomitata ſolebat*
*Ad ſoceros,& auo puerum Aſtyanacta trahebat,*

In libro Thobię: Poſt obitum matris ſuę Thobias abſceſſit ex Niniue cũ vxore ſua,⁊ filijs,⁊ filiorum filijs, ⁊ reuerſus eſt ad ſoceros ſuos. Socer nomẽ ad aliquid eſt,refertur enim ad generum. Unde Ouidius:

*Non hoſpes ab hoſpite tutus,*
*Non ſocer à genero.*

Coniugis] vxoris tuę Ruſticianę. Fructus] vſus cũ quadam delectatione Lucis] diei. Quãtalibet] quã tumuis magna. Ingruentum] imminentium. Malorum] aduerſitatum. Conſules] fuerunt quondã apud Romanos leges annales, q̃bus non licebat conſulatum inire,niſi tertiũ ⁊ quadrageſimum annũ agenti. At vero (vt in quinta dicit Cicero)apud antiquos Rulli, Decij, Coruini,multiq́ alij,recẽtiore aũt memoria ſupior Africanus,T. Flaminius admodũ adoleſcẽtes cõſules facti, tãtas res geſſerũt, vt populi Romani imperiũ auxerint, nomen ornauerint. Proinde nemo miret,ſi poſt imperij ruinam,barbaris iam tenẽtibus Italiam,⁊ pleriſq́ legibus Romanorũ abolitis,duo filij Boethij propemodum pueri,fortuna potiſſimum ſuffragante, pariter ob patrię virtutis ⁊ ſapiẽtię meritum cõſules euaſerint, idq́ iuſſu Theoderici Gothorum regis,qui diu in bonos viros bñ fuit animatus. Curules] hę ſellę fuerunt eboreę,q̃bus maiores magiſtratus vtebantur in curru, quo honoris gratia in curiam vehi ſoliti erant. Inſidentibus] Inſideo ſellę ⁊ ſellã dicimus,ſed hoc rari⁹. Regię laudis] laudis Theoderici regis. In circo] Circus Romę locus fuit admodum ſpatioſus, ⁊ turbę capax, ſpectandis ludis idoneus, in quo ⁊ munera (quę miſſilia dicebant) ab ędilibus conſulibusve in populum, ad eius fauorem ſibi magis conciliandum,ſpargebantur. Duorum] filiorum tuorum. Medius] Medius quõdam locus fuit: honoratus,hodieq́ apud nonnullos eſt,vnde Ouidius de ſeniore,Faſtorum libro quinto:

Leges annales.

Curulis.

Circus.

Medius locus.

Et medius iuuenum, non indignantibus ipſis
Ibat,& anterior, ſi comes vnus erat.

Extat apud Spartianum iocus Hadriani dignus memoratu, qui cum ſeruum ſuum inter duos ſenatores mediũ ambulare vidiſſet,miſit,qui ei colaphũ daret, & diceret. Noli inter eos ambulare, quorum eſſe adhuc potes ſeruus. Triumphali larg.] magnifica & conſulari munerũ donatione. Dediſti.v. fort.] fortunam blandis verbis

**Dare verba** decepiſti. Dare verba (vt vulgo notiſſimum) ſignificat decipere,idq; verbis & promiſſis inanibus. Martialis:

Cui nihil ipſe dabas,is tibi verba dedit.

Ut ſuas delic.] Delicias alicuius dicimus,qui ei in delicis eſt.Maro in bucolicis:

Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexin
Delicias domini.

**Priuatus** Priuato] Priuatus dicitur is, qui publico munere aut principatu non fungitur. Calculum ponere] rationem inire. Nam calculis fieri ſolet ſupputatio. vnde Martiali dictus calculator Liuenti oculo] Hactenus, inquit. tibi fauit fortuna,nunc primum cœpit aduerſari. Quod autem ait liuenti oculo, videtur alludere ad mulieres viſu faſcinantes,quę interimant quos diutius intueantur. iratis pręcipue oculis, quod earum malum teneriori ętati magis nocet. Fortuna igitur,inquit, quę hucuſq; indulgentiſſimę matris more te ſuas delicias fouit,nũc te primum faſcinauit more Africanę vel Illyricę mulierculę. Perſtrinxit] lęſit, corrupit, vitiauit. Liuenti] minime candido,peſtifero,& liuidos vapores emittenti. In hãc vitę ſcenam] eleganti metaphora ſcenam vitę dixit, cũ hęc ſit fabulę ſimilima,quę ſolet in ſcena ab hiſtrionibus agi.Seneca epiſtola.77.Quomodo fabula,ſic vita.Non ꝙ diu,ſed ꝙ bene acta ſit refert, Moria apud Eraſmum in encomio:Porro mortalium vita omnis quid aliud eſt, ꝙ fabula quępiam,in qua alii aliis obtecti perſonis procedunt,agũtq; ſuas quiſq; partes,donec choragus educat e proſcenio,qui ſępe tamen eundẽ diuerſo cultu prodire iubet,vt qui modo regem purpuratum egerat,nunc ſeruulum pannoſum gerat. Adumbrata quidem omnia, ſed hęc fabula non aliter agitur. Cicero in Catone maiori:In hoc ſumus ſapientes, quod naturam optimã du

cem tanq̃ deũ ſeq̃mur, eiq; paremus, a qua non veriſimile eſt, cũ cęterę partes ętatis bñ deſcriptę ſint, extremũ actũ tanq̃ ab inerti poeta eſſe neglectũ. Idẽ in eodem: Quę ſunt igitur voluptates corporũ cũ autoritatis premijs cõparandę, qb⁹ q̃ ſplendide vſi ſunt, ij mihi videnẽ fabulã ętatꝫ pegiſſe, nec tanq̃ inexercitati hiſtriones in extremo actu corruiſſe. Rurſus in eodẽ: Neq; eñ hiſtrionĩ vt placeat, pagẽda eſt fabula ſolũmodo. In quocũq; fuerit actu, probeẽ. Nec ſapienti vſq; ad plaudite videndum. Item ſub finẽ eiuſdẽ dialogi: Senectus aũt pactio ętatis eſt tanq̃ fabulę, cuius defatigationẽ fugere debemus, p̃ſertim adiuncta ſatietate. Subit⁹] repẽtinus. Hoſpes] peregrinus. Ullam ne humanis rebus] Argumentatur ab eo quod eſt magis. Homo ipſe corruptionem effugere non poteſt, cum ſępe repentina morte diſſoluatur. Multo igitur minus reb⁹ humanis ineſt conſtãtia. Horatius in arte poetica:

Debemur morti nos noſtraq́;.

Uelox hora] Uetus eſt illud Uarronis adagiũ, Homo bulla. Fauſtus: Adagium.

Subdita ſunt certo mortalia corpora fato,
Cunctaq́; præcipiti tempora fluxa ruunt.
Tam nimis humanum celeri genus interit hora,
Turgida quàm pluuiæ bulla liqueſcit aquæ.

Quid eſt homo? inq̃t Seneca, quodlibet quaſſum vas, & quodlibet fragile iactatu. Quid eſt homo? imbecilliſſimũ corpus & fragile, nudum ſuapte natura, inerme, alienę opis indigens, ad omnem fortunę contumeliam proiectum, frigoris eſt & laborꝫ impatiẽs, ex infirmis fluidisq; contextum. Odor illi saporq;, & laſſitudo, & vigilia, humor, & cibus, ſine quibus viuere nõ põt, mortifera ſunt. Quocunq; ſe mouet, infirmitatis ſuę ſtatim conſcius, tenuiſſimis cauſis atq; offenſionibus morbidus ac putris. Merito itaq; cecinit ſapientiſſimus poetarum:

Tale quidem genus eſt hominum, quale eſt foliorum,

Fortuitis] bonis fortunę. Ualerius Maximus libro ſexto: Caduca nimium & fragilia, puerilibusq; conſentanea crepidis ſunt iſta, quę vires atq; opes humanę vocantur. Affluunt ſubito, repente dilabuntur, nullo in

loco, nulla in perſona ſtabilibus nixa radicibus conſiſtūt, ſed incertiſſimo flatu fortunę huc atq; illuc acta, quos ſublime extulerunt, improuiſo recurſu deſtitutos in profundo cladium miſerabiliter immergunt. Itaque neq; debent exiſtimari, neq; dici bona, quę inflictorum malorum amaritudinem deſiderio ſui duplicant. Ultimus tñ vitę dies m.q.f.e.e.m] Sic Proſper in epigrammatis:

Terrenis opibus cum diues gaudet iniquus,
  Veris ſe miſerum neſcit egere bonis.
Nam quid erit, quod non momento temporis vno
  Perdere mundana conditione queat,
Cum licet aduerſis ceſſantibus, omnia parcant,
  Lege tamen mortis ſit faciendus inops?

## Metrum tertium libri .II.

CVm polo phœbus roſeis quadrigis
  Lucem ſpargere cœperit,
Pallet albentes hebetata uultus
  Flammis ſtella prementibus.
Cum nemus flatu zephyri tepentis
  Vernis irrubuit roſis,
Spiret inſanum nebuloſus auſter,
  Iam ſpinis abeat decus.
Sæpe tranquillo radiat ſereno
  Immotis mare fluctibus.
Sæpe feruentes aquilo procellas
  Verſo concitat æquore.
Rara ſi conſtat ſua forma mundo,
  Si tantas uariat uices,

Crede fortunis hominum caducis,
Bonis crede fugacibus.
Conſtat æterna poſitumq́ꝫ lege eſt,
Vt conſtet genitum nihil.

¶ Carmen eſt dicolon. cõſtans ſapphico ⁊ glyconico, quo ſatis euidenter oſtenditur, non ſolum rebus humanis nullam ineſſe conſtantiam, vt iam dictum eſt, ſed nihil fere in hoc mundo eſſe immutabile, cum omne id q̃d ſit genitum, neceſſe ſit aliquando corrumpi. Phœbus] ſol. Roſeis] rubicundis. Hebetata] Maius enim lumen offuſcat minus. vnde ⁊ Ouidius:

Ecce uigil nitido patefecit ab ortu
Purpureas aurora fores, & plena roſarum
Atria, diffugiunt ſtellæ, quarum agmina cogit
Lucifer, & cæli ſtatione nouiſſimus exit.

Flammis] ſplendoribus ſolis. Prementibus.] obſcurãtibus ſtellas. Spiret] deeſt. ſi. Inſanum] inſalubriter, nomen pro aduerbio. Nebuloſus auſter.] Hic ventus eſt flans a meridie, nebuloſus atq́ꝫ humectus. vñ ⁊ a grecis dr̃ νότος, ab eo quod eſt νοτίς, humiditas. humor, latine vel auſter, q̃d aures ſternat hebetatq́ꝫ. vel hauſter, ab haurientdis aquis. De hoc Cornelius Celſus libro medicinę .2. capi 1. Auſter aures hebetat, ſenſus tardat, capitis dolores mouet alluum ſoluit, totũ corpus efficit hebes, humidũ, languidũ. Horat. in ſermonib. Hauſter.

Nec mala me ambitio perdit, nec plumbeus auſter.

Ouidius in ſeptimo Metamorphoſeos:

Lœtiferis calidi ſpirarunt æſtibus auſtri.

Decus] roſarum pulchritudo ⁊ ornamentũ. Tranq̃llo ſereno] tranquilla ſerenitate. Immotis.] non motis. Aquilo.] ventus eſt ab impetuoſo aquilę volatu nominatus, ſeptentrionalis quidem ⁊ frigidiſſimus, quem Greci boream appellant. Feruentes.] ęſtuantes. Verſo] ſubuerſo, diruto, exagitato. Aequore] aquarum planitie. Aequor enim ab ęqualitate dictum eſſe conſtat. Rara ſi. c. ſ. f. m.] Argumentũ ꝓfert ab eo q̃d magis eſt. Aquilo.

Magis eñ mundo videtur ineſſe conſtantia, ⁊ ꝑpetuus tenor, q̄ rebus mortaliū fortunę mutationiq; ſubiectis: ſed mūdo, vt ex particularibus exemplis collectū eſt, nō ineſt ſemꝑ eadē facies, ꝑpetuaq; cōſtantia. multo igitur minus mirādū eſt, ſi res humanę caſuū varietatē viceſq; recipiant. Crede] ironia eſt, quaſi dicat, minime tibi credendum eſt. Sic poeta:

I nunc, & verbis virtutem illude ſuperbis.

Et Horatius:

I nunc, & verſus tecum meditare canoros.

Bonis] Iambus eſt. nam ſicut Terentianus docet, Glyconicus verſus quemadmodū ⁊ phalecius, pro ſpondeo modo iambū, modo trocheum admittit. Septimius:

Geritq; intus in oppidum
Anhelos Panope greges. Idem:
Purpuræ leguli ſenes,
Intus hic vbi conſitum eſt.

Horatius in odis:

Ignis illiacas domos.

Catullus:

Dianæ ſumus in fide
Puellæ & pueri integri. Idem:
Metiens iter annuum
Ruſtica agricolæ bonis
Tecta frugibus expleas.

Conſtat eter.] Pulchra veriſſimaq; concluſio, qua oſtēditur, omne id quod genitum eſt, corruptioni eſſe obnoxium. Ariſtoteles in primo de cęlo ⁊ mundo: Genitū enī ⁊ corruptibile ſeſe mutuo cōſequuntur. Seneca epiſtola lxxxviij. Cui naſci contigit, mori reſtat. Idem alibi: Lex vtilis eſt, quę iubet naſci ⁊ mori. Conſtat] certum et firmum hoc eſt, vt nihil genitum conſtet. id eſt, perpetuo duret atq; permaneat. Maximianus:

Ortus cuncta ſuos repetunt, matremq; requirunt.

Baptiſta Mantuanus:

Vnda, ſolum, pereunt, perit humidus æther, & ignis
Occidit, & quicquid quatuor iſta creant.

¶Proſa quarta libri .II.

TVm ego: Vera, inquam, commemoras ò uirtutum omnium nutrix, nec inficiari poſſum proſperitatis meæ uelociſſimum curſum. Sed hoc eſt quod recolentem uehemētius coquit. Nam in omni aduerſitate fortunæ, infeliciſſimum genus eſt infortunij, fuiſſe felicē. Sed quod tu, inquit, falſæ opinionis ſupplicium luis, id rebus iure imputare non poſſis. Nam ſi te hoc inane nomen fortuitæ felicitatis mouet, quàm plurimis maximisq; abūdes, mecum reputes licet. Igitur ſi quod in omni fortunæ tuæ cenſu precioſiſſimū poſſidebas, id tibi diuinitus illæſum adhuc, inuiolatumq; ſeruat. Poteris ne meliora quæque retinens, de infortunio iure cauſari? Atq uiget incolumis (illud precioſiſſimum humani generis decus.) Symmachus ſocer, & quod uitæ precio non ſegnis emeres, uir totus ex ſapientia uirtutibusq; factus, ſuarum ſecurus, tuis ingemiſcit iniurijs. Viuit uxor ingenio modeſta, pudicitiæ pudore præcellens, & ut omnes eius dotes breuiter concludam, patri ſimilis. Viuit, inquam, tibiq; tantum uitæ huius exoſa ſpiritum ſeruat. Quo uno felicita-

tem minui tuam, uel ipſa conceſſerim. tui deſiderio lachrymis ac dolore tabeſcit. Quid dicam liberos conſulares, quorum iam ut in id ætatis pueris, uel paterni uel auiti ſpecimē elucet ingenij? Cum igitur præcipua ſit mortalibus uitæ cura retinendæ, ô te ſi tua bona cognoſcas felicem, cui ſuppetunt etiam nūc, quæ uita nemo dubitat eſſe chariora. Quare ſicca iam lachrymas. nondum eſt ad unum omnes exoſa fortuna. Nec tibi nimium ualida tempeſtas incubuit: quoniā tenaces hærent ancoræ, quæ nec præſentis ſolamen, nec futuri ſpem temporis abeſſe patiantur. Et hæreant, inquam, precor: illis nanque manētibus. utcunque ſe res habeant, enatabimus. Sed quātum decus ornamentis noſtris deceſſerit, uides.

¶ Superiori proſa Boethio philoſophia, quātis a fortuna bonis preditus auctusque fuiſſet, oſtendit: quorum relatiōe facile probauit plura ei fortunā cōtuliſſeque abstuliſſe. Nunc aūt docet tāta illi ſupereſſe bona vt ſi qua ſit in fortunę reb⁹ felicitas, nondum eam perdidiſſe videatur. Deinde familiariter virum reprehendit, nimis animo cō turbatum ob partem bonorum amiſſam, cum mortalium nemo ſit omni ex parte fortunatus. Poſtea docet veram felicitatem in fortunę bonis minime conſiſtere. Proinde beatitudinem expetenti nulla ratione eſſe dolendum, quod amiſerit ea quę vere beatum efficere non poſſunt.
Recolentem] reminiſcentem, et animo repetentem.
Coquit] angit. Ennius:

Curamve leuaſſo,

Quæ nunc te coquit.

Infeliciſſimum genus eſt infortunij, fuiſſe felicē] Plautus in Rudentibus.

Miſerum iſtuc uerbum & peſſimum eſt,

Habuiſſe, & nihil habere.

Maximianus:

Dura ſatis miſeris memoratio priſca bonorum,

Et grauius ſummo culmine merſa ruunt.

Igitur ſi.] Memorare incipit bona Boetio etiamnunc reliqua. Diuinitus] a deo. Atqui] ſed. Incolumis] ſaluus. Symmachus ſocer] Hic locus dilucide oſtendit Boethiū aliquanto prius in exilium fuiſſe miſſum, q̄ Symmachus eius ſocer fuerit captus, et in vincula coniectus, quo tempore compoſuit hoc diuinum opus. Fuit aūtē hic Symmachus vir diſertiſſimus, & ſummis ornat⁹ virtutib⁹, q̄ Boethio patre orbato ob eius ſummū ingenium et optimam indolē, Ruſticianam filiam ſuam vxorem dedit. Ad hunc Symmachum compluſcula etiā nunc extant Boethii noſtri ſcripta. Tollendus eſt autē multorum inſignis error, opinantium huius Symmachi eſſe epiſtolas, quę extāt breues quidē et elegantes, ſed ab impio homine et Chriſtianorum inimico conſcriptę. Fuit eñ alter Symmachus orator, et vrbis Romę prefectus, cuius illę ſunt epiſtolę, et oratio ad Ualentinianum imperatorem, qua perſuadere conatus fuit aram Uictorię reſtituēdam, cui Prudentius poeta Chriſtian⁹, et diuus Ambroſius, hic oratione, duobus ille poeticis libris reſponderunt. Boethii autem ſocer multis annis poſt, hoc eſt, tēpore Iuſtini maioris, floruit, vir Chriſtianiſſimus, & diui Gregorii pōtificis teſtimonio ſanctus. Quiſquis igitur recte ſentire ſuper hoc vult, mecum ſentiat oportet. Quod] decus humani generis precioſiſſimum. Non ſegnis] impiger et feſtinabundus. Ex ſ. v. q. factus] huic contrarium eſt illud Ciceronis in oratiōe pro Cluentio: Et qui eſſet totus ex fraude & mēdacio factus. Suarum] iniuriarum. Securus] nullam habens curam. Uxor.] Ruſticiana Symmachi filia. Pudicitię pudore precellens.] Hieronymus in Iouinianum: Doctiſſimi viri vox eſt, pudicitiā in primis eſſe re

Error multorum.

tinendam: qua amiſſa, omnis virtus ruit. In hac mulie-brium virtutum principatus eſt. Hec pauperem commē-dat, diuitē extollit, deformem redimit, exornat pulchrā. Bene meretur de maiorib⁹, quorum ſanguinem furtiua ſobole non vitiat: bene de liberis, quibus nec de matre erubeſcendū nec de patre dubitādū eſt. bñ in primis de ſe, quā a cōtumelia externi corporꝭ vindicat. Uel] etiā. Tui deſiderio] eo qđ te deſiderat. Deſiderantur enim ea que abſunt. Quid] propter quid, vel ad quid. Libe-

Specimen. ros] filios tuos. Conſulares] q̄ cōſules (vt ſupra dictū eſt) fuerunt. Quorum] filiorū tuorū. Specimen] pro-prie eſt id, quod de re venali oſtenditur emptori vt inde poſſit ceteras merces eſtimare, vt particule panni, aut parum frumēti, vel vini guſtus. Ingenij paterni] Boe-

Id ætatis. thiani. Auiti] Symmachiani. Ut] Utpote. In puerꝭ id etatis] id eſt, eam etatem agentibus. figurata locu-tio eſt. Id etatꝭ enim, ſicut id gen⁹ cuilibet caſui figura-te apponitur, & ſignificat per eam etatem, ſeu eius etatꝭ. Plautus in Aſinaria:

Neq; puduit eum id ætatis ſycophantias ſtruere.

Liuius: Quem cum percontaretur Scipio, q̄s, & cuias, & cur id etatis in caſtris fuiſſet, Numidā ſe eſſe ait, Maſſi-um populares vocare. O te ſi t.b c felicem] O, nunc interiectio eſt admirantꝭ: & eſt imitatio illius Uergiliani in ſecundo georgicorum:

O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint Agricolas.

Que vita n. b. e. c.] Symmachus ſocer, vxor, & liberi. Ad vnū omnis] Omnes, nemine excepto. Liuius: Con-ſul romanus in Algido conſecutus ad vnum omnes occi-dit. Nimiū] vltra modū. Ualida] impetuoſa. Qñ] quandoqđem. Tenaces ancore] pulchre permanet in metaphora, a nauigantibus, & tempeſtate laborantibus ſumpta. Ancora grece dicitur ἄγκυρα. Uetus adagiū eſt.

Ancora. Prouerbiū Ancora dom⁹ pro familie refugio. Quicq̄d enī illud eſt, cui innitimur, cuiuſq; fulcimur fiducia, ancora vocatur: ſumpta a nauibus tranſlatiōe, que cū ancoris fulte ſunt, veluti defenſe a fluctibus quieſcunt. Euripides in Hecu ba de Polydoro:

Qui iam ſolus generis ſupereſt ancora noſtri.

Utcunq;] quocunq; modo. Enatabimus] euademus mortis periculum. Perſtat in tranſlatione.

Et illa :Promouimus(inquit) aliquantulum, ſi te nondum totius tuæ ſortis piget. Sed delicias tuas ferre non poſſum,qui abeſſe aliquid tuæ beatitudini tam luctuoſus atq; anxius cõ quereris. Quis eſt enim tam compoſitæ felicitatis, ut non aliqua ex parte cum ſtatus ſui qualitate rixetur? Anxia enim res eſt humanorum conditio bonorum, & quæ uel nunq̃ tota proueniat, uel nunquam perpetua ſubſiſtat. Huic cenſus exhuberat, ſed eſt pudori degener ſanguis.Hunc nobilitas notum facit, ſed anguſtia rei familiaris incluſus,eſſe mallet ignotus. Ille uero utraq; circunfluus,uitã cælibem deflet. Ille nuptijs felix, orbus liberis, alieno cenſum nutrit hæredi.Alius prole lætatus,filij filiæue delictis mœſtus illachrymat. Idcirco nemo facile cum fortunæ ſuæ conditione concordat.Ineſt enim ſingulis,quod inexpertus ignoret,& exptus exhorreat. Adde q̃ feliciſſimi cuiuſq; delicatiſſimus ſenſus eſt,& niſi ad nutum cuncta ſuppetant,omnis aduerſitatis inſolens, minimis quibuſq; proſternitur:adeo perexigua ſunt, quæ fortunatiſſimis beatitudinis ſummã detrahunt.Quã multos eſſe cõiectas, qui ſeſe cælo proximos arbitrentur, ſi de fortunæ tuæ reliquijs pars eis minima contingat?Hic ipſe locus, quem

tu exiliũ uocas, incolentibus patria eſt. Adeo nihil eſt miſerum, niſi cum putes. Contraq́, beata ſors omnis eſt æquanimitate tolerãtis. Quis eſt ille tam felix, qui cum dederit impatientiæ manus, ſtatũ ſuum mutare nõ optet? Quàm multis amaritudinibus humanæ felicitatis dulcedo reſperſa eſt: quę ſi etiam fruenti iucunda eſſe uideatur, tamen quo minus (cũ uelit) abeat, retineri non poſſit. Liquet igitur, quàm ſit mortalium rerũ miſera beatitudo, quæ nec apud æquanimos perpetua perdurat, nec anxios tota delectat.

Promouimus ] pfecimus. Ferre] pati. Quis eſt em̃] Sententia eſt veriſſima, eleganter per interrogationem prolata. Cui concordat illa quę eſt apud Hermogenem rhetorem Non poteſt inueniri vita hominis carens moleſtia. Seneca: Nulla eſt tam bona fortuna de qua nihil queri poſſis. Idem in libro de ira tertio : Nulli fortuna tam dedita eſt, vt multa tentanti vbiq; reſpondeat. Horatius:

Nihil eſt ab omni Parte beatum.

Eraſmus e Græco:

Felix per omnia nullus eſt mortalium.

Eandem ſententiam idem & ſic extulit:

Haud viuit vllus omnibus felix modis, Euripides:
Siquidem vniuerſis rebus in mortalium,
Nil continenter & vndiquaq; proſperum eſt.

Plinius libro 7. Mortalium nemo eſt felix. Idem in eodẽ libro: Nemo mortalium omnibus horis ſapit. Maharbal ad Annibalem apud Liuium: Non omnia eidem dij dedere. Vincere ſcis Annibal, victoria vti neſcis. Ulyſſes apud Homerum, interprete Philelpho:

Non vni dat cuncta deus, formoſus vt idem

Sit ſimul & prudens, ac multa laude diſertus.
Qui ſpecie caruit, deus hunc venerabilis ornat
Viribus eloquij, quo fit, mirentur & vnum
Hunc alij, ſuauis linguæ dulcedine capti.
Hic autem fidens orat, leniq; pudore
In cœtus excellit agens, quem numinis inſtar
Suſpiciunt (vrbem quiſquis petiere) loquentem.
Aſt alium formæ bonitas, quem cominus æquat
Cælitibus, penitus defecit gratia linguæ.

Claudianus in panegyrico Styliconis:

Etenim mortalibus ex quo
Tellus cœpta coli, nunquam ſyncera bonorum
Sors vlli conceſſa viro, quem vultus honeſtat,
Dedecorāt mores, animus quem pulchrior ornat,
Corpus deſtituit, bellis inſignior ille,
Sed pacem fœdat uitijs, in publica felix,
Sed priuata minus, partitu ſingula quęque
Nobilitant, hunc forma decens, hunc robur in armis,
Hunc rigor, hunc pietas, illum ſolertia iuris,
Hunc ſoboles, caſtiq; tori.

Rixetur] litiget, diſcōueniat, diſcrepet. Huic cenſus] Oſtendit in hac vita nemini totam felicitatem prouenire. Degener ſanguis] generis ignobilitas. Utroq;] & cenſu & generis nobilitate. Uitam cęlibem] vxore carentem. Horatius in primo epiſtolarum:

Lectus genialis in aula eſt,
Nil ait eſſe prius, melius nil cælibe vita,
Si non eſt, iurat bene ſolis eſſe maritis.

Inexpertus] non expertus. Adde quod f.] Oſtendit, quo magis ſint fortunę ſucceſſibus aſſueti, eo minus aduerſos caſus ferre poſſe mortales. Ad nutum] ex animi ſententia, & ad voluntatem. Inſolens] inſuetus Proſternitur] affligitur. Adeo] in tantū. Perexigua] valde exigua. Summā] pfectionē. Cęlo proximos] ſupra modū fortunatos. Proximum cęlo ſeu in cęlo eſſe, ſeu cęlū digito attingere, dicat ſupra modū fortunatum Prouerbia

eſſe ac glorioſum. M. Tullius: Bibulus in cęlo eſt, nec quare ſcio ſed ita laudatur. Idem: Noſtri autem princi pis digito ſe cęlum putant attingere, ſi nulli barbati in piſcinis ſint, qui ad manū accedant. Adeo nihil eſt m. n.c.p.] Sic Menander:

Nihil admodum atrox paſſus ęs,
Niſi id tu tibi fingis

Aequanimitate] patientia. Plautus:

In re mala animo ſi bono vtare, adiuuat. Horatius:
Sed leuius fit patientia,
Quicquid corrigere eſt nefas.

Dederit manus] ſubmiſerit ſe. Tranſlatum ab ijs, qui bello capti, manus ſuas victori prębent vinciendas. Quam multis amaritudinibus h.f.d. r. eſt] Plautus in Amphitryone:

Ita cuiq; comparatum eſt in ætate hominum,
Ita dijs placitū, voluptati vt mœror comes cōſequatr.
Quin incommodi plus, maliq; ilico adſit, boni ſi obtigit quid,

Plato ex eodem vertice cenſet dulcedinē amaritudinēq; defluere, voluptatem & dolorem. Apuleius in quarto floridorum libro: Sed verum verbum eſt profecto quod aiunt, Nihil quicq; homini tam proſperum diuinitus da tum, quin & tamen admiſtum ſit aliquid difficultatis, vt etiā in ampliſſima quaq; lętitia ſubſit quępiam vel parua querimonia, coniugatione quadā mellis & fellis. Vbi uber, ibi tuber. Ouidius:

Vſque adeo nulla eſt ſyncera voluptas,
Solicitumq; aliquid lætis interuenit.

Solomon prouerbiorum capite. 13. Riſus dolore miſcebi tur, & extrema gaudij luct⁹ occupat. Lucretius libro de rerum natura quarto:

Conuiuia, ludi,
Pocula crebra, vnguenta, coronæ, ſerta parantur
Nequiquam: quoniam medio de fonte leporum
Surgit amari aliquid, quod in ipſis floribus angat.

Quid igit ô mortales extra petitis intra uos

poſitam felicitatẽ? error uos inſcitiaq; cõfundit. Oſtendam breuiter tibi ſummæ cardinẽ felicitatis. Eſt ne aliqd tibi teipſo precioſius? nihil, inquies. Igitur ſi tui compos fueris, poſſidebis quod nec tu amittere unq̃ uelis, nec fortuna poſſit auferre. Atque ut agnoſcas in his fortuitis rebus beatitudinem conſtare nõ poſſe, ſic collige: Si beatitudo eſt ſummum bonum naturæ ratione degentis, nec illud eſt ſummum bonum, quod eripi ullo modo poteſt, quoniã præcellit id quod nequit auferri: manifeſtũ eſt, q̄ ad beatitudinem percipiendam fortunæ inſtabilitas aſpirare non poſſit. Ad hæc, quem caduca iſta felicitas uehit, uel ſcit eam, uel neſcit eſſe mutabilem: ſi neſcit, quænam beata ſors eſſe poteſt ignorãtiæ cæcitate? Si ſcit, metuat neceſſe eſt, ne amittat, quod amitti poſſe non dubitat: quare continuus timor non ſinit eſſe felicẽ. An uel ſi amiſerit, negligendum putat? Sic quoq; perexile bonum eſt, quod æquo animo feratur amiſſum. Et quoniam tu idem es, cui perſuaſum eſſe atq; inſitum permultis demonſtrationibus ſcio, mentes hominum nullo modo eſſe mortales, cumq; clarum ſit fortuitam felicitatem corporis morte finiri, dubitari nequit, ſi hæc auferre beatitudinem poteſt, quin omne

mortalium genus in miſeriam mortis ſine labatur. Quod ſi multos ſcimus non morte ſolū, uerūetiam doloribus ſupplicijsq; beatitudinis fructū quæſiſſe, quonā modo pſens uita facere beatos pōt, q̄ miſeros trāſacta nō efficit?

Extra] in rebus externis, hoc eſt, extra vos poſitis. Intra vos] in animis veſtris. Cicero in Paradoxis: Nemo poteſt nō beatiſſimus eſſe, q̄ eſt totus aptus ex ſeſe, quiq; in ſe vno ſua ponit oīa. Inſcitia] ignorātia. Perſi⁹:

Vt teneat uetitos inſcitia debilis actus.

Cardo Cardinem.ſ.f.t.] id in quo vertit̄ & cōſiſtit maxima & vera beatitudo. Cardo] quaſi cor ianuę, id quo vertitur illa. Vergilius:

Foribus cardo ſtridebat ahenis.

Accipitur interdum pro opportunitate. Idem:

Haud tanto ceſſabit cardine rerum.

Et circa id verti cardinem dicimus, in quo ſumma rei cōſiſtit. Si tui cō.f.] Sui compos eſt, qui compoſitis affectibus animi, rectę rationi ſubiecit appetitum. Si beatitudo] Argumentatur ſummū bonum in fortuitis rebus non eſſe poſitum, hoc modo: Quocunq; prēſtātius aliud bonum eſt, id non eſt ſummum. Eſt aūt fortunę ſucceſſu bonum prēſtantius, id puta quod eripi non poteſt. Non eſt igitur fortunę ſucceſſus ſummum bonum. Unde fit, vt nec beatitudinem conferre poſſit, cum ea nihil ſit aliud, q̄ ſummū bonū naturę, ratione degētis. Ad hęc] Addit aliam argumentationē in hunc ſenſum: Non poteſt ſummū bonū eſſe, quod nullo modo intelligitur: Sed bona fortunę ſi intelligantur, fallacia fluxaq; cognoſcūtur: vnde continuus amittendi timor naſcitur, quę felicitatē non recipit. Sin aūt non intelligūtur, rurſus excluditur beatitudo: a qua procul abeſt ignorantię cęcitas, quęq; potiſſimū in bonorum ſpeculatione, verorumq; contemplatione conſiſtit. Et quoniam tu idem es] Superioribus aliam adiungit rationem, qua docet euidentiſſime felicitatem cum fortuna non cohęrere. Non eſt (inquit) ſummū hominis bonū, quod ab eo poteſt ſeparari. Uerū morte corpis ab immortali hōis animo fortuita felicitas

ſeparatur, aut igitur hęc non eſt ſummũ hominis bonũ, aut confitendũ eſt, oĩe mortaliũ genus in miſeriã mortẽ ſine prolabi. Sed hoc nõ ita eſſe, pclara multorũ facinora docuerunt, q̃ pro Chriſti nomine tyrãnis alacriter reclamãtes, doloribus ſuppliciisq́ꝫ beatitudinẽ ſibi cõparauere. Proinde in fortuitis huius vitę ſucceſſibus vera felicitas cõſiſtere non põt. Permultis demonſtrationibus] nõ Platonicis ſolũ, ſed & Chriſtianis. Hęc] mors. Multos] nõ Stoicos, neq́ꝫ Cynicos, ſed magis Chriſtianos martyres accipe. Doloribꝰ] Baptiſta Mãtuanus:

Pauca pati ſatius, breuibusq́; æterna parare
Gaudia ſupplicijs, q̃ dum fugientia fruſtra
Complexi bona conamur retinere, laborem
Perdere, & infernos demum deſcendere ad amnes.

Idem alio in loco:

Si genus humanum ſaperet, nec inertia tantum
Illecebris captum, vitæq́ꝫ fugacibus annis
Corpora curaret, labentia regna, lutumq́;
Caſurasq́; habitare domos, & vile puderet
Hoſpitium, quod cuncta ſinu cæliq́; marisq́;
Purgamenta legit, triſtes vbi ſidera caſus,
Aſſiduasq́; pluunt infeſto lumine mortes.

## Metrum .IIII. libri ſecundi.

Quiſquis uolet perennem
Cautus ponere ſedem,
Stabilisq́; nec ſonori
Sterni flatibus euri,
Et fluctibus minantem
Curat ſpernere pontum,
Montis cacumen alti
Bibulas uitet arenas.
Illud proteruus auſter,

Totis uiribus urget,
Hæ pendulum ſolutæ
Pondus ferre recuſant.
Fugiens periculoſam
Sortem ſedis amœnæ,
Humili domum memento
Certus figere ſaxo.
Quamuis tonet ruinis
Miſcens æquora uentus,
Tu conditus quieti
Felix robore ualli,
Duces ſerenus æuum,
Ridens ætheris iras.

Carmen eſt dicolon, diſtrophon: cuius primus verſus eſt anacreontius, dimeter, acatalecticus, iambicus, conſtans tribus pedibus ⁊ ſyllaba. ſimilis illi Prudentiano,

Cultor dei memento.

Secundus eſt Pherecratius, conſtans ex ſpondeo vel anapeſto, dactylo ⁊ ſpondeo. Docet autem tutiſſimum eſſe, minime bonis externis inhiare. Nam ſi fortuna magna cõferre videatur, maximos quoq; dolores diſcedēs eſt allatura. Suadet igitur vitandam eſſe nimiam claritatem quod hęc inuidię ſit obnoxia: quemadmodũ montium cacumina perpetuis ventis infeſtantur. Fugiēdas quoq; inopię ſordes, quę pondus arduę virtutis ſuſtinere nequit, ob idq; bibulis arenis comparatur. Medium itaq; optimum eſſe, quod per humile ſaxum ſignificatũ eſt, maximopereq; amplectendum eſt. Ut enim Ariſtoteles autor eſt politicorum libro quarto, in omni ciuitate ſunt tres hominum ſpecies, diuites, pauperes, ⁊ mediocres: quorum optimi ſunt mediocres, eo quod medium ſemper eſt optimum. Idem ſcribit mediocres ciues magis ſaluari: quoniã nec inſidias patiunt, nec fraudes faciunt, vt alij: quapropter ſine periculo viuunt. Ait ⁊ eodē

in libro: Quanto magis aliquid accedit ad medium, tanto eſſe melius: quanto magis diſtat a medio, tanto peius. Horatius carminum libro. 2.

Rectius viues Licini, neq; altum
Semper vrgendo, neque dum procellas
Cautus horreſcis nimium premendo
Littus iniquum.

Auream quiſquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obſoleti
Sordibus tecti, caret inuidenda
Sobrius aula.

Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celſæ grauiore caſu
Decidunt turres, feriunt'q; ſummos
Fulgura montes.

Ouidius in tertio de Triſtibus:

Viſibus edocto ſi quicquam credis amico,
Viue tibi, & longe nomina magna fuge.
Viue tibi, quantum'q; potes prælustria vita,
Sæuum prælustri fulmen ab arce venit.

Idem non ita multo poſt:

Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, & intra
Fortunam debet quiſque manere ſuam.

Quiſquis] quicunq;. Perennē] perpetuam, diuturnā, durabilem. Ponere] ędificare. Sedem] habitaculū, habitandi locum. Euri] venti. Pontum] mare. Bibulas arenas] ſiccas, & humoris capaces. Apud Mattheum euāgeliſtam Chriſtus humani generis ſeruator hęc loquitur: Omnis ergo qui audit verba mea hęc, & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui ędificauit domum ſuam ſupra petram, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Fundata enim erat ſuper petram. Et omnis qui audit verba mea hęc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ędificauit domum ſuam ſuper arenam, & deſcēdit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerūt Matth. 7

k

in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna. Rem eandem Iuuẽcus hiſce luculentis verſibus explicauit:

Quiſq; meis monitis aures'q; & facta dicabit,
Hunc æquabo viro, ſolidis fundamina ſaxis
Ponenti, librata ſuper quæ mœnia ſurgent:
Ille domus pluuijs ventisq; illæſa manebit,
Torrentum'q; minas firmato robore vincet,
Hærent immoto quoniam fundamine petræ.
Qui vero auditu tantum mea iuſſa tenebit,
Diuerſis'q; procul factis per lubrica perget,
Hunc ſimilem faciam, volucri qui fulcit arena
Fundamenta domus: cui mox vt flamina venti,
Et pluuia effuſis cœpere incumbere riuis,
Omnis ſubuerſo procumbit pondere moles,
Inſequitur'q; graui tectorum ſtrage ruina.

Proverbiũ Græcum prouerbium eſt: ὡς ψάμμον οἰκοδομεῖς, in arena ędificas. quo vſus erit, vbi quis negociũ aggreditur inutile futurũ, vtpote nõ recte iactis añ fundamẽtis. Illud] cacumen alti mõtis. Proteruus] valde toruus & terribilis. Auſter] ventus. Urget] infeſtat, cõcutit. Ouid.

Summa petit liuor, perflant altiſſima venti,

Seneca in Hippolyto:

Admota æthereis culmina ſedibus,
Dur õ excipiunt notos,
Inſani boreæ minas,
Imbriferúmque corum.
Humida vallis raro patitur fulminis ictus.

Hę] arenę. Pendulum] pendens. Ferre] ſuſtinere. Periculoſam ſortem] periculorum plenam conditionẽ. Amœnę ſedis] voluptuoſę in montis ſummitate habitationis Figere] condere, ędificare. Tonet] vehementer & terribiliter ſonet. Ruinis] euerſionibus. Robore] firmitate. Duces] ages. Serenus] quieta mente compoſitus. Aeuum] tempus vitę. Ridens] parui faciens. Iras] tempeſtates aeris.

## Proſa V. libri .II.

SEd quoniã rationũ iam in te mearũ fomẽta deſcẽdunt, paulo ualidioribus utendum puto. Age eñ, ſi iam caduca & momẽtanea fortunæ dona nõ eſſent, quid in eis eſt, quod aut

ueſtrũ unq̃ fieri queat,aut nõ perſpectũ conſideratumve uileſcat? Diuitię ne uel ueſtra uel ſui natura precioſæ ſunt? Quid earũ potius, aurum ne,an uis cõgeſtæ pecuniæ? Atqui hæ effundendo magis,q̃ coaceruando melius nitent. Siquidẽ auaritia ſemper odioſos,claros largitas efficit. Quod ſi manere apud quenq̃ non poteſt,quod transfertur in alterum:tunc eſt precioſa pecunia, quum tranſlata in alios, uſu largiendi deſinit poſſideri. At eadem ſi apud unum,quanta eſt ubiq; gẽtium,congeratur,cæteros ſui inopes facit. Et uox quidẽ tota pariter multorũ replet auditum. Veſtræ uero diuitiæ niſi comminutæ, in plures trãſire non poſſunt. Quodcũ factum eſt,paupes neceſſe eſt faciãt,quos relinquũt. O igit̃ anguſtas, inopesq; diuitias, quas nec habere totas pluribus licet,& ad quemlibet ſine cæterorũ paupertate nõ ueniunt. An gẽmarum fulgor oculos trahit? Sed ſi quid eſt in hoc ſplẽdore pręcipui,gẽmarũ eſt lux illa,non hoĩm. Quas q̃dẽ mirari hoĩes uehementer admiror. Quid eſt enĩ carens animæ motu,atq; mẽbrorũ cõpage, quod animatæ rationabiliq; naturę pulchrũ eſſe iure uideat̃? Quæ tametſi cõditoris opa,ſuiq; diſtinctione poſtremę aliq̃d pulchritudinis trahũt,infra ueſtrã tamẽ excellẽtiã col-

locatæ, admirationem ueſtram nullo modo merebantur. An uos agrorum pulchritudo delectat? B. Quid ni? Eſt enim pulcherrimi operis pulchra portio. Sic quadam ſereni maris facie gaudemus: ſic cælum, ſidera, ſolem, lunamq́ miramur. P. Num te horum aliquid attingit? Num audes alicuius talium ſplendore gloriari? An uernis floribus ipſe diſtingueris, aut tua in æſtiuos fructus intumeſcit hubertas? Quid inanibus gaudijs raperis? Quid externa bona pro tuis amplexaris? Nunquã tua faciet eſſe fortuna, quæ à te natura rerum fecit aliena. Terrarum quidem fructus, animantium proculdubio debentur alimentis. Sed ſi (quod naturæ ſatis eſt) replere indigentiam uelis, nihil eſt, quod fortunæ affluentiã petas. Paucis enim minimisq́ natura contenta eſt. Cuius ſatietatem ſi ſuperfluis urgere uelis, aut iniucũdum quod infuderis fiet, aut noxium. Iam uero pulchrum uarijs fulgere ueſtibus putas: quarum ſi grata intuitu ſpecies eſt, aut materiæ naturam, aut ingenium mirabor artificis.

Hactenus philoſophia diſſeruit fortunę bona apud vnũ eundemq́ perpetuo non permanere. Nam licet aliquando viuentem non deſerant, mortis tamen neceſſitate ſeparantur. Nunc vero argumentatur etiam ſi ſint firma, ſtabiliaq́, tamen hominis propria bona dici non poſſe,

neq; conferri humanę dignitati, quę longe pręſtantior eſt vniuerſis fortunę diuitijs. Rationum] argumentationum. Fomenta] remedia, medicamenta. Fomenta proprie dicitur applicationes rerum calidarum ſiue humidarum ad partes corporis lęſas, idq; medēdi gratia. Fomes dicitur aſſula ex arbore excuſſa dum ceditur. Item quęcunq; materia ſicca, in qua facile ignis inflammatur. per metaphoram autē fomitem appellam⁹, quicquid accendit nos, atq; excitat ad aliquid agendum. Validioribus] efficacioribus rationibus. Age] nunc eſt aduerbium captantis attentionem. Earum] diuitiarum. Potius] melius, pręſtantius Aurum ne] An aurum (inquit) quod ab aura, id eſt, fulgore, dictum eſt, potius eſt, an vis, id eſt, multitudo pecunię congeſtę, id eſt, coaceruatę. Atqui] ſed. Hę] pecunię. Nitent melius effundendo] cum effunduntur. Quam coaceruando] cum coaceruātur. Siquidem auaritia ſemper odioſos claros largitas efficit] pręclara ſententia eſt, ⁊ philoſophię grauitate digna. Et vox quidem tota] Oſtendit vocis naturam pręſtantiorem eſſe q̃ diuitiarum: cum vox tota ⁊ integra pariter multorum repleat auditum: diuitię vero niſi diminutę ⁊ diſtractę in plures tranſire non poſſint. Boethius noſter in primo de muſica libro, capite 14. Nunc quis modus audiendi ſit, diſſeramus. Tale enim quiddam fieri conſueuit in vocibus, quale cum paludibus, vel quietis aquis iactum eminus mergitur ſaxum. Prius enim in paruiſſimum orbem vndam colligit, deinde maioribus orbibus vndarum globos ſpargit, atq; eouſq; dum fatigatus motus ab eliciendis fluctibus cōquieſcat. Semperq; poſterior ⁊ maior vndula pulſu debiliore diffunditur. Quod ſi quid ſit, quod creſcentes vndas poſſit offendere, ſtatim ille motus reuertitur, ⁊ quaſi ad centrum, vnde profectus fuerat, eiſdem vndulis rotundatur. Ita igitur cum aer pulſus fecerit ſonum, pellit alium proximum, ⁊ quodammodo rotundum fluctum aeris ciet. Itaque diffunditur, ⁊ omnium circumſtantium ſimul ferit auditum. Atq; illi eſt obſcurior vox, qui longius ſteterit: quoniam ad eum debilior pulſi aeris vnda peruenit. An gemmarum fulgor] vt ſupra de auro, ita nunc de gemmis agit, easq; nihil habere oſtendit, quod ſit hominibus vel mirandum vel expetendum. Gemmarum eſt lux illa, nō hominū]

Sic diuus Ambr[oſ]ius in lib. de Nabuthe: Non abnuo gratiam quandam lapidũ iſtorum eſſe fulgorem, ſed tamen lapidum. An vos agrorum pulchritudo] Docet itidem agrorum pulchritudinẽ minime hominũ eſſe propriam. Quidni?] cur non, rẽſpondet Boethius. Pulcherrimi op.] mundi. Pulchra portio] pars ſpecioſa. Facie] ſpecie. forma. aſpectu. Uernis floribus] Diuus Ambroſius in tertio libro operis ſex dierum: Quid tibi deſcribam purpuraſcentes violas, candida lilia, rutilantes roſas, depicta rura, nunc aureis nunc varijs, nũc luteis floribus, in quibus neſcias vtrũ ſpecies amplius florum, an vis odora delectet? Paſcuntur oculi grato ſpectaculo, longe lateq; odor ſpargitur, cuius ſuauitate complemur. Ubertas] fertilitas. Animantium] animalium. Alimentis] nutrimentis. Quod naturę ſatis eſt] parentheſis eſt. Quod] replere indigentiam. Paucis enim m. q. n. c. eſt] Sententia eſt cum primis celebrata. Sex. Turpilius poeta comicus:

*Profecto, vt quiſq; omnino contentus fuit,*
*Ita fortunatam vitam duxit maxime,*
*Vt philoſophi aiunt iſti, quiduis ſat eſt.*

Seneca philoſophus epiſtola quarta: Parabile eſt quod natura deſiderat, & appoſitum paruo cõſtat, & ad ſupervacua ſudatur. Illa ſunt, quę togam cõterunt, quę nos ſeneſcere ſub tentorio cogunt, quę in aliena littora impingunt. ad manum eſt, quod ſat eſt. Qui cum paupertate bene conuenit, diues eſt. Lucanus in 4. pharſalię:

*O prodiga rerum*
*Luxuries, nunquam paruo contenta paratu,*
*Et quæſitorum pelago terraq; ciborum*
*Ambitioſa fames, & lautę gloria menſæ,*
*Diſcite, quàm paruo liceat producere vitam,*
*Et quantum natura petat. non erigit ægros*
*Nobilis ignoto diffuſus conſule bacchus.*

Idem non multo poſt:

*Satis eſt populis fluuiusq; ceresq;.*

Id eſt, panis & aqua. Euripides apud A. Gellium:

*Nam quid mortalibus ſit vſui præter duo illa modo,*
*Cereris munus, & aquæ poculum, quæ adſunt,*

Ac nos queunt alere, quorum ſaties nunquam eſt?

Luxus autem ſunt cæterarum epularum indagines.

Cicero in quinto Tuſcul. quęſtionum: Dies deficiet, ſi velim paupertatis cauſam defendere. Aperta enĩ res eſt, ⁊ quotidie nos ipſa natura admonet q̃ paucis, q̃ paruis reb⁹ egeat, q̃ vilibus. Diuus Ambroſius in 10. libro epiſtolarum: Satis enim diues omnibus naturę lex eſt, cui cito inuenias, quod abundet. Cupiditatibus aũt omnis diuitiarum abundantia inopia eſt. Hieronymus in Iouinianũ: Cito expletur naturę neceſſitas, frigus ⁊ fames ſimplici veſtitu ⁊ cibo expelli poteſt. Unde ⁊ Apoſtolus: Habentes, inquit victũ ⁊ veſtitum, his contenti ſumus. Prudentius in Pſychomachia:

Summa quies nil velle ſuper, quàm poſtulat vſus
Debitus, vt ſimplex alimonia, veſtis & vna
Infirmos tegat, ac recreet mediocriter artus,
Expletumq́; modum naturæ non trahat extra.

Iam vero pulchrum] Ueſtium quoq; pulchritudinem hominibus alienam eſſe, ⁊ vel materię vel artificij propriam docet: tãetſi vetus ſit illud εἵματα ἀνήρ, veſtes vir, ⁊ vulgo tritũ ſit, Ueſtitus virũ reddit, qui habet, induat. Prouerbiũ

An uero te lõgus ordo famulorum facit eſſe felicem? Qui ſi uitioſi moribus ſunt, pernicioſa domus ſarcina, & ipſi domino uehemẽter inimica. Sin uero probi ſint, quonam modo in tuis opibus aliena probitas numerabitur? Ex quibus om̃ibus nihil horum, quæ in tuis computas bonis, tuum eſſe bonum liquido monſtratur. Quibus ſi nihil ineſt appetendæ pulchritudinis, quid eſt, quod uel amiſſis doleas, uel læteris retentis? Quod ſi natura pulchra ſunt, quid id tua refert? Nam hæc per ſe à tuis quoque opibus ſequeſtrata pla-

cuiſſent. Neq; enim idcirco ſunt precioſa, q̄ in tuas uenere diuitias: ſed quoniā precioſa ui debant, tuis ea diuitijs annumerare maluiſti. Quid autem tanto fortunæ ſtrepitu deſideratis? fugare credo indigentiam copia quęritis. Atqui hoc uobis in contrarium cedit. Pluribus quippe adminiculis opus eſt ad tuendā precioſæ ſupellectilis uarietatem. Verumq; illud eſt, permultis indigere eos, qui permulta poſſident. Contráq; minimo indigere, qui abundātiam ſuam naturæ neceſſitate, nō ambitus ſui ſuperfluitate metiantur. Itáne aūt nullum eſt proprium uobis atq; inſitum bonum, ut in externis ac ſepoſitis rebus bona ueſtra quæratis? Sic rerum uerſa conditio eſt, ut diuinū merito ratiōis animal nō aliter ſibi ſplēdere, niſi inanimatæ ſupellectilis poſſeſſione uideatur? Et alia quidē ſuis cōtenta ſunt: uos aūt deo mēte conſimiles, à rebus infimis excellentis naturæ ornamenta captatis. Nec intelligitis, quantā conditori ueſtro faciatis iniuriam. Ille genus humanum terrenis omnibus præſtare uoluit: uos dignitatem ueſtram infra infima quæq; detruditis. Nam ſi om̄e cuiuſq; bonum eo cuius eſt, conſtat eſſe precioſius, cū uiliſſima rerum ueſtra bona eſſe iudicatis, eiſdem uoſmetipſos ueſtra exiſtimatio

ne ſubmittitis:quod quidem haud immerito cadit. Humanæ quippe naturæ iſta conditio eſt,ut tum tantum cæteris rebus (cum ſe cognoſcit)excellat: eadem tamen infra beſtias redigatur,ſi ſe noſſe deſierit.Nam cæteris animantibus ſeſe ignorare, natura eſt: hominibus uero,uitio uenit. Quàm uero late patet ueſter hic error, qui ornari poſſe aliquid ornamentis exiſtimatis alienis? At id fieri neqt. Nam ſi quid ex appoſitis luceat,ipſa quidem quæ ſunt appoſita, laudantur: illud uero his tectum atq; uelatum, in ſua nihilominus fœditate perdurat. Ego uero nego illud eſſe bonum,quod noceat habẽti.Num id mentior? Minime, inquies. Atqui diuitiæ poſſidẽtibus perſæpe nocuerũt, cum peſſimus quiſq; æris alieni magis auidus,quicqd uſquã auri gẽmarumq; eſt, ſe ſolũ qui habeat,digniſſimum putat. Tu igitur qui nunc contum gladiumq; ſolicitus pertimeſcis, ſi uitæ huius callẽ uacuus uiator intraſſes,corã latrone ſecurus cãtares. O prçclara opum mortaliũ beatitudo, quam cum adeptus fueris,ſecurus eſſe deſiſti.

¶An vero te] Probat felicitatem non conſiſtere in longo famulorum comitatu. Sarcinã] proprie eſt vtẽ-ſilium & eorum quę ad cultum pertinent, veluti faſcis. quem quis in itinere faciundo portare poſſit. Hinc milites cum caſtra mouere volũt,ſarcinulas colligere dicũt. Sarcina.

qui in aliam domum migrant, ſarcinas ſuas componere. Per metaphoram tamen ſarcinam pro inutili onere ponimus. Aurelius: Et hanc corporis ſarcinam aliquando deponerem. Ambroſius: Quid enim aliud eſt peccatum niſi ſarcina? Ex quibus omnibus.] Per modum inductionis ex particularibus antecedentibus, colligit vniuerſalem cõcluſionem. Quid id tua refert?] quid ad te id pertinet? Ut in vita Solonis a Laertio relatum eſt, aiunt quidã Crœſum, cum ſe exquiſitiſſime omnium ornamentorum genere cõpoſuiſſet, ſublimique in ſolio ſederet, interrogaſſe Solonem, an pulchrius vnquam ſpectaculũ viderit, illumque dixiſſe gallos gallinaceos, phaſianos, atque pauones. Naturali enim eos flore & incredibili ſpecioſitate veſtiri. Sequeſtrata] ſeparata, ſepoſita. Quid aũt tanto] Increpat mortales tantopere fortunę bonis inhiantes, oſtenditque eos maximis laboribus pro ſufficientia, quam dies & noctes affectant, indigentiam reportare. Adminiculis] adiumentis. Permultis in e.] Eccleſiaſtes capite quinto: Ubi multę ſunt opes, multi q̃ comedũt eas. Aulus Gellius libro octauo: Uerũ eſt profecto q̃d obſeruato rerum vſu ſapientes viri dixere: multis egere, qui multa habeat, magnamque indigentiam naſci non ex inopia magna, ſed ex magna copia, multa enim deſiderari ad multa, quę habeas, tuenda. Apud Xenophontem in Cyri pędia libro octauo Pheraulas: Num enim ita, inquit Saca exiſtimas me nunc eo viuere iucundius, quo plura poſſideo? An ignoras me & comedere, & bibere, & dormire nullo modo mihi iucũdius, quam tunc cum eram pauper? Quod autem hęc ſunt mihi permulta, tantum mihi eſt lucri, quod plura me oportet cuſtodire, plura aliis tribuere: et quo plura curo, eo mihi plura eſſe negocia. Nunc enim famuli multi cibum a me petunt, multi potum, multi amictus, alii egent medicis. Uenit etiam aliquis, qui ferat pecudes a lupis abſumptas, aut boues precipitium paſſos, aut morbum pecora dices inuaſiſſe. Itaque mihi videor magis triſtari, quod nunc plura poſſideam, quam antea, quod pauca haberem. Ita ne autem nullũ eſt propriũ vobis] Pulcherrima hęc ſunt ad finẽ vſque, et ſemper in memoria tenenda. Merito] per meritum. Haud immerito.] merito, iure. Tum] tunc.

Adagium. Cum ſe cognoſcit] Uet⁹ eſt illud γνῶθι σεαυτόν. Cognoſce te ipſum. Diu⁹ Ambroſius in vltimo libro hexa. Nõ hic

Quoniam & elephātos vides tibi ſubditos, & leones eſſe ſubiectos, noſce teipſum o homo. quod (vt ferunt) Apollinis Pythij, ſed Salomonis ſancti eſt, qui ait. Niſi ſcias te formoſam in mulieribus, quanquam multo antea Moſes in Deuteronomio ſcripſerit, Attēde tibi o homo. Attēde tibi, ait lex. Et propheta ait. Niſi ſcias te. Ego vero nego illud] Syllogiſmum affert, ad oſtendendum diuitias non eſſe bonas. Eſt autem huiuſmodi: Quicquid habenti nocet, non eſt bonum. Diuitię autem plerunque nocent habenti. Non ſunt igitur bonę. Aſſumptio quotidiana probatur experientia, & Iuuenalis autoritate. Valerius etiam Maximus libro vij. hęc ſane quam eleganter nobis ſcripta reliquit. Socrates humanę ſapientię quaſi quoddam terreſtre oraculum, nihil vltra petendum a dijs immortalibus arbitrabatur, quam vt bona tribuerent: quia hi demum ſcirent, quid vnicuique eſſet vtile: nos aūt plerunque votis id expetere, quod non impetraſſe melius foret. Etenim denſiſſimis tenebris inuoluta mortalium mens, in quam late patentē errorem cęcas precatiōes tuas ſpargis? Diuitias appetis, quę multis exitio fuerunt. Honores concupiſcis, qui complures peſſunderunt. Regna tecum ipſa voluis, quorum exitus ſępenumero miſerabiles cernuntur. Splendidis coniugijs inijcis manus, at hęc vt aliquādo illuſtrant, ita nonnunquam funditus domos euertunt. Deſine igitur ſtulta futuris malorū tuorū cauſis quaſi feliciſſimis rebus inhiare, teque totā cęleſtiū arbitrio permitte: quia qui tribuere bona ex facili ſolēt, etiam eligere aptiſſime poſſunt. Iuuenalis ſatyra decima:

Sed plures nimia congeſta pecunia cura
Strangulat, & cuncta exuperans patrimonia cenſus,
Quanto delphinis balena britannica maior.

Cum peſſimus quiſque] Ordo eſt: Cum peſſimus quiſque auidus magis ęris alieni .i. alienę pecunię putat ſe ſolū digniſſimum, qui habeat quicquid auri gemmarumque eſt vſquam. Contum] haſtam. Contus, ſudes, ſiue haſta longior duriorque, ad percutiendum apta. Vergilius: Contus.

Aſſueti longo muros defendere conto.

Accipitur & pro pertica ferrum in capite habenti, qua

nautę vtuntur ad loca nauibus opportuna exploranda. Idem:

Ipſe ratem conto ſubito.

Prouerbiū Pertimeſcis ] valde times. Prouerbialiter δειλὸς πλοῦτος dicitur, hoc eſt, timidę diuitię. Nam in omni negocio formidoloſior eſt diues, quam pauper. Cautius munit ędes furum metu. Metuit tempeſtates propter frumenta, quę habet in agris: propter merces, quas habet in mari. Metuit amicos, ne quid rogantibus donare cogatur: Metuit inimicos ne quid noceant. Timidius cõuiuiatur metu mulctę. Omnia circunſpectius & facit et dicit metu calumnię, quę potiſſimum diuitibus ſtrui ſolet: quippe quibus eſt, quod auferri poſſit. Si bellum immineat, diues in primis diſcruciatur. Denique nec ſuperſtitione vacat, ne quod numen parum amicum damnum immittat. Hęc doctiſſimus vir Eraſmus in prouerbiorū chiliade prima. Uacuus viator. ] Totus hic locus ex Iuuenale ſumptus eſt, cuius hi ſunt verſus:

Pauca licet portes argenti vaſcula puri,
Nocte iter ingreſſus, gladium contumque timebis,
Et motæ ad lunam trepidabis arundinis umbram.
Cantabit vacuus coram latrone viator

O pręclara ] Ironia eſt. Irridet enim opes caducas, & curarum molem ſecum trahentes, iuxta illud:

Creſcentem ſequitur cura pecuniam.
Maiorumque fames.

## ¶Metrum quintum libri II.

FElix nimium prior ætas,
Contenta fidelibus aruis,
Nec inerti perdita luxu,
Facili quæ ſera ſolebat
Ieiunia ſoluere glande:
Nec bacchica munera norat
Liquido confundere melle,
Nec lucida uellera Serum

Tyrio miſcere ueneno.
Somnos dabat herba ſalubres,
Potum quoq; lubricus amnis,
Vmbras altiſſima pinus.
Nondum maris alta ſecabat,
Nec mercibus undiq; lectis,
Noua littora uiderat hoſpes.
Tunc claſſica ſæua tacebant,
Odijs neq; fuſus acerbis
Cruor horrida tinxerat arma.
Quid enim furor hoſticus ulla
Vellet prior arma mouere,
Cum uulnera ſæua uideret,
Nec præmia ſanguinis ulla?
Vtinam modo noſtra redirent
In mores tempora priſcos.
Sed ſæuior ignibus Aetnæ
Feruens amor ardet habendi.
Heu primus quis fuit ille,
Auri qui pondera tecti
Gemmasq; latere uolentes,
Precioſa pericula fodit?

¶ Carmen eſt monocolon.anapeſticum, partheniacū, dimetrum, catalecticum. In prima ꝛ ſecunda regione anapeſtum,recipit ꝛ ſpondeum, in tertia ſolū anapeſtū, poſtea ſupereſt ſyllaba.Simile eſt illi.

Adytum Veneris fuge virgo.

Laudat autem mores etatis prime, quā poete ob morū

preſtantiā ꝛ virtutes, auream vocauerunt, idq́ꝫ in auaritie mortalium deteſtationem, que nunq́ꝫ ſatiari poteſt. Prior] prima, de qua legat in primo metamorphoſeos, Maro in georgicis, ꝛ Tibullus. Aetas] ſubaudiendū fuit. Fidelibus aruis] que depoſitum ſemen fideliter ꝛ cum fœnore reddunt. Facili] parabili. Sera] diuturna ꝛ in veſperā durantia. Soluere.] frangere. Glande] Nam ante frumenti inuentionem mortales glandibus veſcebantur. vnde Ouidius:

> Contentiq́ꝫ cibis nullo cogente creatis,
> Arbuteos fœtus, montanaq́ꝫ fraga legebant,
> Cornaq́ꝫ, & in duris hærentia mora rubetis,
> Et quæ deciderant patula Iouis arbore glandes.

Bacchica munera] vina. Norat] nouerat, ſciebat perita erat. Confundere.] miſcere. Melle] Ex vino et melle cōficitur potionis genus, quod latine dicitur mulſum, grece μελίκρατον. Lucida.] candida. Serum] Hi populi ſunt Aſię Scythicę, de quibus in georgicis poeta:

Mulſum. Seres. Ser.

> Velleraq́ꝫ vt folijs depectant tenuia Seres.

Solinus: Seres aquarū aſpergine inundatis frondibus, vellera arborum adminiculo depectunt liquoris, ꝛ lanuginis teneram ſublimitatē humore domant ad obſequium. Hoc illud eſt Sericum, in vſum publicum damno ſeueritatis admiſſum, ꝛ quo oſtentare potius corpora q́ꝫ veſtire, primo fœminis, nunc etiam viris perſuaſit luxurię libido. Seres ipſi quidem mites et inter ſe quietiſſimi, alios reliquorum mortalium cœtus refugiunt adeo, vt cęterarum gentium cōmercia abnuant. Primū eorum fluuium mercatores ipſi tranſeunt. in cuius ripis nullo interpretis lingue commercio, ſed depoſitarum rerum precia oculis ęſtimantes, ſua tradunt, noſtra non emunt. Hactenus ille. Singularis huius dictiōis nominatiuus eſt, Ser. Sidonius:

> Aſſyrius gemmas, Ser vellera, tura Sabęus.

Auſonius:

Iam pelago volitat mercator veſtifluus Ser.

Uermiculus et ipſe(vt autor eſt Pauſanias)Ser appellatur. Tyrio veneno] purpura, purpureo liquore. Tyrus, vrbs eſt Phœniciæ, vbi optima eſt purpura. Uenenum pro colore ponitur, eo quod veſtem ita percurrat, vt venenum corpus. Nam latini id venenum vocant, quod greci pharmacon. Uergilius:

Alba nec aſſyrio fucatur lana veneno.

Somnos ſalubres] ſalutem conſeruantes. Alludit autẽ ad medicinales herbas. Poteſt & ſalubris legi. Maro:

Mollesq; ſub arbore ſomni.

Lubricus] fluens, mobilis. Alta] profunda. Tibullus:

Nondum cæruleas pinus contempſerat vndas,

Effuſum ventis præbueratq; ſinum:

Nec uagus ignotis repetens compendia terris,

Preſſerat externa nauita merce ratem.

Undiq;] omni ex parte. Lectis.] collectis. Nous littora viderat hoſpes.] Ouidius:

Nulla'que mortales præter ſua littora norant.

Tunc] in aurea ętate. Claſſica ſęua.] tubę quib⁹ ſęui milites in prœlium excitantur. Tacebant] non reſonabant. Claſſicum, autore Seruio, tam tubam ipſam, q̃ ei⁹ ſonitum ſignificat. Maro: Claſſicum.

Nec dum etiam audierant inflari claſſica, nec dum

Impoſitos duris crepitare incudibus enſes.

Horrida] terribilia, horrorem incutientia. Tibullus:

Non acies, non ira fuit, non bella, nec enſes,

Immiti ſęuus duxerat arte faber.

Quid enim] cur, propter quid. Utinam] Optat anti-

quos mores, & priſcam illam mortalibus vitę integritatem reddi. Aetnę] montis Sicilię ppetuo ardentis incendio de quo Uergilius & Claudianus multa. Amor habendi] auaritia. Ouidius:

Aetna.

Et amor ſceleratus habendi.

Heu pri. q. f. i.] execratur auri inuētorem, ſicut Tibullus armorum:

Quis fuit horrendos primus qui protulit enſes?
Quàm ferus, & vere ferreus ille fuit.

Aurum.

Auri tecti.] in terrę cauernis delitescentis, quod non niſi maximis laboribus eruitur. De cuius inuentione, ſi placet, vide Lucretium. Ouidius:

Eruimus terra ſolidum pro frugibus aurum.
Poſſidet inuentas ſanguine miles opes. Plautus
Odi ego aurum: multa multis ſæpe ſuaſit perperam.

Tibullus:

Sæpe ſolent auro multa ſubeſſe mala. Propertius
Aurum omnes, victa iam pietate, colunt:
Auro pulſa fides, auro venalia iura,
Aurum lex ſequitur, mox ſine lege pudor.

Phocylides interprete Aldo Manutio: Auaritia mater malitię vniuerſę. Aurum ſemper dolus eſt, & argentum hominibus: O aurum malorum princeps, vitiperda, omnia minuens. Utinam non mortalibus eſſes nocumentum amabile. Tua enim cauſa, pugnęq́, prędęq́, cędesq́. Inimici vero filij parentibus, fratresq́ germanis. Diodorus Siculus libro ſexto de inſulis Balearibus hęc memorię prodidit: Aureo nummo aut argento non vtuntur, quę afferri ad inſulam prohibent cauſam afferētes, Geryonem Chryſauri filium auro atq́ argento opulentiſſimum, quondam ab Hercule bello expugnatum. Exiſtimant enim eo pacto, cum auro atq́ argento careāt, ſeſe facile omnes vitę inſidias euaſuros, vt Solinus autor eſt, a Suſis Barbite oppidum cētum triginta quinq́ millibus paſſuum diſtat, in quo mortales vniuerſi odio auri coemunt hoc genus metalli, & abiiciunt in terrarū profunda, ne polluti vſu eius auaritia corrumpant ęquitatem. Silius Italicus libro primo:

Sed ſcelerum cauſas operis deus, abdit auarus

Viſceribus laceræ telluris mergitur imis,
Et redit infelix effoſſo concolor auro.

Plinius libro naturalis hiſtorię.xxxiij cap. .i. Utinã𝑞 poſſet e vita in totum abdicari aurum ſacra fames, vt celeberrimi autores dixere, proſc iſſum conuitijs ab optimis quibuſq; et ad perniciem vitę repertum. Latere volentes] in terrę cauernis reconditas, in cuius (teſte Plinio) viſcera imus, & in ſede manium opes quęrimus. Precioſa pericula.] per appoſitionem. ſuperiorib⁹ hoc addit. id eſt. res𝑞dē precioſas, ſed periculoꝝ cauſas, ob quas plurimi quidem mortales ſępe periclitanť. Ouid.

Sed itum eſt in uiſcera terræ,
Quasq; recondiderat, Stigijsq; admouerat umbris.
Effodiuntur opes irritamenta malorum.

Plinius libro ſecundo. cap. lxv. Penetramus in viſcera, auri argētiq; venas, & ęris ac plumbi metalla fodiētes: Gemmas etiam. & quo dam paruulos querim⁹ lapides, ſcrobibus in profundum actis, viſcera terre extrahim⁹, vt digito geſtetur gemma, quam petimus. Quot manus atteruntur, v vnus niteat articulus?

## ¶Proſa ſexta libri .II.

QVid autem de dignitatibus, potētiaq; diſſeram, quas uos dignitatis ac poteſtatis inſcij, cęlo exęquatis? que ſi in improbiſſimum quenq; ceciderint, quæ incendia flammis Aetnæ eructātibus, quod diluuiū tantas ſtrages dederit? Certe (uti meminiſſe te arbitror) cōſulare imperiū (quod libertatis principium fuerat) ob ſuperbiam conſulum ueſtri ueteres abolere cupierunt, qui ob eandem ſuperbiam prius regium de ciuitate nomen abſtulerant. At ſi quando (quod perra-

rarum eſt) probis honores deferantur, quid in eis aliud, quàm probitas utentium placet? Ita fit, ut non uirtutibus ex dignitate, ſed ex uirtute dignitatibus honor accedat. Quæ uero eſt iſta ueſtra expetibilis ac præclara potentia? Nonne o terrena animalia cõſideratis, qbus præſidere uideamini? Nam ſi inter mures uideres unum aliquem ius ſibi ac poteſtatẽ præ cæteris uendicantem, quanto moucreris cachinno? Quid uero ſi corpus ſpectes, imbecillius homine reperire queas, quos ſæpe muſcularũ quoq; uel morſus, uel in ſecreta quæq; reptantium necat introitus? Quo uero quiſq; ius aliquod in quempiam, niſi in ſolum corpus, & quod eſt infra corpus (fortunam loquor) poſſit exercere? Num libero unquam imperabis animo? Num mentem firma ſibi ratione cohærentem, de ſtatu propriæ quietis amouebis? Cum liberum quendam uirum ſupplicijs ſe quidam tyrannus adacturum putaret, ut aduerſum ſe factæ coniurationis cõſcios proderet, linguã ille momordit, atq; abſcidit, & in os ſęuiẽtis tyrãni abiecit. Ita cruciatus, q̃s putabat tyrãnus materiã crudelitatis, uir ſapiẽs fecit eẽ uirtutis

¶Ut hactenus docuit diuitias non eſſe homini expetendas, ita nunc pulcherrimis veriſſimiſq; argumentis

oſtendit dignitates & potẽtiam nihil habere, quod vel expetendum ſit, vel veram beatitudinẽ conferre poſſit.

Inſcii] ignari. Cęlo exęquatis] ſummis rebus cõparatis, ęqualesq́ iudicatis. Quę incendia] quaſi dicat nulla. Eructantibus] erumpentibus. Strages] calamitates, deuaſtationes. Dederit.] intulerit. Uti] quemadmodum. Conſulare imperiũ] Oſtendit dignitatibus huius ſeculi nullam ineſſe conſtantiam, cum rei romanę ſtatus ſępe ſit immutatus. Primum enim Roma ſub regibus fuit, quorũ ſeptimus Tarquinius, cui cognomen Superbo ex moribus datum, regno exactus eſt, vbi ad eius ſuperbiam liberorũ libido acceſſiſſet, quorũ cum alter ornatiſſimę fœminę Lucretię ſtuprum intuliſſet, Populus Romanus Bruto Collatinoq́ ducibus & autoribus, rege repente deſtituto, imperium in eoſdem libertatis ſuę vindices tranſtulit, conſulesq́ appellauit pro regibus, vt conſulere ciuibus ſuis debere meminiſſent. Poſtea tamen & conſulare imperium cupiuit abolere, et nunc dictatori, nũc decẽuiris, cõſulatu prorſus ſublato, nũc tribunis plebis pmiſit principatũ. Quod prarum eſt] parentheſis eſt. Ualde rarũ eſt, pbis honores deferri. Ut enim apud Saluſtiũ in Catilinario eſt, Inter bonos & malos diſcrimẽ nullũ ẽ, omnia virtutꝫ pmia ambitio poſſidet. Quę vero eſt iſta veſtra] Irridet mortalium potẽtiã, vt irritã & imbecillẽ. Inter mures] Alludere vr der ad Homericũ poema, cui titulꝰ Batrachomyomachia, q̃ deſcribit ille ranarũ & muriũ pugnã, et horũ regẽ Troxartẽ facit. Quãto] maxio. Imbecillꝰ hoie] Prouerbialiter dr̃ homo fictilis i. mollis, imbecillis, fragilis. Ductum eſt a vaſis teſtaceis, quę facile comminuuntur. Homerus: Conſules. Adagium.

Nil homine enutrit tellus infirmius alma.

Homiue q̃s] notãda hęc locutio, diſcordãt eñ numero antecedens & relatiuum Sic ſupra in proſa huius libri quinta: An vis congeſtę pecunię, ſingulariter protulit. Deinde ſubiunxit pluraliter, Atqui hę nitent. Sic & Catullus, vt alios nunc ſileam,

Tum iam nulla uiro iuranti fœmina credat,
Nulla uiri ſperet ſermones eſſe fideles
Qui, dum aliquid cupiens animus prægeſtit apiſci,

Nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt.

Quo vero quiſquam] Oſtendit tyrannis nihil iuris eſſe in animi libertatem, nec eos vltra quam in corpus ſęuire poſſe, idq́ cuiuſdam philoſophi exemplo memorabili cõprobat. Quo.] qua re, quo modo, quo inſtrumento. Imperabis] aliquis imperabit. Liberum quendam virum] Anaxarchum ſignificare videtur, qui Abderites genere, profeſſione philoſophus, inimicum habuit Nicocreontem Cypri tyrãnum. Cum enim illum Alexander Magnus aliquando in conuiuio rogaſſet, quidnam de cœna illa ſentiret dixiſſe fertur: Cuncta permagnifice o rex, verum oportebat iam caput ſatrapę cuiuſdam apponi, Nicocreontem intuens. Hoc ille audito indignatus, poſt mortem regis cum naui ferretur Anaxarchus, inuitusq́ applicuiſſet Cyprum, comprehẽſum eum in ſaxum concauum coniecit, iuſſitq́ ferreis malleis cędi. Illum pœnę ſuę negligentem, celebre id dictum ingeminaſſe aiunt: Tunde, tunde Anaxarchi vaſculum, nam Anaxarchum nihil teris. Iubẽte vero illo ipſius pręcidi linguã, fama eſt pręciſam mordicus in eius faciem conſpuiſſe. Rectius tamen hoc ad Zenonẽ Eleatem (de quo dictũ eſt abunde in primo cõmentario) refertur eo quod coniurationis hic fit mentio, quę ad Anaxarchum nõ pertinet. Euſebius quoq́ libro de pręparatione euãgelica .x. hęc tradit: Zenon Eleata, quem aiunt cum tyrannidem deponere conaretur, linguam ſuam a tyranno, vt conſcios diceret, torqueret, dẽtibus abſciſſam, in faciẽ eius ſpuiſſe.

Anaxarchus.

Zeno Eleates.

Quid autem eſt, quod in alium quiſquã poſſit facere, quod ſuſtinere ab alio ipſe non poſſit? Buſiridem accepimus necare hoſpites ſolitum, ab Hercule hoſpite fuiſſe mactatum. Regulus plures Pœnorũ bello captos, in uincula coniecerat, ſed mox ipſe uictorum catenis manus præbuit. Vllam ne igitur eius hominis potentiam putas, qui quod ipſe in aliũ põt, ne id in ſe alter ualeat, efficere nõ poſſit?

Ad hæc, ſi ipſis dignitatibus ac poteſtatibus ineſſet aliqd naturalis ac proprij boni, nun.q̄ pꝫ peſſimis prouenirent. Neqꝫ enim ſibi ſolent aduerſa ſociari. Natura reſpuit, ut contraria quæqꝫ iungantur. Ita cum peſſimos plerunqꝫ dignitatibus fungi dubium non ſit, illud etiã liquet, natura ſui bona non eſſe, quæ ſe peſſimis hærere patiant̃. Quod qdem de cunctis fortunæ muneribus dignius exiſtimari põt, quæ ad improbiſſimum quenqꝫ huberiora proueniunt. De quibus etiam illud conſiderandum puto, quod nemo dubitat eſſe fortẽ, cui fortitudinem ineſſe conſpexerit. Et cuicunqꝫ uelocitas adeſt, manifeſtum eſt eſſe uelocem. Sic muſica quidẽ muſicos, medicina medicos, rhetorica rhetores facit. Agit enim cuiuſqꝫ rei natura, quod proprium eſt, nec cõtrariarum rerũ miſcetur effectibus, ſed ultro quæ ſunt aduerſa, depellit. Atqui nec opes inexpletam extinguere auaritiam queunt. Nec poteſtas ſui compotem facit, quem uitioſæ libidines inſolubilibus aſtrictum retinent catenis. Et collata improbis dignitas, non modo non efficit dignos, ſed prodit potius, & oſtentat indignos. Cur ita prouenit? Gaudetis enim ſeſe res aliter habentes falſis compellare nominibus, quæ facile rerum ipſarum

redarguuntur effectu. Itaqꝫ nec illæ diuitiæ, nec illa potentia, nec hæc dignitas iure appellari poteſt. Poſtremo idem de tota fortuna concludere licet, in qua nihil expetendum, nihil natiuæ bonitatis ineſſe manifeſtum eſt: quæ nec ſe bonis ſemper adiungit, & bonos quibus fuerit adiuncta, non efficit.

¶ Argumentatur perexiguã eſſe mortalium potẽtiã, eo q̃d vim quã aliis inferunt, ne ſibi q̃ꝗ inuicẽ ab alijs inferatur, prohibere non poſſunt. Ab alio] Uetus apud Senecam ſententia eſt: Ab altero expectes, alteri quod
Buſiris. feceris. Buſiridem] Buſiris rex fuit Aegypti, q̃ quum ſuſceptos hoſpites immolaret, ab Hercule interemptus eſt, quum etiam eum voluiſſet occidere. Uergilius:

Quis aut Euriſthea durum,
Aut illaudati neſcit Buſiridis aras?

Regulus. Regulus] Marcus Attilius Regulus conſul fuſis Salẽtinis triumphauit, primuſqꝫ romanorũ ducum in Africam claſſem traiecit, quaſſatas de Amilcare naues longas tres ⁊ ſexaginta accepit. Oppida ducenta, ⁊ hominum ducenta millia cepit. Abſente eo, coniugi eius ⁊ liberis ob paupertatem ſumptus publice datus. Mox arte Xantippi Lacedemonii mercenarii militis captus, in carcerem miſſus. legatus de permutandis captiuis Romam miſſus, dato iureiurãdo, vt ſi non impetraſſet, ita demum rediret, in ſenatu conditionem diſſuaſit, ejectis a ſe coniuge ⁊ liberis, Carthaginem regreſſus. vbi in arcam ligneam coniectus, clauis introrſum adactis, vigiliis ac dolore punitus eſt. Ad hec] preterea. Probat alia ratione nihil naturalis ac proprii boni dignitatibus ac poteſtatibus ineſſe, eo quod plerunque peſſimis proueniant. Natura reſpuit] id eſt, non admittit, vt contraria queque iungantur. Diuus Cyprianus aduerſus Nouatianum: Coherere et coniungi non poteſt amaritudo cum dulcedine, caligo cum lumine. pluuia cum ſerenitate, pugna cum pace, cum foecunditate ſte

rilitas, cum fontibus ſiccitas, cum tranquillitate tempeſtas. Franciſcus Philelphus in ſatyris:

Tenebras lux reſpuit omnes,
Nec patitur ſecum uitium coaleſcere uirtus,
Stultitiam ſemper ratio aſpernatur, eodem
Nunq̃ ſtare loco pariter contraria poſſunt.

Quod quidem de cunctis] Oſtendit fortunę munera nulla recte dici bona, cum plerunq; malis adhęreant, nec poſſint eos bonos efficere, quibus fuerint adiuncta. Redolet autem hoc, ut alia Boethii permulta, Platonis doctrinam, apud quem Socrates in Gorgia ſic ait: Eſt autem voluptas, qua pręſente gaudemus: bonum vero, quo pręſente boni ſumus. Prorſus boni vero ſum⁹ et nos, et quecunq; alia bona ſunt, ob virtutem quandam quę adſit.

## ¶Metrum ſextum libri .II.

NOuimus quantas dederit ruinas,
Vrbe flammata, patribusq; cæſis,
Fratre qui quondam ferus interempto,
Matris effuſo maduit cruore,
Corpus & uiſu gelidum pererrans,
Ora non tinxit lachrymis, ſed eſſe
Cenſor extincti potuit decoris.
Hic tamen ſceptro populos regebat,
Quos uidet condens radios ſub undas
Phœbus, extremo ueniens ab ortu,
Quos premunt ſeptem gelidi triones,
Quos notus ſicco uiolentus æſtu
Torret, ardentes recoquens arenas.

Celſa num tandem ualuit poteſtas
Vertere praui rabiem Neronis?
Heu grauem ſortem, quoties iniquus
Additur ſæuo gladius ueneno.

¶ Carmen eſt ſapphicum, quo philoſophia Neronis exemplo docet, dignitates ⁊ potẽtiã malis q̄bus adiunctę fuerint, mores nõ ſolũ nõ corrigere ſed plus truculẽtię ⁊ turpitudinis adferre. Nouimus] ſcimus. Dederit] intulerit hominibus. Ruinas] ſtrages. Deſignat autem his verſib⁹ Neronem omniũ mortaliũ longe crudeliſſimũ.

Nero. Hic nat⁹ eſt patre Domitio Aenobarbo, matre Agrippina Germanici filia: quę cum poſtea Claudio Cęſari nupſiſſet, ab hoc Nero adoptatus eſt. Nero fuit olim nomẽ laudis, q̃d oſtẽdit in Tiberio Suetonius his verbis: Inter cognomina autem ⁊ Neronis aſſumpſit, quo ſignificat̃ lingua Sabina fortis ac ſtrenuus. Nunc autem ſummę crudelitatis nomen eſt Nero, q̃ rabie ita efferatus eſt vt plurimam ſenatus partem interfecerit, equeſtrem ordinem pene deſtituerit. ſed ne parricidijs quidem abſtinuit, matrem fratrem, ſororem, vxorem, cęteroſq; cognatos ⁊ propinquos ſine heſitatione proſtrauit. Auxit hanc molem facinorum eius temeritas impietatis in deũ. Nam primus Romę Chriſtianos ſupplicijs ⁊ mortibus affecit ac per omnes prouincias pari perſecutione excruciari imperauit, ipſumq; nomen extirpare conatus, beatiſſimos Chriſti apoſtolos Petrum cruce, Paulum gladio occidit. Urbe flammata] incendio cõſumpta Nero (vt ſcribit Tranquillus) quaſi offenſus deformitate veterum ędificiorum ⁊ anguſtijs flexuriſq; vicorum, palam incẽdit vrbem. Per ſex dies ſeptemq; noctes ea clade ſęuitum eſt, ad monumẽtorum buſtorumq; diuerſoria plebe compulſa. Tunc pręter immenſum numerum inſularum, domus priſcorum ducũ arſerunt hoſtilibus adhuc ſpolijs exornatę, deorũq; ędes ab regib⁹ ac deinde punicis et gallicis bellis votę dedicatęq;, et q̃cq̃d viſendũ atq; memorabile ex antiquitate durauerat. Hoc incendium e turre Mœcenatica proſpectans, lętusque flammę (vt aiebat) pulchritudine, halosin Ilij decantauit in illo ſcenico habitu. Eutropius et

Euſebius tradunt Neronem incendiſſe vrbem Romam. vt ſpectaculi eius imaginē cerneret qualis olim Troia capta arſerat. Patribuſq; cęſis] ſenatoribus occiſis. Multos enim ex ſenatoribus occidit, aperte etiam ſignificans, ne reliquis quidem ſe parſurum eumq; ordinem ſublaturum quandoq; e republica, ac prouincias ꝛ exercitus equiti Romano ac libertis permiſſurum. Fratre] Britannico Claudij ꝛ Meſſalinę filio. Fratre igitur per adoptionem, nam a Claudio (vt diximus) Nero adoptatus fuit, nō naturali. Interempto] veneno ſublato. de quo lege Suetonium. Matris] Nero matrem Agrippinam, eo quod trux ꝛ minax eſſet, ꝛ dicta factaq; eius exquireret acerbius ac corrigeret, varie interficere tentauit. primum veneno: ſed cum antidotis ſentiret pręmunitam, lacunaria quę noctu ſuper dormiētem laxata machina deciderent, parauit. Hoc conſilio per conſcios parum celato ſolutilem nauem cuius vel naufragio vel camerę ruina periret, cōmentus eſt. Atq; ita recōciliatione ſimulata, iucundiſſimis literis Baias euocauit, ad ſolennia quinquatrium ſimul celebrāda, paratoq; negocio trierarchis, qui liburnicam, qua aduecta erat, velut fortuito concurſu confringerēt, protraxit conuiuiū. repetē tiq; Baulos, in locū corrupti nauigij machinoſum illud obtulit: vnde cum enataſſet mater, impiiſſimus filius eam miſſis militibus occidi iuſſit. Quo nefando facinore non contentum quidam autores ſcribunt ad viſendū interfectę cadauer accurriſſe, contrectaſſe membra, alia vituperaſſe, laudaſſe alia, ſitiq; interim oborta bibiſſe. Latius hęc a Tranquillo ꝛ Cornelio Tacito perſcripta ſunt. Non tinxit] nō rigauit. Cenſor] arbiter, iudex. Decoris] decori corporis. Extincti] mortui. Condēs radios] occidens. ſignificat autem totius orbis terrarū gentes per quatuor eius plagas. Phœbus] ſol. Triones] Priſca lingua triōnes boues dicebantur aratorij. Septem aūt ſtellę ita in ea parte cęli ſunt collocatę, vt plauſtrum cum bōbus effingere videātur, quę ꝛ ſeptentriones vocantur, ꝛ illi regioni ſeptentrioni nomen impoſuerunt. Ouidius libro primo Metamorph. Triones

*Scythiam, ſeptemq; triones*
*Horrifer inuaſit boreas.*

Notus] auſter. Sicco ęſtu] calore. Sciēdum eſt teſte

Macrobio, quod auſter ita in origine ſua gelidus eſt, vt apud nos ſeptentrio, ſed quia per flammam torridę zonę ad nos commeat, admixtus igni caleſcit, ⁊ qui incipit frigidus, calidus peruenit. Num] nunquid. Celſa poteſtas] egregia potentia. Uertere] mutare. Hoc verbū producit hic vltimam poſitione ob duas conſonantes in ſubſequentis dictionis initio poſitas, tametſi negent id fieri ſcioli grammatiſtę, qui nec Iuuenalem, nec Prudētium, nec hunc autorem vnquā diligenter euoluerunt. Rabiem] efferatam truculentiam Heu g.ſ.] Pulchra exclamatio, nec minus vera Heu aſperam, inquit, ⁊ intolerabilem conditionem, quando iniquus gladius, id eſt, iniuſta potentia, ⁊ iniquum imperium additur ſęuo veneno, id eſt, immani ⁊ truculento ingenio, moribusq; corruptiſſimis. Seneca: Fulmen eſt, vbi cum poteſtate iracundia habitat. Ariſtoteles in primo politicorū: Ut enī perfectione ſuſcepta, optimum cūctorum animalium eſt homo, ita ſi alienus fiat a lege ⁊ a iudicijs, peſſimum eſt omnium animalium. Sęuiſſima eſt enim iniuſtitia habēs arma. Lactantius libro de iuſtitia capite xi. Quis Caucaſus, quę India, quę Hyrcania tam immanes tam ſanguinarias beſtias vnq̄ aluit ꝗ quoniā ferarum omnium rabies vſq; ad ventris ſatietatē furit, fameq; ſedata, ꝓtinus conquieſcit. Illa enī vera beſtia, cuius vna iuſſione

Funditur ater vbiq; cruor, crudelis vbiq;
Luctus, vbique pauor, & plurima mortis imago.

Nemo huius tantę beluę immanitatem poteſt pro merito deſcribere, qui vno loco recubans, tamen per totum orbem dentibus ferreis ſęuit, ⁊ non tātum artus hominum diſſipat, ſed ⁊ oſſa ipſa comminuit, ⁊ in cineres fundit, ne quis extet ſepulturę locus. Baptiſta Mantuanus in ſecunda Parthenice:

Nulla ſub indigno virtus eſt principe tuta,
Nulla ſub inceſto caſtis eſt gloria rege.

## ❡Proſa ſeptima libri ſecundi.

TUm ego: Scis, inquam, ipſa minimum nobis ambitionem mortalium rerum

fuiſſe dominatam, ſed materiam gerendis rebus optauimus, quo ne uirtus tacita conſeneſceret. At illa: Atqui hoc unũ eſt, quod præſtantes quidem natura mentes, ſed nondum ad extremam manum uirtutum perfectione perductas allicere poſſit, gloriæ ſcilicet cupido, & optimorum in rempublicam fama meritorum. Quæ q̃ ſit exilis & totius ponderis uacua, ſic conſidera: Omnem terræ ambitũ (ſicuti aſtrologicis demõſtrationibus accepiſti) ad cæli ſpatium puncti conſtat obtinere rationem: id eſt, ut ſi ad cæleſtis globi magnitudinem conferat̃, nihil ſpatij prorſus habere iudicetur. Huius igitur tam exiguæ in mundo regionis quarta ferè portio eſt (ſicut Ptolemæo probante didiciſti) quæ a nobis cognitis animãtibus incolat̃. Huic quartæ, ſi quantum maria paludesq́; premunt, quantũq́; ſiti uaſta regio diſtendit̃, cogitatiõe ſubtraxeris, uix anguſtiſſima inhabitandi hoĩbus area relinquet̃. In hoc minimo igit̃ pũcti quodã puncto circũſepti atq; cõcluſi, de peruulgãda fama, de ꝓferendo noĩe cogitatis? At q̃d habet amplũ magnificũq́; gloria tã anguſtis exiguisq́; limitibus arctata? Adde ꝙ hoc ipſum breuis habitaculi ſeptũ plures incolũt nationes, lingua, moribus, totius uitæ ratione diſtãtes,

ad quas tum difficultate itinerũ, tum loquendi diuerſitate, tum commercij inſolentia, nõ modo fama hominum ſingulorum, ſed ne urbium quidẽ peruenire queat. Aetate denique Marci Tullij (ſicut ipſe quodam loco ſignificat) nondum Caucaſum montem Romanæ reipublicæ fama tranſcenderat, & erat tunc adulta, Parthis etiam, cæteriſque id locorum gentibus formidoloſa. Vides ne igitur quàm ſit anguſta, q̃ compreſſa gloria, quam dilatare ac ꝓpagare laboratis? An ubi Romani nominis tranſire fama nequit, Romani hominis gloria progredietur? Quid quod diuerſarũ gentium mores inter ſe, atque inſtituta diſcordãt, ut quod apud alios laude, apud alios ſupplicio dignum iudicetur? Quo fit, ut ſi quem famæ prædicatio delectet, huic in plurimos populos nomen proferre, nullo modo cõducat. Erit igitur peruagata inter ſuos gloria quiſque contentus, & intra unius gentis terminos præclara illa famæ immortalitas coartabitur. Sed quàm multos clariſſimos ſuis temporibus uiros, ſcriptorum inops deleuit obliuio? Quanq̃ quid ipſa ſcripta proficiunt, quæ cum ſuis autoribus premit longior atque obſcura uetuſtas?

Diſputatum eſt hactenus, neque in diuitijs, neque in digni-

tatibus & potentia veram felicitatem conſiſtere: nunc ꝙ inanis & irrita ſit gloria, quam pleriꝗ omnes ſummopere ſectātur, pulcherrimis veriſſimisꝗ rationibus demonſtrat. Quo autem conuenientius ad id perueniat, Boethius ipſe interloquitur fateturꝗ ſeſe nō tam mortalium rerum ambitione captū fuiſſe, ꝙ famę propagandę, comparandęꝗ glorię cupiditate inflāmatum. Tū] ordinis aduerbium eſt. Minimum] Differunt minimū & minime. Minimum enim quantitatis aduerbiū eſt, Minime vero negādi. Ambitionem] cupiditatem. Gerendis] adminiſtrandis. Quo ne] vt non. Horatius in Sermonibus: Tum Minimum Minime

Quo ne per vacuum Romano incurreret hoſtis.

Tacita] ignota. Claudianus:

Maior & vtilior facto coniuncta potenti,

Vile latens virtus: quid enim ſubmerſa tenebris

Proderit obſcuro, veluti ſine remige puppis,

Vel lyra quæ reticet, vel qui non tenditur arcus?

Ad extremam manum] ad abſolutum finem. Extremā manum imponere, ſignificat rem oībus eius partibus abſoluere. metaphora ab artificibus tranſlata: qui primū rude quoddam operis ſimulacrum effingunt, atꝗ hanc primam appellant manum, deinde formant expreſſius, poſtremo ſumma cura expoliunt, atꝗ hanc extremam, ſupremam, ſeu ſummam manum vocāt. Glorię ſcilicet cupido] M. Tullius pro Archia: Trahimur omnes laudis ſtudio, & optimus quiſꝗ maxime gloria ducitur. Ipſi illi philoſophi etiam in illis libellis, quos de contemnenda gloria ſcribunt, nomen ſuum inſcribunt. in eo ipſo in quo prędicationem nobilitatemꝗ deſpiciunt, prędicari de ſe ac nominari volunt. Idem in eadem: Nullā enim virtus aliam mercedem laborum, periculorumꝗ deſiderat pręter hanc laudis & glorię: qua quidem detracta, iudices, quid eſt quod in hoc tam exiguo vitę curriculo & tam breui tantis nos laboribus exerceamus? Loquitur autem Cicero nimis impie, vt homo verę religionis expers & ſapientię, cui ſpes ęternę vitę, contemptusꝗ inanis glorię non eſſet. Omnem terrę ambitum] Ex ſumma totius mortalium habitationis anguſtia, ꝙ ſit exilis famę diuulgatio, ꝗꝗ irritus proferendi nominis cona- Prouerbiū Ciceronis error

tus,ſane q̄ȝ euidēter oſtendit. Sicuti a.d.a.] Parentheſis eſt. Aſtrologi reſpectu firmamēti terrā puncti vicem habere ſic demonſtrant. Ubicunq̄ȝ enim exiſtentibus nobis in terrę ſuperficie, ⁊ conſiderātibus ſtellas diuerſis in locis, non videntur magnitudines, neq̄ȝ earum inter ſe diſtantię variari. Unde ⁊ eas ęqualiter a terra remotas haberi comprobatur, ſenſu id ęſtimante. Terra igit̄ cētrum eſt ſphęrę, ſicq̄ȝ puncti ſortietur officium. Idem accidet terrę ad ſolis ſphęram comparatę, quod ⁊ alijs comperitur indicijs. Nam corpora in centris inſtrumentorum circularium poſita, vmbras proijciunt, easq̄ȝ lōge motas, qua ⁊ ſol ipſe radians motu primo circumfertur. Ex regularitate itaq̄ȝ motus vmbrę, quam ſenſu deprehendimus, elicitur ſolem circa centrum inſtrumentorum regulariter moueri: ideoq̄ȝ centra huiuſmodi inſtrumentorum centri mundi, circa quod motus primus, regulariter vicē obtinere. Cum itaq̄ȝ terrę craſſitudo nihil in his rebus immittat varietatis, verum propoſitum videtur. Pręterea horizon oculo in ſe exiſtenti dimidium cęli occultat, dimidiumq̄ȝ videri ſinit. Quod profecto nulli ſuperficiei planę, niſi per centrum ſphęrę tranſeunti proprium eſt. Secus autem eueniret, ſi qua eſſet terrę reſpectu cęli magnitudo. M. Tullius queſtionum Tuſculanarum libro primo: Perſuadent enim mathematici terrā in medio mundo ſitam ad vniuerſi cęli complexum, quaſi puncti inſtar obtinere, quod centron illi vocāt. Seneca: Punctum eſt, ⁊ adhuc puncto minus, quod incolimus.
Punctum Lege Plinium libro 2. naturalis hiſtorię ca 70 cuius titulus eſt quę portio terrę habitetur. Puncti] Macrobius in ſomnium Scipionis hęc tradidit: Punctum dixerunt eſſe geometrę, quod ob incomprehenſibilem breuitatem ſui in partes diuidi non poſſit, nec ipſum pars aliqua, ſed tantummodo ſignum eſſe dicatur. Phyſici terrā
Ptolemęus ad magnitudinem circi, per quē ſol voluitur, puncti modū obtinere docuere. Ptolemęo] Hic aſtrologus fuit Aegyptius genere, ſtuduit Alexandrię, ⁊ liberalium artium ac grecarum literarum ſtudijs clariſſimus euaſit tēporibus Antonini imperatoris, quod ipſemet in opere magno demonſtrat. In aſtrologię ſcientia priorum nulli ceſſit. Primus enim apud grecos cęli rationem omnem diligentius explicuit, inuentaq̄ȝ ab Hipparcho inſtrumēta clarius monſtrauit. Edidit magnā illam compoſitio-

nem, quam Almageſtum vocāt, opus item quatuor tractatuum. Scripſit centiloquium ſuper his, quę ad practicam pertinēt aſtrorum prognoſticam, centum videlicet canones, quos Gręci κάρπους vocāt, quod fructũ & experimentum prognoſticorum eſſe dicant. Sed & de muſica treis compoſuit libros, deq; geographia, quos aſtrologi more conſcripſit. Enarratores habet pręcipuos ex barbaris Haly & Albumazar, ex Gręcis Tappum & Theonem. Sepulchri elogium tetraſtichum ipſe poſuit grę-cum, quod quidam ſic interpretatus eſt:

Mortalem quamuis me norim ſorte creatum,
Dum tamen aſtrorum ſcrutor in orbe vias,
Sum pedibus tellure procul, iuxtáq; tonantem
Adſideo diuus, paſcor & ambroſia.

Incolatur] inhabitetur. Siti] ſiccitate. Vaſta] deſerta. Area] regiuncula. Limitibus] terminis. Aretata] cohibita, conſtricta. Adde] Oſtendit ex gentium diuerſitate diſtantiaq; famam non longe propagari poſſe. Ratione] modo. Diſtantes] differentes. Gręcorũ adagium eſt, νόμος καὶ χῶρα, Mos ſiue lex & regio, quod Prouerbiũ ſignificat vnicuiq; genti ſuas quaſdam eſſe leges & inſtituta viuendi. Sicut ipſe q. l. ſ.] Apud Ciceronem in ſomnio Scipionis, Africanus ad nepotem ſic inquit: Ex his ipſis cultis notisq; terris num aut tuũ, aut cuiuſquã noſtrum nomen vel Caucaſum hunc (quem cernis) tranſcendere potuit, vel illum Gangem tranſnatare? Cau- Caucaſus caſum] Caucaſus Scythię mons eſt dictus quaſi grau caſus, hoc eſt, niue candidus, vt Pli. ait lib. 6. Caucaſus mõs eſt editiſſim⁹, ideq; aſperrimus & inhoſpitalis, Indiam a Scythia ſeparans in finibus Aſſyriorum. Parthis] hi populi ſunt Aſię maioris prope Medos, Hyrcanos, Arios, & id genus vicinas gentes. fuerunt autem Scytharum exules. nam Scythico ſermone Parthi, exules dicuntur, primum quidem inter orientales populos obſcuriſſimi, poſtea per virtutem ad ſummam gloriam prouecti ſunt. Pugnant autem procurrentibus equis, aût terga dantibus, ſępe etiam fugam ſimulant, vt incautiores aduerſus vulnera inſequētes habeant. Plura de his lege apud Iuſtinum libro 41. & apud Plutarchum in vita Craſſi. Id locorum] ea loca habitantibus, eorum locorum, figurata locutio, ſimilis illi ſupra poſtę, vt

Formidoloſus

in id ętatis pueris. Formidoloſa] formidabilis. Formidoloſus modo ſignificat meticuloſum. Terentius:

Egon' formidoloſus?

id eſt, egone ſum qui timeam modo eum, qui aliis timorē infert? Saluſti⁹. Regibus boni quàm mali ſuſpectiores ſunt, ſemperque his aliena virt⁹ formidoloſa eſt. Romani nois]

Paranomaſia

Romani hois. Paronomaſia eſt, quę latine dicit̃ agnominatio. Depromit aũt argumentũ ex loco ꝙ dicit̃ ab eo quod magis eſt quod ⁊ hunc in modum poteſt explicari Magis videt̃ Romanę reipublicę quàm vniuſcuiuſlibet hominis Romani nomen vltra Caucaſum progredi poſſe. ſed nō illud, proinde nec hoc. Quid quod d.g.] Probat ex diſcrepantia morum ⁊ inſtitutorum, quibus diuerſę gentes vtuntur, non conducere cuipiam nomen in plurimos populos proferre, cum quod apud hos dignũ laude, apud illos ſupplicio dignum iudicetur. Mores atque inſtituta diſcordant] De his legatur Euſebius libro 6. de pręparatione euãgelica, capite octauo. Ualerius Maximus libro 2. Hieronymus in Iouinianum. Beſſarion libro 4. in calumniatorem Platonis, capite 3. Philippus Beroaldus in oratione prouerbiali. ⁊ Eraſmus noſter in explicatione illius adagii, Lex ⁊ regio. Hęc mihi nũc indicaſſe ſtudioſis earum rerũ ſatis ſit ad alia properanti. Pręclara illa] irriſio eſt vanę glorię. Sed quum claríſſimos] Arguit gloriam irritam eſſe. tum ob ſcriptorũ defectum. tum ob eorum inconſtantiam ⁊ minime durabilem infirmitatē. Scriptorum inops] multarum gentiũ ⁊ in primis Germanorum plerę que laudes ⁊ res geſtę latent ignorantur que, quod priſcis illis tēporibus, cum nondũ mores externis deliciis eſſent emolliti, paulatim atque cōrrupti ſcriptores. qui pręclara facinora literarum monumentis proderent, defuerunt. Sed ⁊ nunc libri Plinii de bellis Germanię ⁊ procul dubio permulta quondam ſcripta, quorum ne tituli quidem ad nos peruenere, deſiderantur.

Vos uero immortalitatem uobis propagare uidemini, cum futuri famam temporis cogitatis. Quod ſi ad æternitatis infinita ſpatia pertractes, quid habes quod de nominis tui

diuturnitate læteris? Vnius etenim mora momenti, ſi dece̅ millibus conferatur annis, quoniam utrunq; ſpatium definitum eſt, minima̅ licet, habet tamen aliquam proportionem. At hic ipſe numerus annorum, eiusq́; quantumlibet multiplex ad interminabilem diuturnitatem, ne comparari quidem poteſt. Etenim finitis ad ſeinuicem fuerit quædam, infiniti uero atq; finiti nulla unquam poterit eſſe collatio. Ita fit, ut quanticunq; prolixi temporis fama, ſi cum inexhauſta æternitate cogitetur, non parua, ſed plane nulla eſſe uideatur. Vos autem niſi ad populares auras, inanesq́; rumores recte facere neſcitis, & relicta conſcientiæ uirtutisq́; præſtantia, de alienis premia ſermu̅culis poſtulatis. Accipe in huiuſmodi arrogantiæ leuitate, q̄ feſtiue aliquis illuſerit. Nam cum quidam adorſus eſſet hominem contumelijs, qui non ad ueræ uirtutis uſum, ſed ad ſuperbam gloriam, falſum ſibi philoſophi nomen induerat, adieciſſetq́; iam ſe ſciturum, an ille philoſophus eſſet, ſi quide̅ illatas iniurias leniter patienterq́; toleraſſet, ille patientiam pauliſper aſſumpſit: acceptaq́; contumelia uelut inſultans, iam tande̅, inquit, Intelligis ne me eſſe philoſophu̅? Tum ille nimiu̅ mordaciter, intellexera̅, inq̄t, ſi tacuiſſes.

Quid autẽ eſt, quod ad præcipuos uiros (de his enim ſermo eſt) qui uirtute gloriã petunt? Quid, inquam, eſt quod ad hos de fama poſt reſolutum morte ſuprema corpus attineat? Nam ſi (quod noſtræ rationes credi uetant) toti moriunt hoĩes, nulla eſt omnino gloria: cũ is, cuius ea eſſe dicitur, nõ extet omnino. Sin uero bene ſibi mens conſcia, terreno carcere reſoluta, cælum libera petit, nonne omẽ terrenum negocium ſpernet, quæ ſe cælo fruens, terrenis gaudet exemptam?

In grammatiſtas

Argumentatur diſertiſſime, quamlibet diuturni tẽporis famam cũ finẽ aliquando admittat, nulla ratione cũ ęternitate eſſe comparãdam. Quod] tẽpus. Pertractes] intellectu perpendas, & animo reuoluas. Decẽ millibus annis] annorũ decẽ millibus. Sciolis literatoribus nonnullę videntur orationes parum congruę, quę non congruę ſolũ ſunt, ſed etiã cũ primis elegantes, & probatiſſimis ſcriptoribus vſurpatę. Cuiuſmodi eſt hęc, Decẽ millibus annis per appoſitionẽ. Sic latine dicimus. Hic mercator decẽ millia debet aureos. Hieronymus cũ alibi id genus abũdat, tum in Iouinianũ ſic ſcripſit: Aliud eſt decẽ millia talẽta debere, aliud quadrantẽ. Florus, Cũ ſtatim decẽ amplius millia coiſſent hões, nõ modo effugiſſe contenti, iam vindicari etiã volebant. Idẽ, Ex ipſo equeſtris ordinis flore ac ſenatu duo millia electi q̇ mori iuberentur. Ubi ſubintelligendũ eſt, hões ſeu viri, vt deſinant improbare illud in ſacris literis, Duodecim millia ſignati. Eiuſq; quan. multi.] & is numerus quantũlibet multiplicatus, vt millies mille annorũ millia, vł plus minusve. Collatio] cõparatio, proportio. Ariſtoteles I. lib. de cęlo & mundo: Portio aũt nulla eſt finiti ad infinitũ. Quantũcunq;] aduerbium nunc eſt. Prolixi] longi. Inexhauſta] infinita, interminabili. Uos autẽ niſi] Increpat mortaliũ ſtultitiã, q̇ eo fere ſunt ingenio,

vt magis hominum laudes & famę celebritate, ꝙ ſuę cō ſcientię puritatē, veráq; virtutū ſecuritatē ſectent. Nā vt rectiſſime dictum eſt, Multi famā, conſcientiā pauci verent. Ad populares auras] ad fauores & applauſus populi, quos teſte Donato non quęrunt ſapiētes. Aura ſplendorem ſignificat. Horatius:

Tua ne retardet aura maritos.

Ponitur pro aere, flatu ventorum, afflatu, aſpiratione ſeu fauore. Maro in Aeneidos 6. Aura

Nunc quoq; iam nimium gaudes popularibus auris.

Hieronymus: Plus debet Chriſti diſcipulus pręſtare, ꝙ mundi philoſophus glorię animal & popularis aurę atq; rumorum venale mancipium. Sermunculis] rumuſculis. Sermunculus paruus ſermo, vt rumuſculus paruus rumor. Hieronymus Nepotiano: Caue ne hominū rumuſculos aucuperis, ne in offenſam dei populorum laudem cōmutes. Idem Paulino: Rumuſculos & glorioles & palpantes adulatores quaſi hoſtes fuge. Accipe] audi, cognoſce. In huiuſmodi leuitate] vanitate. legitur & leuitatem quod placet, vt ſit contra eiuſmodi vanitatē ſuperbie. Quam feſtiue] ꝙ iucunde, lepide & facete. Illuſerit] iocatus ſit. Adortus eſſet] legit etiā adorſus. quod etiā apud Ambroſium & Hieronymū inuenio. Toleraſſet] paſſus fuiſſet. Pauliſper] ad pauxillū temporis. Ira] per iram. Ille] tētator & falſi philoſophi illuſor. Si tacuiſſes] Solomon in prouerbijs: Qui moderatur ſermones ſuos, doctus & prudens eſt, & precioſi ſpiritus vir eruditus. Stultus quoq; ſi tacuerit, ſapiens reputabitur: & ſi cōpreſſerit labia ſua, intelligens. Diogenes cuidam philoſopho, qui contētioſius aliquid diſſerebat, Miſer, inquit, quod optimum eſt in vita philoſophi ac pręcipuum, verbis philoſophādo corrumpis. Thales: Non multa verba, prudentis animi indicium ſunt. Solomon prouerbiorum capite 16. In multiloquio non deerit peccatum. Qui moderatur labia ſua, prudentiſſimus eſt. Eccleſiaſtes: Stultus verba multiplicat. Seneca: Tene ſemper vocis & ſilentij temperamentum. Tacere qui neſcit, neſcit loqui. Macrobius lib. 7. Saturnalium: Cum orator non aliter niſi orando probet, philoſophus non minus tacendo pro tēpore, ꝙ loquēdo philoſophat. Valerius Maximus lib. 7. Quid Xenocratis reſpōſum

Sermunculus
Rumuſculus

redarguuntur effectu. Itaque nec illæ diuitiæ, nec illa potentia, nec hæc dignitas iure appellari poteſt. Poſtremo idem de tota fortuna concludere licet, in qua nihil expetendum, nihil natiuæ bonitatis ineſſe manifeſtum eſt: quæ nec ſe bonis ſemper adiungit, & bonos quibus fuerit adiuncta, non efficit.

¶ Argumentatur perexiguã eſſe mortalium potẽtiã, eo q̃d vim quã aliis inferunt, ne ſibi q̃que inuicẽ ab aliis inferatur, prohibere non poſſunt. Ab alio] Uetus apud Senecam ſententia eſt: Ab altero expectes, alteri quod feceris. Buſiridem] Buſiris rex fuit Aegypti, q̃ quum ſuſceptos hoſpites immolaret, ab Hercule interemptus eſt, quum etiam eum voluiſſet occidere. Uergilius:

Buſiris. Quis aut Euriſthea durum,

Aut illaudati neſcit Buſiridis araſ?

Regulus. Regulus] Marcus Attilius Regulus conſul fuſis Salẽtinis triumphauit, primusque romanorũ ducum in Africam claſſem traiecit, quaſſatas de Amilcare naues longas tres & ſexaginta accepit. Oppida ducenta, & hominum ducenta millia cepit. Abſente eo, coniugi eius & liberis ob paupertatem ſumptus publice datus. Mox arte Xantippi Lacedemonii mercenarii militis captus, in carcerem miſſus, legatus de permutandis captiuis Romam miſſus, dato iureiurãdo, vt ſi non impetraſſet, ita demum rediret, in ſenatu conditionem diſſuaſit, eiectis a ſe coniuge & liberis, Carthaginem regreſſus, vbi in arcam ligneam coniectus, clauis introrſum adactis, vigiliis ac dolore punitus eſt. Ad hęc] pręterea. Probat alia ratione nihil naturalis ac proprii boni dignitatibus ac poteſtatibus ineſſe, eo quod plerunque peſſimis proueniant. Natura reſpuit] id eſt, non admittit, vt contraria queque iungantur. Diuus Cyprianus aduerſus Nouatianum: Cohęrere et coniungi non poteſt amaritudo cum dulcedine, caligo cum lumine, pluuia cum ſerenitate, pugna cum pace, cum foecunditate ſte

ruditas, cum fontibus ſiccitas, cum tranquillitate tempeſtas. Franciſcus Philelphus in ſatyris:

Tenebras lux reſpuit omnes,
Nec patitur ſecum uitium coaleſcere uirtus,
Stultitiam ſemper ratio aſpernatur, eodem
Nunq̄ ſtare loco pariter contraria poſſunt.

Quod quidem de cunctis] Oſtendit fortunę munera nulla recte dici bona, cum pleruncp malis adhęreant, nec poſſint eos bonos efficere, quibus fuerint adiuncta. Redolet autem hoc, vt alia Boethii permulta, Platonis doctrinam, apud quem Socrates in Gorgia ſic ait: Eſt autem voluptas, qua pręſente gaudemus: bonum vero, quo pręſente boni ſumus. Prorſus boni vero ſum⁹ et nos, et quecuncp alia bona ſunt, ob virtutem quandam quę adſit.

## ¶Metrum ſextum libri .II.

NOuimus quantas dederit ruinas,
Vrbe flammata, patribusq́ cæſis,
Fratre qui quondam ferus interempto,
Matris effuſo maduit cruore,
Corpus & uiſu gelidum pererrans,
Ora non tinxit lachrymis, ſed eſſe
Cenſor extincti potuit decoris.
Hic tamen ſceptro populos regebat,
Quos uidet condens radios ſub undas
Phœbus, extremo ueniens ab ortu,
Quos premunt ſeptem gelidi triones,
Quos notus ſicco uiolentus æſtu
Torret, ardentes recoquens arenas.

Celſa num tandem ualuit poteſtas
Vertere praui rabiem Neronis?
Heu grauem ſortem, quoties iniquus
Additur ſæuo gladius ueneno.

¶ Carmen eſt ſapphicum, quo philoſophia Neronis exemplo docet, dignitates & potẽtiã malis quibus adiunctę fuerint, mores nõ ſolũ nõ corrigere, ſed plus truculẽtię & turpitudinis adferre. Nouimus] ſcimus. Dederit] intulerit hominibus. Ruinas] ſtrages. Deſignat autem his verſibꝰ Neronem omniũ mortaliũ longe crudeliſſimũ.
Nero. Hic natꝰ eſt patre Domitio Aenobarbo, matre Agrippina Germanici filia: quę cum poſtea Claudio Cęſari nupſiſſet, ab hoc Nero adoptatus eſt. Nero fuit olim nomẽ laudis, q̃d oſtẽdit in Tiberio Suetonius his verbis: Inter cognomina autem & Neronis aſſumpſit, quo ſignificatur lingua Sabina fortis ac ſtrenuus. Nunc autem ſummę crudelitatis nomen eſt Nero, q̃ rabie ita efferatus eſt, vt plurimam ſenatus partem interfecerit, equeſtrem ordinem pene deſtituerit. ſed ne parricidijs quidem abſtinuit, matrem, fratrem, ſororem, vxorem, cęterosq́ꝫ cognatos & propinquos ſine heſitatione proſtrauit. Auxit hanc molem facinorum eius temeritas impietatis in deũ. Nam primus Romę Chriſtianos ſupplicijs & mortibus affecit ac per omnes prouincias pari perſecutione excruciari imperauit, ipſumq́ꝫ nomen extirpare conatus, beatiſſimos Chriſti apoſtolos Petrum cruce, Paulum gladio occidit. Urbe flammata] incendio cõſumpta Nero (vt ſcribit Tranquillus) quaſi offenſus deformitate veterum ędificiorum & anguſtijs flexurisq́ꝫ vicorum, palam incẽdit vrbem. Per ſex dies ſeptemq́ꝫ noctes ea clade ſęuitum eſt, ad monumẽtorum buſtorumq́ꝫ diuerſoria plebe compulſa. Tunc pręter immenſum numerum inſularum, domus priſcorum ducũ arſerunt hoſtilibus adhuc ſpolijs exornatę, deorũq́ꝫ ędes ab regibꝰ ac deinde punicis et gallicis bellis votę dedicatęq́ꝫ, et q̃cq̃d viſendũ atq́ꝫ memorabile ex antiquitate durauerat. Hoc incendium e turre Mœcenatica proſpectans, lętusque flammę (vt aiebat) pulchritudine, halosin Iliu decantauit in illo ſcenico habitu. Eutropius et

Euſebius tradunt Neronem incendiſſe vrbem Romam. vt ſpectaculi eius imaginē cerneret qualis olim Troia capta arſerat. Patribusq; cęſis] ſenatoribus occiſis. Multos enim ex ſenatoribus occidit, aperte etiam ſignificans, ne reliquis quidem ſe parſurum eumq; ordinem ſublaturum quandoq; e republica, ac prouincias & exercitus equiti Romano ac libertis permiſſurum. Fratre] Britannico Claudij & Meſſalinę filio. Fratre igitur per adoptionem, nam a Claudio (vt diximus) Nero adoptatus fuit, nō naturali. Interempto] veneno ſublato. de quo lege Suetonium. Matris] Nero matrem Agrippinam, eo quod trux & minax eſſet, & dicta factaq; eius exquireret acerbius ac corrigeret, varie interficere tentauit. primum veneno: ſed cum antidotis ſentiret pręmunitam, lacunaria quę noctu ſuper dormiētem laxata machina deciderent, parauit. Hoc conſilio per conſcios parum celato ſolutilem nauem cuius vel naufragio vel camerę ruina periret, cōmentus eſt. Atq; ita recōciliatione ſimulata, iucundiſſimis literis Baias euocauit, ad ſolennia quinquatrium ſimul celebrāda, paratoq; negocio trierarchis, qui liburnicam, qua aduecta erat, velut fortuito concurſu confringerēt. protraxit conuiuiū. reperētiq; Baulos, in locū corrupti nauigij machinoſum illud obtulit: vnde cum enataſſet mater, impientiſſimus filius eam miſſis militibus occidi iuſſit. Quo nefando facinore non contentum quidam autores ſcribunt ad viſendū interfectę cadauer accurriſſe, contrectaſſe membra, alia vituperaſſe, laudaſſe alia, ſitiq; interim oborta bibiſſe. Latius hęc a Tranquillo & Cornelio Tacito perſcripta ſunt. Non tinxit] nō rigauit. Cenſor] arbiter, index. Decoris] decori corporis. Extincti] mortui. Condēs radios] occidens. ſignificat autem totius orbis terrarū gentes per quatuor eius plagas. Phœb9] ſol. Triones] Priſca lingua triones boues dicebantur aratorij. Septem aūt ſtellę ita in ea parte celi ſunt collocatę, vt plauſtrum cum bobus effingere videātur, quę & ſeptentriones vocantur, & illi regioni ſeptentrioni nomen impoſuerunt. Ouidius libro primo Metamorph. Triones

*Scythiam, ſeptemq; triones*
*Horrifer inuaſit boreas.*

Notus] auſter. Sicco ęſtu] calore. Sciēdum eſt teſte

Macrobio, quod auſter ita in origine ſua gelidus eſt, vt apud nos ſeptentrio, ſed quia per flammam torridę zonę ad nos commeat, admiſtus igni caleſcit, ⁊ qui incipit frigidus, calidus peruenit. Num] nunquid. Celſa poteſtas] egregia potentia. Vertere] mutare. Hoc verbū producit hic vltimam poſitione ob duas conſonantes in ſubſequentis dictionis initio poſitas, tametſi negent id fieri ſcioli grammatiſtę, qui nec Iuuenalem, nec Prudētium, nec hunc autorem vnquā diligenter euoluerunt. Rabiem] efferatam truculentiam. Heu g.ſ.] Pulchra exclamatio, nec minus vera Heu aſperam, inquit, ⁊ intolerabilem conditionem, quando iniquus gladius, id eſt, iniuſta potentia, ⁊ iniquum imperium additur ſęuo veneno, id eſt, immani ⁊ truculento ingenio, moribusqꝫ corruptiſſimis. Seneca: Fulmen eſt, vbi cum poteſtate iracundia habitat. Ariſtoteles in primo politicorū: Vt enī perfectione ſuſcepta, optimum cūctorum animalium eſt homo ita ſi alienus fiat a lege ⁊ a iudicijs, peſſimum eſt omnium animalium. Sęuiſſima eſt enim iniuſtitia habēs arma. Lactantius libro de iuſtitia capite 11. Quis Caucaſus, quę India, quę Hyrcania tam immanes tam ſanguinarias beſtias vnqꝫ aluit? quoniā ferarum omnium rabies vſqꝫ ad ventris ſatietatē furit, fameqꝫ ſedata, protinus conquieſcit. Illa enī vera beſtia, cuius vna iuſſione

Funditur ater vbiq; cruor, crudelis vbiqꝫ
Luctus, vbique pauor, & plurima mortis imago.

Nemo huius tantę beluę immanitatem poteſt pro merito deſcribere, qui vno loco recubans, tamen per totum orbem dentibus ferreis ſęuit, ⁊ non tātum artus hominum diſſipat, ſed ⁊ oſſa ipſa comminuit, ⁊ in cineres fundit, ne quis extet ſepulturę locus. Baptiſta Mantuanus in ſecunda Parthenice:

Nulla ſub indigno virtus eſt principe tuta,
Nulla ſub inceſto caſtis eſt gloria rege.

## ¶ Proſa ſeptima libri ſecundi.

TVm ego: Scis, inquam, ipſa minimum nobis ambitionem mortalium rerum

fuiſſe dominatam, ſed materiam gerendis rebus optauimus, quo ne uirtus tacita conſeneſceret. At illa: Atqui hoc unū eſt, quod præſtantes quidem natura mentes, ſed nondum ad extremam manum uirtutum perfectione perductas allicere poſſit, gloriæ ſcilicet cupido, & optimorum in rempublicam fama meritorum. Quæ q̄ ſit exilis & totius ponderis uacua, ſic conſidera: Omnem terræ ambitū (ſicuti aſtrologicis demōſtrationibus accepiſti) ad cæli ſpatium puncti conſtat obtinere rationem: id eſt, ut ſi ad cæleſtis globi magnitudinem conferat̄, nihil ſpatij prorſus habere iudicetur. Huius igitur tam exiguæ in mundo regionis quarta ferè portio eſt (ſicut Ptolemæo probante didiciſti) quæ a nobis cognitis animātibus incolat̄. Huic quartæ, ſi quantum maria paludesq́ premunt, quantūq́ ſiti uaſta regio diſtendit, cogitatiōe ſubtraxeris, uix anguſtiſſima inhabitandi hoībus area relinquet̄. In hoc minimo igit̄ pūcti quodāpuncto circūſepti atq; cōcluſi, de peruulgāda fama, de ꝑferendo noīe cogitatis? At qd habet amplū magnificūq́ gloria tā anguſtis exiguisq́ limitibus arctata? Adde ꝙ hoc ipſum breuis habitaculi ſeptū plures incolūt nationes, lingua, moribus, totius uitæ ratione diſtātes,

ad quas tum difficultate itinerũ, tum loquen- di diuerſitate, tum commercij inſolentia, nõ modo fama hominum ſingulorum, ſed ne urbium quidẽ peruenire queat. Aetate denique Marci Tullij (ſicut ipſe quodam loco ſignificat) nondum Caucaſum montem Romanæ reipublicæ fama tranſcenderat, & erat tunc adulta, Parthis etiam, cæteriſque id locorum gentibus formidoloſa. Vides ne igitur quàm ſit anguſta, q̃ compreſſa gloria, quam dilatare ac ꝓpagare laboratis? An ubi Romani nominis tranſire fama nequit, Romani hominis gloria progredietur? Quid quod diuerſarũ gentium mores inter ſe, atque inſtituta diſcordãt, ut quod apud alios laude, apud alios ſupplicio dignum iudicetur? Quo fit, ut ſi quem famæ prædicatio delectet, huic in plurimos populos nomen proferre, nullo modo cõducat. Erit igitur peruagata inter ſuos gloria quiſque contentus, & intra unius gentis terminos præclara illa famæ immortalitas coartabitur. Sed quàm multos clariſſimos ſuis temporibus uiros, ſcriptorum inops deleuit obliuio? Quanq̃ quid ipſa ſcripta proficiunt, quæ cum ſuis autoribus premit longior atque obſcura uetuſtas?

Diſputatum eſt hactenus, neque in diuitijs, neque in digni-

tatibus ⁊ potentiis veram felicitatem conſiſtere: nunc ꝙ inanis ⁊ irrita ſit gloria, quam pleriqꝫ omnes ſummopere ſectãtur, pulcherrimis veriſſimiſqꝫ rationibus demonſtrat. Quo autem conuenientius ad id perueniat, Boethius ipſe interloquitur faceturqꝫ ſeſe nõ tam mortalium rerum ambitione captũ fuiſſe, ꝙ famę propagandę, comparandęqꝫ glorię cupiditate inflãmatum. Tũ] ordinis aduerbium eſt. Minimum] Differunt minimũ ⁊ minime. Minimum enim quantitatis aduerbiũ eſt, Minime vero negãdi. Ambitionem] cupiditatem. Gerendis] adminiſtrandis. Quo ne] vt non. Horatius in Sermonibus: Tum Minimum Minime

Quo ne per vacuum Romano incurreret hoſtis.

Tacita] ignota. Claudianus:

Maior & vtilior facto coniuncta potenti,
Vile latens virtus: quid enim ſubmerſa tenebris
Proderit obſcuro, veluti ſine remige puppis,
Vel lyra quæ reticet, vel qui non tenditur arcus?

Ad extremam manum] ad abſolutum finem. Extremã manum imponere, ſignificat rem om̃ibus eius partibus abſoluere. metaphora ab artificibus tranſlata: qui primũ rude quoddam operis ſimulacrum effingunt, atqꝫ hanc primam appellant manum, deinde formant expreſſius, poſtremo ſumma cura expoliunt, atqꝫ hanc extremam, ſupremam, ſeu ſummam manum vocãt. Glorię ſcilicet cupido] M. Tullius pro Archia: Trahimur omnes laudis ſtudio, ⁊ optimus quiſqꝫ maxime gloria ducitur. Ipſi illi philoſophi etiam in illis libellis, quos de contemnende gloria ſcribunt, nomen ſuum inſcribunt in eo ipſo in quo prędicationem nobilitatemqꝫ deſpiciunt. prędicari de ſe ac nominari volunt. Idem in eadem: Nullã enim virtus aliam mercedem laborum, periculorumqꝫ deſiderat pręter hanc laudis ⁊ glorię: qua quidem detracta, iudices, quid eſt quod in hoc tam exiguo vitę curriculo ⁊ tam breui tantis nos laboribus exerceamus? Loquitur autem Cicero nimis impie, vt homo verę religionis expers ⁊ ſapientię, cui ſpes ęternę vitę, contemptusqꝫ inanis glorię non eſſet. Omnem terrę ambitum] Ex ſumma totius mortalium habitationis anguſtia, ꝙ ſit exilis famę diuulgatio, ꝙ̃qꝫ irritus proferendi nominis cona- Prouerbiũ Ciceronis error

tus,ſane ꝙ euidēter oſtendit. Sicuti a.d.a.] Parenthe
ſis eſt. Aſtrologi reſpectu firmamēti terrā puncti vicem
habere ſic demonſtrant. Ubicunq; enim exiſtentibus no
bis in terrę ſuperficie, ⁊ conſiderātibus ſtellas diuerſis
in locis, non videntur magnitudines, neq; earum inter
ſe diſtantię variari. Unde ⁊ eas ęqualiter a terra remo-
tas haberi comprobatur, ſenſu id ęſtimante. Terra igit̄
cētrum eſt ſphęrę, ſicq; puncti ſortietur officium. Idem
accidet terrę ad ſolis ſphęram comparatę, quod ⁊ alijs
comperitur indicijs. Nam corpora in centris inſtrumen-
torum circularium poſita, vmbras proijciunt, eaſq; lōge
motas, qua ⁊ ſol ipſe radians motu primo circunfertur.
Ex regularitate itaq; motus vmbrę, quam ſenſu depre-
hendimus, elicitur ſolem circa centrum inſtrumentorum
regulariter moueri: ideoq; centra huiuſmodi inſtrumen
torum centri mūdi, circa quod motus primus, regulari
ter vicē obtinere. Cum itaq; terrę craſſitudo nihil in his
rebus immittat varietatis, verum propoſitum videtur.
Preterea horizon oculo in ſe exiſtenti dimidium cęli oc-
cultat, dimidiumq; videri ſinit. Quod profecto nulli ſu-
perficiei planę, niſi per centrum ſphęrę tranſeunti pro-
prium eſt. Secus autem eueniret, ſi qua eſſet terrę reſpe
ctu cęli magnitudo. M. Tullius queſtionum Tuſcula-
narum libro primo: Perſuadent enim mathematici terrā
in medio mundo ſitam ad vniuerſi cęli complexum, quaſi
puncti inſtar obtinere, quod centron illi vocāt. Seneca:
Punctum eſt, ⁊ adhuc puncto minus, quod incolimus.
Punctum Lege Plinium libro 2. naturalis hiſtorię ca. 70 cuius ti-
tulus eſt quę portio terrę habitetur. Puncti] Macro-
bius in ſomnium Scipionis hęc tradidit: Punctum dixe-
runt eſſe geometrę, quod ob incomprehenſibilem breui-
tatem ſui in partes diuidi non poſſit, nec ipſum pars ali-
qua, ſed tantummodo ſignum eſſe dicatur. Phyſici terrā
Ptolemęus ad magnitudinem circi, per quē ſol voluitur, puncti mo-
dū obtinere docuere. Ptolemęo] Hic aſtrologus fuit
Aegyptius genere, ſtuduit Alexandrię, ⁊ liberalium ar-
tium ac gręcarum literarum ſtudijs clariſſimus euaſit tē
poribus Antonini imperatoris, quod ipſemet in opere
magno demonſtrat. In aſtrologię ſcientia priorum nulli
ceſſit. Primus enim apud gręcos cęli rationem omnem
diligentius explicuit, inuentaq; ab Hipparcho inſtrumē
ta clarius monſtrauit. Edidit magnā illam compoſitio-

nem, quam Almageſtum vocāt, opus item quatuor tractatuum. Scripſit centiloquium ſuper his, quę ad practicam pertinēt aſtrorum prognoſticam, centum videlicet canones, quos Græci κάρπους vocāt, quod fructū & experimentum prognoſticorum eſſe dicant. Sed & de muſica treis compoſuit libros, deq; geographia, quos aſtrologi more conſcripſit. Enarratores habet præcipuos ex barbaris Haly & Albumazar, ex Græcis Tappum & Theonem. Sepulchri elogium tetraſtichum ipſe poſuit grecum, quod quidam ſic interpretatus eſt:

*Mortalem quamuis me norim ſorte creatum,*
*Dum tamen aſtrorum ſcrutor in orbe vias,*
*Sum pedibus tellure procul, iuxtáq; tonantem*
*Adſideo diuus, paſcor & ambroſia.*

Incolatur] inhabitetur. Siti] ſiccitate. Uaſta] deſerta. Area] regiuncula. Limitibus] terminis. Arctata] cohibita, conſtricta. Adde] Oſtendit ex gentium diuerſitate diſtantiaq; famam non longe propagari poſſe. Ratione] modo. Diſtantes] differentes. Græcorū adagium eſt, νόμος καὶ χῶρα, Mos ſiue lex & regio, quod ſignificat vnicuiq; genti ſuas quaſdam eſſe leges & inſtituta viuendi. Sicut ipſe q. l. ſ. ] Apud Ciceronem in ſomnio Scipionis, Africanus ad nepotem ſic inquit: Ex his ipſis cultis notiſq; terris num aut tuū, aut cuiuſquā noſtrum nomen vel Caucaſum hunc (quem cernis) tranſcendere potuit, vel illum Gangem tranſnatare? Caucaſum] Caucaſus Scythię mons eſt dictus quaſi grau caſus, hoc eſt, niue candidus, vt Pli. ait lib. 6. Caucaſus mōs eſt editiſſimꝰ, ideq; aſperrimus & inhoſpitalis, Indiam a Scythia ſeparans in finibus Aſſyriorum. Parthis] hi populi ſunt Aſię maioris prope Medos, Hyrcanos, Arios, & id genus vicinas gentes. fuerunt autem Scytharum exules. nam Scythico ſermone Parthi, exu
.es dicuntur, primum quidem inter orientales populos obſcuriſſimi, poſtea per virtutem ad ſummam gloriam prouecti ſunt. Pugnant autem procurrentibus equis, aūt terga dantibus, ſepe etiam fugam ſimulant, vt incautiores aduerſus vulnera inſequētes habeant. Plura de his lege apud Juſtinum libro 41. & apud Plutarchum in vita Craſſi. Id locorum] ea loca habitantibus, eorum locorum, figurata locutio. ſimilis illi ſupra poſteę, vt

Prouerbiū

Caucaſus

Formidoloſus

in id ętatis pueris. Formidoloſa] formidabilis. Formidoloſus modo ſignificat meticuloſum. Terentius:

Egon' formidoloſus?

id eſt, egone ſum qui timeam modo eum, qui aliis timorē infert? Saluſti⁹. Regibus boni q̃ mali ſuſpectiores ſunt, ſemperq; his aliena virt⁹ formidoloſa eſt. Romani nõis]

Paranomaſia

Romani hõis. Paranomaſia eſt, quę latine dicit̃ agnominatio. Depromit aũt argumentũ ex loco q̃ dicit̃ ab eo quod magis eſt quod ⁊ hunc in modum poteſt explicari. Magis videt̃ Romanę reipublicę q̃ vniuſcuiuſlibet hominis Romani nomen vltra Caucaſum progredi poſſe, ſed nõ illud, proinde nec hoc. Quid quod d.g.] Probat ex diſcrepantia morum ⁊ inſtitutorum, quibus diuerſę gentes vtuntur, non conducere cuipiam nomen in plurimos populos proferre, cum quod apud hos dignũ laude, apud illos ſupplicio dignum iudicetur. Mores atq; inſtituta diſcordant] De his legatur Euſebius libro 6. de pręparatione euãgelica, capite octauo. Valerius Maximus libro 2. Hieronymus in Iouinianum. Beſſarion libro 4. in calumniatorem Platonis, capite 3. Philippus Beroaldus in oratione prouerbiali. ⁊ Eraſmus noſter in explicatione illius adagii, Lex ⁊ regio. Hęc mihi nũc indicaſſe ſtudioſis earum rerũ ſatis ſit ad alia properanti. Pręclara illa] irriſio eſt vanę glorię. Sed q.m clariſſimos] Arguit gloriam irritam eſſe. tum ob ſcriptorũ defectum, tum ob eorum inconſtantiam ⁊ minime durabilem infirmitatē. Scriptorum inops] multarum gentiũ ⁊ in primis Germanorum plereq; laudes ⁊ res geſtę latent ignorantur q;, quod priſcis illis tēporibus, cum nondũ mores externis deliciis eſſent emolliti, paulatim atq; corrupti ſcriptores, qui pręclara facinora literarum monumentis proderent, defuerunt. Sed ⁊ nunc libri Plinii de bellis Germanię ⁊ proculdubio permulta quondam ſcripta, quorum ne tituli quidem ad nos peruenere, deſiderantur.

Vos uero immortalitatem uobis propagare uidemini, cum futuri famam temporis cogitatis. Quod ſi ad æternitatis infinita ſpatia pertractes, quid habes quod de nominis tui

diuturnitate læteris? Vnius etenim mora momenti, ſi decē millibus conferatur annis, quoniam utrunq; ſpatium definitum eſt, minimā licet, habet tamen aliquam proportionem. At hic ipſe numerus annorum, eiusq; quantumlibet multiplex ad interminabilem diuturnitatem, ne comparari quidem poteſt. Etenim finitis ad ſeinuicem fuerit quædam, infiniti uero atq; finiti nulla unquam poterit eſſe collatio. Ita fit, ut quanticunq; prolixi temporis fama, ſi cum inexhauſta æternitate cogitetur, non parua, ſed plane nulla eſſe uideatur. Vos autem niſi ad populares auras, inanesq; rumores recte facere neſcitis, & relicta conſcientiæ uirtutisq; præſtantia, de alienis pręmia ſermūculis poſtulatis. Accipe in huiuſmodi arrogantiæ leuitate, q̄ feſtiue aliquis illuſerit. Nam cum quidam adorſus eſſet hominem contumelijs, qui non ad ueræ uirtutis uſum, ſed ad ſuperbam gloriam, falſum ſibi philoſophi nomen induerat, adieciſſetq; iam ſe ſciturum, an ille philoſophus eſſet, ſi quidē illatas iniurias leniter patienterq; toleraſſet, ille patientiam pauliſper aſſumpſit: acceptaq; contumelia uelut inſultans, iam tandē, inquit, Intelligis ne me eſſe philoſophū? Tum ille nimiū mordaciter, intellexerā, inqt, ſi tacuiſſes.

vt magis hominum laudes ⁊ famę celebritate, ꝙ ſuę cō ſcientię puritatē, veráq; virtutū ſecuritatē ſectent. N. ſ. vt rectiſſime dictum eſt, Multi famā, conſcientiā pauci verent. Ad populares auras] ad fauores ⁊ applauſus populi, quos teſte Donato non quęrunt ſapiētes. Aura ſplendorem ſignificat. Horatius:

Tua ne retardet aura maritos.

Ponitur pro aere, flatu ventorum, afflatu, aſpiratione Aura ſeu fauore. Maro in Aeneidos 6.

Nunc quoq; iam nimium gaudes popularibus auris.

Hieronymus: Plus debet Chriſti diſcipulus pręſtare, ꝙ mundi philoſophus glorię animal ⁊ popularis aurę atq; rumorum venale mancipium. Sermunculis] rumuſcu Sermunculus lis. Sermunculus paruus ſermo, vt rumuſculus paruus rumor. Hieronymus Nepotiano: Caue ne hominū ru- Rumuſculꝰ muſculos aucuperis, ne in offenſam dei populorum laudem cōmutes. Idem Paulino: Rumuſculos ⁊ gloriolas ⁊ palpantes adulatores quaſi hoſtes fuge. Accipe] audi, cognoſce. In huiuſmodi leuitate] vanitate. legitur ⁊ leuitatem quod placet, vt ſit contra eiuſmodi vanitatē ſuperbie. Quam feſtiue] ꝙ iucunde, lepide ⁊ facete. Illuſerit] iocatus ſit. Adortus eſſet] legit etiā adorſus. quod etiā apud Ambroſium ⁊ Hieronymū inuenio. Toleraſſet] paſſus fuiſſet. Pauliſper] ad pauxillū temporis. Ira] per iram. Ille] tētator ⁊ falſi philoſophi illuſor. Si tacuiſſes] Solomon in prouerbijs: Qui moderatur ſermones ſuos, doctus ⁊ prudens eſt, ⁊ precioſi ſpiritus vir eruditus. Stultus quoq; ſi tacuerit, ſapiens reputabitur: ⁊ ſi cōpreſſerit labia ſua, intelligens. Diogenes cuidam philoſopho, qui contētioſius aliquid diſſerebat, Miſer, inquit. quod optimum eſt in vita philoſophi ac pręcipuum, verbis philoſophādo corrumpis. Thales: Non multa verba, prudentis animi indicium ſunt. Solomon prouerbiorum capite 10. In multiloquio non deerit peccatum Qui moderatur labia ſua, prudentiſſimus eſt. Eccleſiaſtes: Stultus verba multiplicat. Seneca: Tene ſemper vocis ⁊ ſilentij temperamentum. Tacere qui neſcit, neſcit loqui. Macrobius lib. 7. Saturnalium: Cum orator non aliter niſi orando probet, philoſophus non minus tacendo pro tēpore, ꝙ loquēdo philoſophat. Valerius Maximus lib. 7. Quid Xenocratis reſpōſum

ꝙ laudabile, cum maledico ſermoni quorundam ſummo ſilentio intereſſet, vno ex his quęrente, cur ſolus linguam ſuam cohiberet: quia dixiſſe me, inquit, aliquando pœnituit, tacuiſſe nunquam. Lege ſi placet, pulchram ſuper hoc Maronis ſententiam apud Donatum in eius vita. Quid autem eſt] Oſtendit gloriam mortuis nihil prodeſſe. Unde quidam eleganter:

Poſt cineres gloria ſera venit.

Quod] totos & corpore & anima mori homines. Noſtrę rat.] Philoſophicę argumentationes. Uetant] nõ pmittũt. Terreno carcere] corpore, ꝙd eſt quaſi carcer, vel ſepulchrũ, vel vinculũ animi. Exemptã] liberatã.

## ¶Metrum. VII. libri ſecundi.

QVicunque ſolam mente præcipiti petit,
Summumque credit gloriam,
Late patentes ætheris cernat plagas,
Arctumque terrarum ſitum,
Breuem replere non ualentis ambitum
Pudebit aucti nominis.
Quid o ſuperbi colla mortali iugo
Fruſtra leuare geſtiunt?
Licet remotos fama per populos means
Diffuſa linguas explicet,
Et magna titulis fulgeat claris domus,
Mors ſpernit altam gloriam,
Inuoluit humile pariter & celſum caput,
Aequatque ſummis infima.
Vbi nunc fidelis oſſa Fabricij manent?
Quid Brutus, aut rigidus Cato?
Signat ſuperſtes fama tenuis pauculis
Inane nomen literis.

Sed quid decora nouimus uocabula?
Num ſcire conſumptos datur?
Iacetis ergo prorſus ignorabiles,
Nec fama notos efficit.
Quod ſi putatis longius uitam trahi
Mortalis aura nominis,
Cum ſera uobis rapiet hoc etiam dies,
Iam uos ſecunda mors manet.

Carmen eſt dicolon diſtrophon cuius primus verſus eſt archilochius, iãbicus, ſenarius, acatalectus: ſecundus iambicus dimeter & ipſe acatalectus. Hortatur eo philoſophia mortales ad inanis glorię contemptũ, quę rerum omnium vaniſſima facile illis videbitur, ſi terrarũ anguſtias cõtẽplati, ampliſſimã cęli immenſitatẽ ſuſpexerint. Pręcipiti] feſtina, incõſulta, temeraria. Summum] bonũ ſummum rem ſummam, bonorũ finẽ. Aetheris] cęli. Cernat] contẽpletur. Plagas] regiones. Arctum] anguſtum, conſtrictum. Africanus apud Ciceronem in ſomnio Scipionis, vnde fere hoc carmen cũ proſa iam enarrata deſumptum eſt: Omnis autem terra, quę colitur a vobis, anguſtata verticibus lateribus latior, parua quędam inſula eſt circunfuſa illo mari, quod atlãticum, quod magnum, quod oceanum appellatis in terris, qui tamẽ tanto nomine quã ſit paruus, vides. Hinc Petrarcha in 2. lib. Africę ſuę:

Anguſtis arctatus finibus orbis
Inſula parua ſitu eſt, curuis quam flexibus ambit
Oceanus, viden' vt paruus cognomine magno?

Breuem replere] Ordo eſt, Pudebit, ſubaudi eum, qui terrarum anguſtias ac cęlorum immenſa ſpatia contemplatus ſit. nominis aucti id eſt. prolati & amplificati non valentis tamen replere breuem ambitũ, id eſt anguſtum terrarum habitaculũ. Scipio apud Ciceronẽ lib. de republica 6. Jam vero ipſa terra ita mihi parua viſa eſt, vt me imperij noſtri, quo quaſi punctũ eius attingim9, pœniteret In eodem auus ſic eundem nepotẽ ſuũ alloquitur:

m iij

Igitur alte ſpectare ſi voles, atq; hanc ſedem & eternam domum contueri, neq; te ſermonibus vulgi dederis, nec in premiis humanis ſpem poſueris rerũ tuarum, ſuis te illecebris oportet ipſa virtus trahat ad verum decus. Quid de te alij loquantur ipſi videant, ſed loquentur tamen. Sermo enim ille omnis & anguſtiis cingitur his regionum quas vides, nec vnq; de vllo perẽnis fuit, obruitur omnium interitu, oblivione poſteritatis extinguitur. Quid] ad quid. O] mirantis interiectio, vel miſerantis & condolẽtis errori mortalium. Ordo eſt, O quid ſuperbi geſtiunt fruſtra leuare colla mortali iugo. hoc eſt, Quid ſuperbi & faſtu inflati homines conantur in vanum nomine ſuo diuulgãdo ſe reddere immortales Leuare colla iugo] alludit ad boues iugum detrectantes ac abiicere non valentes, iuxta illud:

Non iuga taurus amat, quæ tamen odit habet.

Mortali iugo] mortalitatis conditione, cui ſunt obnoxii. Licet] quãuis, tametſi. Means] tranſiens. Explicet] interpretetur. Domus] gens, familia, genus. Mors ſp.a.g ] Seneca epiſtola 91. Aequat omnes cinis, impares naſcimur, pares morimur. Idem epiſtola 99. In tanta volutatione rerum humanarũ nil cuiq;, niſi mors, certum. Horatius in odis:

Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas,
Regumq; turres. Lucretius:
Scipiadas belli fulmen, Carthaginis error
Oſſa dedit terræ, proinde ac famul infimus eſſet,
Adde repertores doctrinarum atq; leporum,
Adde Heliconiadum comites.

Idem:

Inde alij multi reges, rerumq; potentes,
Occiderunt, magnis qui gentibus imperitarunt.

Idem:

Quæ mala nos ſubigit vitai tanta cupido?
Certa quidem finis vitæ mortalibus adſit,
Nec deuitari lœtum pote quin obeamus.

Fabricius Fidelis Fabricij] Hic cõſul Romanus fuit, q̃ fidelis co... ad fidẽ vel hoſti ſeruandã putauit, nihilq; per fraudẽ vel

inſidias agẽdũ. Cũ eñ (vt M. Tullii verbis vtar) rex Pyrrhus populo romano bellũ intuliſſet, cũq; de imperio certamen eſſet cũ rege generoſo ac potenti, perfuga ab eo venit in caſtra Fabricii, eiq; eſt pollicitus, ſi prẽmium ei propoſuiſſet, ſe vt clam veniſſet, ſic clã in Pyrrhi caſtra rediturũ ⁊ eum veneno necaturum. Hunc Fabricius reducendum curauit ad Pyrrhum, idq; eius factũ a ſenatu laudatum eſt. Super hoc plura Valerius Maximus, Aulus Gellius, ⁊ in vita Pyrrhi Plutarchus. Iacẽt] legitur etiam manent. Quid Brutus] ſubaudi nunc eſt. Iunius Brutus primus romanorum cõſul, exactis regibus vrbem liberauit, filios ſuos quod cum Aquiliis et Vitellis ad recipiendos in vrbem Tarquinios coniurauerunt, virgis cęſos, ſecuri percuſſit. Deinde ſingulari certamine cum Arunte Tarquinii filio congreſſus eſt, quo ſe ambo mutuis vulnerib⁹ occiderũt. Marcus Brutus vir prętorius, tum ſcientia, tum virtute prẽditus ad recuperandam libertatem Iulium Cęſarem occidit, poſtea victus in prẽlio ab Octauio ſibi mortem conſciuit. Rigidus] ſeuerus, inflexibilis. Cato] Multi Romę Catones fuerũt, verũ duo prę ceteris illuſtrati ſunt. Marcus Porcius Cato Cenſorius, ⁊ Cato Stoicus, qui poſt mortem quam ſibi Vticę conſciuit, Vticenſis dictus eſt. Horum vterq; iuſtitia, ſeueritate, morumq; ſumma grauitate fuit clariſſimus. Quid.] ad quid. Decora vocabula] pulchra nomina. Nouimus] ſcimus tenemus. Num] nunq̃d. Conſumptos] mortuos. Iacetis] ſubaudi vos homines poſt mortẽ. Prorſus] omnino. Ignorabiles] ignobiles. Trahi] protrahi. Aura] ſplendore. Non vnis mortalis] morti ⁊ corruptiõi ſubiecti. Auſonius:

Miremur periiſſe homines, monumenta fatiſcunt

Mors etiam ſaxis, nominibusq; venit.

Cum] quãdo. Sera dies] tempus aliquãdo venturũ. Hoc] nomen. Secunda mors.] qua nomẽ extinguit. ſicut prima morte vita extincta eſt. Apud Petrarchã lib. Africę ſecundo, Scipionem Africanus hunc in modum alloquitur:

Tranſibunt q; cito, quæ vos manſura putatis;
Vna manere poteſt occaſus neſcia virtus.

m iiii

*Illa viam facit ad ſuperos, hac pergite fortes,*
*Nec defeſſa graui ſuccumbant terga labori.*
*Quod ſi falſa vagam delectat gloria mentem,*
*Aſpice quid cupias, tranſibunt tempora, corpus*
*Hoc cadet, & cedent indigno membra ſepulchro.*
*Mox ruet & buſtum, titulusq; in marmore ſectus*
*Occidet, hic mortem patieris nate ſecundam.*

## ¶Proſa octaua libri ſecundi.

SEd ne me inexorabile contra fortunã bellum gerere putes. Eſt aliquando, cum de hominibus illa fallax non nihil bene mereatur, tum ſcilicet cum ſe aperit, cum frontẽ detegit, moresq; profitet. Nondum forte quid loquar intelligis? Mirum eſt, quod dicere geſtio, eoq; ſententiã uerbis explicare uix queo. Etenim plus reor hoĩbus aduerſam q̃ proſperam prodeſſe fortunã. Illa enim ſemper ſpecie felicitatis cum uidetur blanda, mentitur: hæc ſemper uera eſt, cum ſe inſtabilem mutatione demonſtrat: illa fallit, hæc inſtruit: illa mendacium ſpecie bonorũ mentes fruẽtium ligat, hæc cognitione fragilis felicitatis abſoluit. Itaq; illam uideas uentoſam, fluentẽ, ſuiq; ſemper ignarã: hanc ſobriam, ſuccinctãq;, & ipſius aduerſitatis exercitatione prudentem. Poſtremo felix à uero bono deuios blãditijs trahit, aduerſa plerunq; ad uera bona reducẽs, uelut unco retrahit. An hoc inter minima

æſtimandum putas, ꝙ amicoꝝ tibi fidelium mentes hæc aſpera, hæc horribilis fortuna detexit? Hæc tibi certos ſodalium uultus ambiguosꝗ́ ſecreuit, diſcedēs, ſuos abſtulit, tuos reliqt. Quanti hoc integer & (ut uidebaris tibi) fortunatus emiſſes? Deſine nunc amiſſas opes quærere, quod precioſiſſimum diuitiarum genus eſt, amicos inueniſti.

¶ Hactenus fortunę inconſtantiā, fraudulentiamꝗ̃ ⁊ perfidiam philoſophia detexit, ⁊ in eis muneribꝰ nihil veri boni ineſſe demonſtrauit. nunc ait aduerſam plus hominibus ꝙ̃ proſperā prodeſſe fortunam, cum hęc quidem blāditijs allectos a vero bono fallaciter abſtrahat. illa vero plerunꝗ̃ errantes ad veram beatitudinē quęrendam reducens, velut vnco retrahat. Inexorabile] quod nullis precibus cōponi poſſit. Eſt] euenit. Illa] fortuna. Tum] tunc. Cum] quādo. Geſtio] cupio. Eoꝗ̃] ⁊ ob id. Illa] proſpera fortuna. Rationes adfert, quibus id q̃d dixit, verum eſſe probat. Hęc] aduerſa. Seneca tragicus:

Malam bonæ præferre fortunam licet.

Ventoſum] inconſtantem. Horatius:

Romæ Tibur amem, uentoſus Tibure, Romam.

Fluentem] luxuriantem, diffluentem, vagabundam. Ouidius:

Luxuriant animi rebus plerunq; ſecundis,

Nec facile eſt æqua commoda mente pati.

Suiꝗ̃ ſ. ign] homines enim fortunę ſucceſſibus elati, nimis ſuperbiunt, ſeꝗ̃ ipſos nequaꝗ̃ cognoſcunt. Sobriam] temperantem. Succinctam] cohibitam, non diffluentem. Aduerſitatis exercitatione] Baptiſta Mantuanus libro ſyluarum ſecundo:

Rebus aduerſis agitata uirtus

Creſcit, & robur cruciata longe

Sumit attritu, melius'que terſo

Candicat ore.

Ventoſum.

A vero bono] Diuus Ambroſius in libro de interpellati one: Magna enim illecebra delinquendi eſt, rerum afflu entia ſecundarum. Supina extollit, obliuionem autoris infundit. Mimographus:

Fortuna quem nimium fouet, ſtultum facit.

Baptiſta Mantuanus in prima parthenice:

Eneruare ſolent ſecuras ocia mentes,
Et vitijs vmbrare animas, vt puluis aquoſo
Imbre coit, leuibusq; rapi iam neſcit ab euris.
Sic aduerſa premit ſenſus fortuna rebelles,
Et cogit parere deo, morbosq; latentes
Pellit, & ardentes in pectore mitigat æſtus.
Vt ſale conſperſo longos ſeruantur in vſus
Viſcera, nec lędi ſanie, nec tempore poſſunt,
Sic duris animi rebus firmantur, & omnem
Abijciunt peſtis cauſam, ſors aſpera tutum
Prębet iter, via ſidereas hæc ducit in arces.

Amicorum fidelium] Ennius:

Amicus certus in re incerta cernitur.

Hinc nos hunc verſiculum luſimus,

Rebus in incertis certus ſpectatur amicus. Ouidius
Scilicet vt fuluum ſpectatur in ignibus aurum,
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.

Suos] ſodales. ij enim qui fortunam ſequuntur, non veri ſunt amici, ſed ſodales et fortunę comites. Integer] nondum lęſus, nondum rebus tuis ſpoliatus. Deſine] pulchra concluſio eſt ex contrarijs ornatum ducens. Amicos inueniſti] Nunc enim nouercante fortuna veros tuos amicos cognoſcis. Argumentum enim verę amicitię eſt, non deſerere amicum tempore aduerſitatis.

## Metrum octauum libri ſecundi.

QVod mundus ſtabili fide
Concors uariat uices,
Quod pugnantia ſemina

Fœdus perpetuum tenent,
Quod Phœbus roſeum diem
Curru prouehit aureo,
Vt quas duxerit Heſperus,
Phœbe noctibus imperet,
Vt fluctus auidum mare
Certo fine coerceat,
Ne terris liceat uagis
Latos tendere terminos,
Hanc rerum ſeriem ligat,
Terras ac pelagus regens,
Et cælo imperitans amor.
Hic ſi frena remiſerit,
Quicquid nunc amat inuicem,
Bellum continuo geret:
Et quam nunc ſocia fide
Pulchris motibus incitant,
Certent ſoluere machinam.
Hic ſancto populos quoque
Iunctos fœdere continet,
Hic & coniugij ſacrum
Caſtis nectit amoribus,
Hic fidis etiam ſua
Dictat iura ſodalibus.
O felix hominum genus,
Si ueſtros animos amor,
Quo cælum regitur, regat.

Carmen eſt Glyconicum, ſimile ſexto primi libri. Eo docet, amore omnia coniungi, totiuſq; mundi conſtare concordiam. amore quoq; populos fœdere cõiunctos amore cõiuges & amicos conuenire. Franciſcus Philelphus in ſatyris:

Omnia perpetuo firmat concordia nexu.
Quicquid amor iungit, ſeclum perdurat in omne.

Claudianus ad Honorium:

Non ſic excubiæ, nec circunſtantia pila,
Quam tutatur amor, non extorquebis amari,
Hoc alterna fides, hoc ſimplex gratia donat.
Nonne vides operum qui ſe pulcherrimus ipſe
Mundus amore ligat? nec vi connexa per æuum
Conſpirant elementa ſibi, qui limite Phœbus
Contentus medio, contentus littore pontus,
Et qui perpetuo terras, ambitq; vehitq;,
Nec premat incumbens oneri nec ceſſerit aer?

Ut Plato docet in Timeo, Mundus ſeipſum amicitia concordi complectitur, atq; ita apte cohæret, vt nequeat diſſolui vllo modo, niſi ab eodem a quo eſt colligatus. Mundus latine a puritia vocat, cęlum a celatura. grece ab ornatu κόσμος. C. Plinius libro ſecundo: Quem κοσμὸν greci nomine ornamẽti appellauerũt, eum & nos a perfecta abſolutaq; elegantia mundum. Cęlum quidẽ haud dubie cęlati argumento dicimus. vt interpretatur M. Uarro. Stabili fide] perpetua cõſtantia. Uices] permutationes. Semina] elemẽta. Plinius libro ſecundo capite quinto: Nec de elementis video dubitari quatuor ea eſſe, ignium ſummum, inde tot ſtellarum collucentiũ illos oculos. proximũ ſpiritus, quẽ greci noſtri eodẽ vocabulo aera appellant, vitalẽ hunc, & per cuncta rerum meabilem, totoq; conſertum. Cuius vi ſuſpenſam cum quarto aquarum elemento librare medio ſpatij tellurem. Ita mutuo complexu diuerſitatẽ effici nexum, & leuia ponderibus inhiberi, quo minus euolent. Contraq; grauia, ne ruant, ſuſpẽdi, leuibus in ſublime tendentib9. Sic pari in diuerſa niſu vi ſua queq; conſiſtere, irrequieto mundi ipſius conſtricta circuitu, quo ſemper in ſe cu-

Mundus Cælum

Elementa quatuor

rente, imam atq; mediam in toto terram, eandemq; inuerſo cardine ſtare pendentẽ, libràtem per quę pendeat. Ita ſolam immobilẽ, circa eam volubili vniuerſitate, eandemq; ex omnibus necti, eidemq; omnia inniti. Pugnantia.] cõtraria. Fœdus ꝑpetuũ] perpetuã pacẽ. Ouid.

Diſſociata locis concordi pace ligauit

Manilius aſtronomicon libro primo:

Hoc opus immenſi conſtructum corpore mundi,
Membra'que naturę diuer ſa condita forma
Aeris, atq; ignis, terræ, pelagi'que iacentis.
Vis animæ diuina regit, ſacro'que meatu
Conſpirat deus, & tacita ratione gubernat,
Et multa in cunctas diſpenſat fœdera partes,
Altera u erius uires, faciat'que ferat'que,
Summa'que per uarias maneat cognata figuras.

Idem libro tertio:

Fata regunt orbem, certa ſtant omnia le
Longa'que per certos ſignantur tempora curſus.

Phœbus] ſol. Roſeum] pulchrum, fulgidum, rubicundum. Aureo] lucido, claro, illuſtri. Quas] noctes. Duxerit heſp.] Heſperus dux noctis eſt, nam eam pręcedit, cum veſperi ſolis occaſum ſubſequitur. Phœbe] luna. Auidum] cupidum & vorax. Coerceat.] cohibeat. Uagis] pręſcriptum finem tranſeuntibus. Tendere] extendere. Seriem] connexionem, continuatã progreſſionem. Pelagus] mare. Imperitans] imperans. Hic] amor. Frena remiſerit] regimen & moderationem deſeruerit. Tranſlatio eſt ſumpta ab ijs, qui frenis equos cohibent. Continuo] mox, abſq; dilatiõe. [illegible]cia fide] mutua cõcordia. Incitant] mouent. Certent] certatim cõtendant. Soluere] diſſoluere, corrũpere. Machinam] mundi corpus. Hic] amor. Sanctos] iuſtos, pacis amantes, Chriſti ſanguine confirmatos. Uel ſanctos, factis ſacris, & iuramentis pręſtitis cõſociatos. Et] etiã Coniugii] matrimonii. Sacrũ] ſacramentum. Caſtis amoribus.] pudicis affectibus amatorijs. Triplex eſt amor. Turpis quidem ſolam corporis voluptatem ſequitur, ideoq; brutorum paſſio eſt.

Heſperus.

Amor triplex.

Generoſus vero mundum reſpicit animum. ad virtutis officia promptum. Medius vtranq; diligit tũ corporis, tũ animi pulchritudinem. Dictat] preſcribit. ſuggerit. Fidis ſoda.] verę amicę. O.f.h.g.] ſubintellige eſſes. Si amor quo cęlum regitur, regat animos veſtros.i. hominum animos. Felices(inquit vos homines eſſetis, ſi per amorem tanta foret inter vos concordia, quãta eſt in rebus cęleſtibus. Uerum vt ait poeta,

Lege deum minimas rerum diſcordia turbat,
Pacem ſumma tenent.

# SEVERINI BOETHII DE conſolatione philoſophiæ liber tertius.

## ¶Proſa prima libri tertii.

IAm cantum illa finierat, cum me audiendi auidũ ſtupẽtemq; arrectis adhuc auribus carminis mulcedo defixerat. Itaq; paulo poſt, o inquam ſummum laſſorum ſolamen animorum, quantum me uel ſententiarum pondere, uel canendi etiam iucunditate refouiſti, adeo ut me iam poſthac imparem fortunæ ictibus non arbitrer. Itaq; remedia, quæ paulo ante acriora eſſe dicebas, non modo non perhorreſco, ſed audiendi auidus uehementer efflagito. Tum illa: Senſi, inqt, cum uerb[a] noſtra tacitus attentusq; rapiebas, eumq; tu[æ] mentis habitum uel expectaui, uel (quod e[ſt] uerius) ipſa perfeci. Talia ſunt quippe, qu[æ] reſtant, ut deguſtata quidem mordeant, inte-

rius autem recepta,dulceſcant. Sed ꝙ tu te audiendi cupidum dicis, quanto ardore flagrares,ſi quonã te ducere aggrediamur,agnoſceres? B.Quonam inq̃? P. Ad uerã,inquit, felicitatem, quã tuus quoq; ſomniat animus, ſed occupato ad imagines uiſu ipſam illam non poteſt intueri.B. Tum ego: fac obſecro, & quæ ſit illa uera, ſine cunctatione demonſtra. P. Faciam,inquit illa, tui cauſa libenter. ſed quæ tibi cauſa notior eſt, eam prius deſignare uerbis atq; informare conabor: ut ea pſpecta,cũ in contrariã partẽ flexeris oculos, ueræ ſpecimen beatitudinis poſſis agnoſcere.

## IOHANNIS MVRMELLII in tertium Boethij de conſolatione philoſophiæ librũ cõmentarius.

SEcundo volumine fallaces fortunę mores Philoſophia luculẽtis verbis aperuit, eiuſq; munera vera bona nõ eſſe demõſtrauit. Hoc aũt tertio falſę felicitatis formã deſcribit, & deiñ cõtrariã illi verę beatitudinis pulchritudinẽ inducit, & vbi cõſiſtat, q̃dq; vnũ ſit ſummũ bonũ: itẽ q̃d deus,beatitudo, & ſummũ bonũ nõ differãt,luculẽtis rationib⁹ oñdit. Preterea docet, eũ q̃ beatitudinẽ ſit aſſecut⁹, ſimul ſufficiẽtiã, reuerẽtiã, potẽtiã,celebritatẽ,lętitiã eſſe cõſecutũ. Ad hęc oñdit horũ noim, quis voce differãt,ſufficiẽtia,reuerẽtia,potẽtia,celebritas,lętitia, tñ vnã eãdemq; eſſe vim. Unde hoim error liq̃do dephẽdit, q̃ tanq̃ ea differãt, vnũ illorũ pter cętera ducũt expetendũ. Et in diuerſis ſuã felicitatẽ cõſtituũt, in q̃b⁹ minime inueniri poteſt. Alii nanq; in opibus,alii in dignitatib⁹, alii in regnis multi in gloria,plurimi in voluptate beatitudinem ſe adepturos exiſtimant, ſed falluntur, quãdo-

quidem nec opibus ſufficientia, nec dignitatibus reuerētia, nec regnis potentia, nec glorię nominis immortalitas, nec voluptati ſyncera lętitia contingere poteſt. Sic cum longe diuerſa ſentiant, & in felicitate inueſtiganda mortales aberrent a vero bono, nihilo tamen minus in ſummo bono appetendo conueniunt omnes, atq; conſentiunt. Quo fit, vt vnus rerum ſit omnium finis deus, cum beatitudo ſummũ bonũ, & deus nomina q̃dē diuerſa, res vero ſit vna. Sic autem Boethio in mentem reuocatur id, quod ex tribus ante ſe confeſſus eſt ignorare, puta quis rerum finis ſit omnium. Auidum] cupidũ. Stupentem] mirantem. Mulcedo] ſuauitas, delinimentum, delectatio a mulcendo. Diuus Cyprianus ad Donatum: Prolectet auris religioſa mulcedo: Uſus eſt et hac dictione Sidonius Apollinaris in epiſtolis ſuis. Defixerat.] attentum reddiderat. Laſſorum fatigatorum] curis & doloribus confectorum. Solamen] conſolatrix. Refouiſti] recreaſti. Adeo] in tantum. Imparem] reſiſtere non potentem. Non perhor.] non reformido. Efflagito] expeto. Senſi] cognoui te audiendi auidum acriora remedia vehemēter efflagitare. Habitum] affectionem, diſpoſitionē. Quę reſtant] remedia quę reliqua ſunt. Flagrares] arderes. Quonam] quo, ad quid. Somniat] veluti per ſomnium imaginatur et coniectat. Ad imagines] ad ſpecies felicitatis. Ipſam illã] veram felicitatē. Sine cunctatione] abſq; mora. Specimen] exemplum, formam, probationem.

Mulcedo.

## Metrum primum libri .III.

QVi ſerere ingenuum uolet agrum,
Liberat arua prius fruticibus,
Falce rubos filicem'q; reſecat,
Vt noua fruge grauis Ceres eat.
Dulcior eſt apium mage labor,
Si malus ora prius ſapor edat.
Gratius aſtra nitent, ubi notus

Deſinit imbriferos dare ſonos.
Lucifer ut tenebras pepulerit,
Pulchra dies roſeos agit equos.
Tu quoq; falſa tuens bona prius,
Incipe colla iugo retrahere.
Vera dehinc animum ſubierint.

¶ Carmen eſt Ithyphallicum, dactylicum, tetrametrum, acatalectum, conſtans tribus dactylis et pyrrichio. Scanditur autem hoc modo:

Qui ſere, ringenu, um uolet, agrum.

Terentianus hoc metri genus phaliſcũ nominat, cũ ait:

Talia dicta phaliſca legimus.

Quatuor autem ſimilitudinibus eleganter probat prius falſę beatitudinis ſpeciem verbis eſſe deſignandam, vt poſtea verę forma cõmodius poſſit agnoſci. Qui ſerere] Prius (inq̃t) noxię herbę & frutices extirpãdi ſunt, q̃ ſemina telluri credenda. Fauſtus Andrelinus:

Peſſima ſolicito uellenda eſt herba colono,
Ne pereat ſola plurima labe ſeges.

Diuus Hieronymus: Ager ſpinoſus niſi ante cultoris labore fuerit extirpatus, non nutrit in ſe iacta ſemina, ſed ſuffocat. Serere.] ſeminibus implere. Ingenuum.] fertilem. Fruticibus] frutices medii ſunt inter arbores & herbas. Nam & minores arboribus ſunt, nec hyeme vt herbę areſcunt. Filicem] Filix herba eſt vulgo nota, ſegeti cum primis noxia. Horatius:

Frutices.

Filix.

Neglectis vrenda filix innaſcitur agris.

Ceres] ſeges. Et licenter hic vltimam corripuit, vt Horatius in arte poetica palus, eſt enĩ natura longa. Verg. Ceres.

Flaua Ceres alto nequiquam ſpectat olympo.

Fortaſſe Boethius ſcriptum reliquit ſeges, cum ex altera dictione in alteram facilis ſit prolapſus. Eſt autem ordo: Ut noua Ceres eat .i. proueniat grauis, id eſt plena fruge. Ceres dicta eſt frugum dea tanq̃ geres, prima litera mutata. Apium labor.] mel. Mage] ma-

gis. Malus ſapor.] amaritudo. Sic Hieronymus: Amaritudo pręcuntis doloris, cõmendat amplius gaudia ſecutura. Claudianus:

Semperq; viciſſim
Gaudia præmiſſi cumulant inopina dolores,
Commendat placidum maris inclementia portum.

Edat] mordeat, cruciet. Aſtra] ſtellę Ubi] poſtq̃. Notus] auſter. Imbriferos] imbrem afferẽtes. Ut] poſtq̃. Roſeos] rubicũdos ob auroram. Agit] producit. Tuens] intuens Iugo] ſeruituti. Retrahere] ſubducere. Uera] ſubaudi bona. Subierit] ſubibũt.

## Proſa ſecunda libri. III.

TVm defixo paululum uiſu, & uelut in anguſtam ſuæ mentis ſedem recepta, ſic cœpit: Omnis mortalium cura quam multiplicium ſtudiorum labor exercet, diuerſo quidem calle procedit, ſed ad ũnum tamen beatitudinis finem nititur peruenire. Id autẽ eſt bonum, quo adepto, nihil ulterius deſiderari queat. Quod quidẽ eſt omnium ſummũ bonorum, cunctaq́ intra ſe continens bona. Cui ſi quid abforet, ſummum eſſe nõ poſſet, quoniam relinqueret extrinſecus q̃d poſſet optari. Liquet igitur, eſſe beatitudinem ſtatũ bonorum omnium aggregatione perfectum. Hunc, uti diximus, diuerſo tramite mortales omnes conanẽ adipiſci. Eſt ẽm mẽtibus hoĩm ueri boni naturaliter inſerta cupiditas, ſed ad falſa deuius error abducit. Quorum quidem alij ſummum eſſe bonum nihilo indigere cre-

dentes,ut diuitijs affluant,elaborant. Alij uero bonum quod ſit digniſſimum ueneratiōe, iudicantes, adeptis honoribus, reuerendi ciuibus ſuis eſſe nituntur. Sunt qui ſummū bonū in ſumma potētia eſſe cōſtituant,hi uel regnare ipſi uolunt,uel regnātibus adhęrere conantur. At quibus optimū quiddā claritas uidet,hi uel belli uel pacis artibus glorioſum nomen propagare feſtinant. Plurimi uero boni fructum gaudio lætitiaq́ metiuntur, hi feliciſſimum putant uoluptate diffluere. Sunt etiam qui horū fines cauſasq́ alterutro pmutent, ut qui diuitiás ob potentiā uoluptatesq́ deſiderant, uel qui potentiam ſeu pecuniæ cauſa, ſeu proferendi nominis petunt. In his igitur cæterisq́ talibus humanorū actuum uotorumq́ uerſatur intentio,ueluti nobilitas fauorq́ popularis, quæ uidentur quandā claritudinem cōparare,uxor ac liberi,qui iucunditatis gratia petuntur. Amicorum uero q̄d ſanctiſſimum quidem genus eſt, non in fortuna,ſed in uirtute numeratur. Reliquum uero uel potentiæ cauſa,uel delectationis aſſumitur. Iam uero corporis bona promptum eſt, ut ad ſuperiora referantur. Robur enim magnitudoq́ uidentur præſtare ualentiam, pulchritudo atq́ uelocitas celebritatem, ſalu-

bricas uoluptatem. Quibus omnibus ſolam beatitudinem deſiderari liquet. Nam quod quiſq; præ cæteris petit, id ſummum iudicat eſſe bonum, quod eſſe beatitudinem definimus. Quare beatum eſſe iudicat ſtatum, quē præ cæteris quiſq; deſiderat. Habes igitur ante oculos propoſitam fere formā felicitatis humanæ: opes, honores, potentiam, gloriā, uoluptates. Quæ quidem ſola conſiderans Epicurus, conſequenter ſibi ſummum bonū uoluptatem eſſe conſtituit, eo quòd cætera omnia iucunditatem animo uideantur afferre. Sed ad hominum ſtudia reuertor, quorū animus etſi caligante memoria, tamē bonum ſummum repetit: ſed uelut ebrius, domum quo tramite reuertatur, ignorat. Num enim uidentur errare hi, qui nihilo indigere nituntur? Atq; nō eſt aliud q̃d æque perficere beatitudinē poſſit, q̃ copioſus bonorū oīm ſtatus, nec alieni egens, ſed ſibi ipſi ſufficiens. Num uero labuntur hi, qui quod ſit optimū, id etiā reuerentiæ cultu digniſſimum putant? Minime. Neq; enim uile quiddā contēnendumq́; eſt, quod adipiſci oīm fere mortaliū laborat intētio. An in bonis nō eſt numerāda potentia? Quid igit? Num imbecillū ac ſine uiribus æſtimandū eſt, q̃d oībus conſtat eſſe prę ſtan-

tius? An claritudo nihili pendenda eſt? Sed ſequeſtrari nequit, quin omne quod excellentiſſimum ſit, id etiam uideatur eſſe clariſſimũ. Nam non eſſe anxiam triſtemq́ʒ beatitudinẽ, nec doloribus moleſtijsq́ʒ ſubiectam, quid attinet dicere, quando in minimis quoqʒ rebus id appetit, quod habere fruiq́ʒ delectet? Atqui hæc ſunt quæ adipiſci homines uolũt, eaq́ʒ de cauſa diuitias, dignitates, regna, gloriam uoluptatesq́ʒ deſiderant, ꝙ per hæc ſibi ſufficientiam, reuerentiam, potentiam, celebritatem, lætitiam credũt eſſe uenturam. Bonum eſt igitur, quod tam diuerſis ſtudijs homines petunt. In quo quanta ſit naturæ uis, facile mõſtratur, cum licet uariæ diſſidẽteſq́ʒ ſentẽtię, tamẽ in deligẽdo boni fine cõſentiũt.

¶ Docet natura mortales omnes ſummum bonum petere, & beatitudinem ſectari vijs quidem diuerſis, eoſqʒ varijs erroribus ab illa turpiter abduci, dum in diuitijs, dignitatibus, regnis, gloria, & voluptatibus felicitatẽ ſe adepturos opinãtur, quod fieri minime poteſt. Tũ] deinde. Defixo] Exprimit geſtũ hominis rem quãpiã penitiſſima ſpeculatione meditantis. Defixo] demiſſo, & in eundem locum coniecto. Vergilius:

Conſtitit & Libyę defixit lumina regnis.

Mortaliũ] hominũ. Multiplicium ſtudiorũ] Terent.

Quot homines, tot ſententiæ:

Suus cuiqʒ mos eſt. Perſius:

Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor vſus.

Velle ſuum cuiqʒ eſt, nec voto viuitur] vno.

Horatius in ſermonibus:

Caſtor gaudet equis, ouo prognatus eodem,

Pugnis, quot capitum viuunt, totidem ſtudiorum Millia.

Idem primam omnium odam huius argumento ſententię cōſcripſit, alius ſtudijs alios duci, alius alia cordi eſſe. Euripides in Hippolyto coronato:

Alijs alia placent. Homerus in odyſſea:

Nanq; alijs alię res arridentq; placentq;.

Plinius iunior: Varia ſunt hominum iudicia, varię volūtates. Hermannus Buſchius Paſiphilus noſter amicus:

Non hominum par eſt ſtudium, non vna voluntas.

Et fruitur voto quilibet vſq; ſuo.

Sed ad v.t.b.f.n.p.] Diuus Aurelius Auguſtin⁹ libro de ciuitate dei decimo, capite prim. Omnium certa ſententia eſt, q ratione quoquo modo vti poſſunt, beatos eſſe omnes homines velle. Qui aūt ſint, vel vnde fiant, dum mortaliū quęrit infirmitas multę magnęq; controuerſię concitatę ſunt, in quibus philoſophi ſua ſtudia & ocia cōtriuerunt. Hactenus Auguſtinus. Nos autem iuuenta quondam ſatis audaces, hunc locum verſiculis expreſſimus libro moralium elegiarum quarto, quos hic apponere libitum eſt.

Clare Moderſoni, qui conſuetudine dulci

Docta ſimul mecum cudere verba ſoles:

Cernis, ut ad finem cuncti contendimus unum

Quàm uarijs uitæ conſilijsq; uijs.

Hic inhiat gazis, congeſto pauper in auro,

Diuitijsq; putat pulchrius eſſe nihil.

Ille ſibi magnos petit ambitioſus honores,

A uenerabundis gaudet ubiq; coli.

Sunt quibus eſſe bonum præclara potentia uiſa eſt,

Quos iuuat innumeris imperitare uiris.

Hi ſe uel reges optant, uel regibus addi,

Omnibus & uotis plurima poſſe petunt.

Sunt quos dilatæ delectat gloria famæ,

Hi clarant nomen qualibet arte ſuum.

Implicat illecebris fallax pleroſq; uoluptas,

Qui nimio ſtudio delicioſa petunt.
Pars hominum florent, quibus eſt ſapientia cordi,
Et qui ſe rerum cognitione beant.
Nonnulli tanꝗ finem ſectantur honeſtum,
Pro uirtute quibus uix datur umbra boni.
Nam dum prudentes per ſe iuſtiq; uideri
Conantur, pereunt, præ'que tumore crepant.
Hic certe nemo dicetur iure beatus.
In cæli ſummum permanet arce bonum.
Illud in æterna pax eſt (ut ſentio) uita,
Ipſe uel exundans fons bonitate deus.
Illuc iuſtitię gradibus nitamur amice.
Qui fruitur tali, nil cupit ille, bono.

Id] is finis beatitudinis. Quis] aliquis. Adepto] comparato. Abforet] deeſſet. Liquet] cõſtat, perſpicuũ eſt. Beatitudinẽ. ſt.] Ponit beatitudinis definitionem huiuſmodi: Beatitudo eſt ſtatus bonorum omnium aggregatione perfectus. Speuſippus in libro de Platonis definitionib⁹ hęc tradit huic bene cõuenientis. Beatitudo eſt bonum ex bonis omnibus accumulatum. poteſtas ad bene viuendum ſe ipſa ſufficiens, perfectio ſecũdum virtutem, ſufficiens vitę commoditas. Beatitudo et beatitas in eodem ſignificato dicuntur. Ciceroni vero vtrunqꝫ omnino durũ viſum eſt vocabulũ, ſed vſu molliendũ. Auguſtinus lib. de ciuit. dei. 5. cap. 1. Quoniã conſtat oĩm rerũ optandarũ plenitudinẽ eſſe felicitatẽ. Quibus ex ṗbis ſumit hęc finitio. Felicitas eſt omniũ rerũ optãdarũ plenitudo. Philippus Beroaldus: Magna res eſt viri ornatiſſimi. & omĩb⁹ hoĩs omĩũ votis expetita felicitas. huc tẽdũt cunctorũ vota mortaliũ, hęc eſt ſumma rerũ expetendarũ. felicitate terminant noſtra deſideria. Cui felicitas adeſt. huic nihil prorſus deeſt. Inueniunt q̄ regna nõ optẽt, q̇ vero felicitatẽ repudiet, nullus exiſtit, nemo eñ nõ felix eſſe vult nemo nõ felicitatẽ ſummũ bonorũ eſſe cõſentit. Cic. in. 5. de fini. Beate eñ viuendi cupiditate incenſi omnes ſumus. Diuus Auguſtinus libro de ciuitate dei quarto, capite xxiij. Potior eſt felicitas regno. Nemo eñ dubitat facile inueniri hominẽ, q̇ ſe

Beatitudo. Beatitas. Felicitas quid ſit.

timeat fieri regē. Nullus aūt inuenit, q̄ ſe nolit eſſe felicem. Naturaliter iuſerta] per naturā ſeu a natura inſita. Natura (vt ait Cicero tuſculanarū queſtionū libro tertio) paruulos nobis dedit igniculos quos celeriter malis morib⁹ opinionibusq̧ deprauatis ſic extinguim⁹, vt nuſq̄ nature lumen appareat. Sunt enī ingenijs noſtris ſemina innata virtutū, que ſi adoleſcere liceret ipſa nos ad beatam vitam natura pduceret. Nunc aūt ſimul atq̧ editi in lucē: ſuſcepti ſumus, in omi cōtinuo prauitate, ⁊ in ſumma opinionū puerſitate verſamur vt pene cū lacte nutricis errorē ſuxiſſe videamur. Quorum quidē alij] Ponit diuerſa in ſummo bono querendo mortalium ſtudia. Affluant] abundent. Adeptis] comparatis. A vbo deponēti participiū pteriti tēporis paſſiua ſignificatione poſuit. Regnātib⁹ adhe] Seneca in Hercule (Oetęo:

Cupit hic regi proximus ipſi
Clarusq̧ altas ire per vrbes.

Claritas] nominis celebritas, famę nobilitas. Plinius epiſtolarū lib. viij: Alius aliud, ego beatiſſimū exiſtimo, q̄ bonę māſuręq̧ famę pſumptiōe pfruit, certusq̧ poſteritatis cū futura gloria viuit. Propagare] proferre, extendere. Plurimi vero] In hanc ſententiā agminatim pedibus eunt docti pariter ⁊ indocti, voluptatē ſtudioſe ſectantes. Legat de his bonorū finibus Ariſtoteles in primo ethicorū, Cicero de finibus bonorū ⁊ malorū. Auguſtinus libro de ciuitate dei decimo, ⁊ Philippus Beroald⁹ in opuſculo de felicitate. Sunt q̄ etiā] Senſus eſt. Sunt q̄ qd ex his petūt, non ob id ipſum, ſed ,ppter alterū petūt: vt hi diuitias ob potentiā aut voluptates concupiſcunt, illi potentiā propter pecuniā vel nominis claritudinē appetūt. Ouidius:

Creuerunt & opes, & opum furioſa libido,
Et cum poſſideant plurima, plura petunt.
Quęrere vt abſumant, abſumpta requirere certant,
Atq̧ ipſę vitijs ſunt alimenta vices.

Sunt] ſubaudi nonnulli. Horū] bonorū. Alterutro] ex duob⁹ altero. In his] diuitijs, dignitatib⁹, potētia gloria, voluptate. Cęterisq̧ talib⁹.] reliq̄s eiuſmodi, vt in nobilitate fauoreq̧ populari, re vxoria et liberis, amicis, itē ac bonis, q̄ facile poſſunt ad ſuperiora referri.

Uotorum] cupiditatum, optionum, appetitionum. Nobil f.q p.] ſubintellige ſunt. Potuiſſet autem ea ponere caſu ſeptimo, ſed vti nominatiuo malult, ob relatiuũ quod eodem caſu ſubiunxit. Fauor popularis] populi fauor. Liberi] proles. Amicorum vero] Ut Ariſtoteles ethicorum libro octauo docet. Tres ſunt amicitię ſpecies. honeſta, vtilis atq; iucunda. Amicitię autem ob vtilitatem atq; voluptatē, non per ſe, ſed per accidens ſunt amicitię, & facile diſſolui queũt. Bonorum vero amicitia, probitate virtuteq; ſimilium perfecta eſt amicitia & iugis atq; permanens. Et hęc eadē maxime amicitia, atq; optima amicitia eſt. Idem ſecũdo libro magnorum moraliũ: Conſtantiſſima igitur ac ſtabiliſſima & honeſtiſſima, quę ineſt probis amicitia: quippe quod propter virtutē, ac per ſe bonum. Nam virtus incommutabilis, & quę per eam conciliatur amicitia, conſtantiſſima eſt: at quę ex cõmodo, ſtabilis non eſt amicitia, quippe quę cõmodo elabitur. ſimiliter etiā quę propter voluptatem. Optimorũ igitur amicitia quę per virtutem excitata eſt: multorum autem, quę propter cõmodum, & quę propter voluptatē, in oneribus quęq; obueniunt. Uel potentię] Amicitia vtilis vel pōtētię vel etiā diuitiarũ gratia aſſum: & iucunda vero, delectatiõis gratia. Jam vero corporis bona] Oſtēdit quemadmodum bona corporis ad ſuperiora referant: Academici, id eſt, Platonici & Peripatetici, id eſt, Ariſtotelici, tria genera bonorũ eſſe tradiderunt, ex quibus felicitas perficeret. Prima, animi bona, vt virtutes & doctrinas. Secunda corporis, vt ſanitatem, robur, magnitudinem, pulchritudinem, velocitatem, ſenſuum integritatem. Tertia externa, quę fortunę aſſcribũtur, vt diuitias, honores, potentiā, autoritatē, gloriam. Pręſtare] conferre. Ualentiam] potentiam. Pulchritudo] Corporis pulchritudo eſt partium congruentia cũ quadam coloris ſuauitate, vt docet Aurelius Auguſtinus libro de ciuitate dei vltimo. Celebritatem] hominis pręclaram frequentiam. Salubritas] ſanitas. Prę cęteris] ante alia bona. Epicurus] philoſophus Athenienſis ſummũ bonum, non (vt Ariſtippus) in voluptate corporis, ſed animi & doloris vacuitate ponebat, de quo lege Laertium. Caligante] deficiēte, & quaſi caligine ac tenebris obducta. Num em̄ v.er.hi.] Oſtendit homines nõ falli in boni cupiditate, ſed in eius acquiſitione

Tres amicitiæ ſpecies

Tria bonorũ genera

Pulchritudo

Epicurus Athenieñſis

Quæ canit altis garrula ramis
Ales, caueæ clauditur antro:
Huic licet illita pocula melle
Largaſq; dapes dulci ſtudio
Ludens hominum cura miniſtret,
Si tamen arcto ſaliens tecto,
Nemorum gratas uiderit umbras,
Sparſas pedibus proterit eſcas,
Syluas tantum mœſta requirit,
Syluis dulci uoce ſuſurrat.
Validis quondam uiribus acta,
Pronum flectit uirga cacumen.
Hanc ſi curuans dextra remiſerit,
Recto ſpectat uertice cælum.
Cadit heſperias Phœbus in undas,
Sed ſecreto tramite rurſus
Currum ſolitos uertit ad ortus.
Repetunt proprios quæq; recurſus,
Redituq; ſuo ſingula gaudent.
Nec manet ulli traditus ordo,
Niſi quod fini iunxerit ortum,
Stabilemq; ſui fecerit orbem.

Carmen eſt anapeſticum, ſimile illi:

O ſtelliferi conditor orbis,

quo quanta ſit naturę vis, oſtēditur multis eiſdemq; cō-
uenientiſſimis ſimilitudinib', & q̄d nihil ſuę naturę poſſit
oīno obliuiſci. Unde ꝓbat hominis originē cęleſtē eſſe, &
a ſummo bono ꝑfectā: nec q̄eſcere, niſi eo fuerit reuerſa.

Eſt antē ordo. Placet] ſubaudi mihi. Promere] pfer re in lucē & euidenter enunciare. Lentis fidibus] flexi bilibus chordis lyrę. Arguto] hoc eſt, ſonoro cantu. Quantas habenas] id eſt, moderationes rerum. Potēs natura flectat] .i. dirigat. deeſt. &. Quibus legibus] .i. conditionibus & pactis. Prouida ſeruet immenſum orbē & ligās ſtringat] id eſt, connectat. Singula irreſoluto nexu] hoc eſt, indiſſolubili colligatiōe. Habena proprie eſt retinaculum equi quod equus ea habeatur, id eſt, te neatur. Natura] dicta eſt ab eo quod naſci aliquid fa ciat. Hanc quidam deum eſſe dixerunt, a quo omnia ſunt creata. Seneca lib. quarto de beneficijs: Quid eſt aliud eſt natura, q̄ deus, & diuina ratio toti mūdo & partibus eius inſerta? Accipitur interdum pro vi naturali, & pro genitalibus tam virilibus q̄ foemineis. Natura itē pro forma ſeu eſſentia capitur. Philoſophi naturā hūc in mo dum definiunt: Natura eſt principium & cauſa mouendi & quieſcēdi eius in quo eſt primū, per ſe, & non ſecundū accidens. Definitur & ſic: Natura eſt vis inſita rebus, ex ſimilibus ſimilia procreans. Quamuis poeni] Leonum exemplo quanta ſit vis naturę, demonſtrat. Poeni] Li byci, Marmarici. Trucem magiſtrum] crudelem & pla goſum manſuefactorem. Ferre] pati. Horrida] terri bilia. Ora] leonum. Reſides] latitantes, quieſcētes, ſegnes. Reſes] qui reſidet, quieſcens, ſegnis, ocioſus. Vergilius libro 6.

Habena

Natura

Reſes

Ocia qui rumpet patriæ reſidesq; vocabit
Tullus in arma viros.

Olim] iamdiu. Animi] feritatis impet⁹, naturales ad ſeuiendum effectus. Fremitu] rugitu. Graui] horri bili, magno. Meminere] memores ſunt. Sui] naturę ſuę. Laxant] liberant. Nodis] vinculis. Lacer] laceratus. Domitor] manſuefactor. Imbuit rabidas iras] initium ſeuiēdi prębet efferatis leonibus. Martia lis libro ſecundo.

Verbera ſecuri ſolitus leo ferre magiſtri,
In ſertamq; pati blandus in ora manum,
Dedidicit pacem ſubito feritate reuerſa,
Quanta nec in Libycis debuit eſſe iugis.

Quę canit] Auiculę in cauea concluſę probat exemplo,

naturę vim eſſe maximam. Ramis] deeſt. in. Ales] auis. Caueę] Cauea eſt foſſa ſubterranea, ſuperne tecta. Accipitur pro ferarum receptaculo. Martialis:

Exeat e cauea ne male paſtus aper.

Caueę item dicuntur, ſepta ex ligno ſiue eboꝛe aut alia materia, in quibus auiculas tenemus. Ouidius libro pꝛimo de ponto: Cauea

Cum bene ſint clauſæ cauea Pandione natæ,
Nititur in ſyluas quæq; redire ſuas.
Aſſuetos tauri ſaltus, aueta leones
(Nec feritas illos impedit) antra petunt.

Huic] aliti. Largas dapes] abundātes eſcas. Dapes ſunt magnifici & opipari apparatus. Martialis:

Illa quidem lauta eſt, dapibusq; inſtructa ſuperbis.

Dapes hominum, eſca tam bꝛutoꝛum animalium q̄ʒ homi num. Sed Boethius iam recte dixit dapes, vt rem vehe menter augeret. Plerię enim tanto ſtudio ſuis auiculis eſcam exquiſitiſſimā miniſtrant, vt non auibus, ſed hominibus delicatiſſimis ſeruire videantur. nihilominus ſi facultas detur malint illę (tanta naturę vis eſt) in ſyluas euolare. Arcto recto] in anguſta cauea. Mœſta] triſtis, quod incluſa nō poſſit euolare. Syluis] ad ſyluas, & ſyluarum deſiderio. Ualidis ] per virgę naturalem vim ea quę dixit, confirmat. Quondam] aliquando. Acta] mota, incuruata. Pronum] inclinatum. Flectit] flecti patitur. Hanc] virgā Recto] erecto ſtante incuruationem. Conſimiliter dixit Hoꝛatius in [...]olis: Dapes Eſca

[...]uram expellas furca, tamen vſque recurrit.

Du[...] (vt videtur) a ramis metaphoꝛa. qui furca toꝛquētur alio q̄ʒ natura poſuerat. Qua ſublata, rurſum vergunt eodē quo pꝛius. Cadit] occidit Addit ſolis exēplum, ex oꝛtu in occaſum tendētis, & rurſus clam nobis per inferius hemiſphęrium in oꝛientem recurrētis. In heſperias vndas] in occidentalē oceanum. loquitu[...]o re poetarum ex vulgi opinione. Repetunt] Conc[...] vniuerſali ſententia, res omnes in naturalem oꝛigi[...] reuerti, & ſuo quanq; reditu delectari, vt dixit ille:

Ortus quæq; ſuos repetunt, matremq; requirunt.

Cum igitur hominis animus ſit a ſummo bono creatus, beari non poteſt, niſi diuina gratia ei reconcilietur, & in id per id ipſum reducatur. Niſi q. f. i. o.] niſi ei quod naturalem & originis ſuę proprium finem fuerit aſſecutum. Sui] naturę ſuę. Orbem] circuitum.

## ¶Proſa tertia libri tertij.

VOS quoq; terrena animalia, tenui licet imagine, ueſtrum tamen principium ſomniatis: uerumq; illum beatitudinis finem, licet minime perſpicaci, qualicunq; tamen cogitatione perſpicitis: eoq; uos & ad uerū bonum naturalis ducit intentio, & ab eodē multiplex error abducit. Conſidera nanq; an per ea quibus ſe homines adepturos beatitudinē putant, ad deſtinatum finem ualeant peruenire. Si enim uel pecunia uel honores, cæteraq; tale quid afferant, cui nihil bonorum abeſſe uideatur, nos quoq; fateamur fieri aliquos horum adeptione felices. Quod ſi neq; id ualent efficere quod promittūt, boniſq; pluribus carēt, nonne liquido falſa in eis beatitudinis ſpecies deprehenditur? Primum igitur teipſum qui paulo ante diuitijs affluebas, interrogo: Inter illas abundantiſſimas opes nunq̄ne animum tuum concepta ex qualibet iniuria cōfudit anxietas? B. Atqui, inquam, tam libero me fuiſſe animo, quin aliquid ſemper angeret, reminiſci nequeo. P. Nonne quia uel abe-

ex diuitijs nō percipit uera beatitudo

rat quod abeſſe non uelles, uel aderat quod abeſſe non uelles, uel aderat quod adeſſe noluiſſes? B. Ita eſt, inquam. P. Illius igitur præſentiam, huius abſentiã deſiderabas. B. Confiteor, inquam. P. Eget uero (inquit) eo, quod quiſq; deſiderat? B. Eget, inquã. P. Qui uero eget aliquo, nũ eſt uſquequaq; ſibi ipſi ſufficiẽs? B. Minime inquam. P. Tu itaq; hanc inſufficientiam plenus (inquit) opibus ſuſtinebas? B. Quid ni inq̃? P. Opes igitur nihilo indigentẽ, ſufficientẽq; ſibi facere nequeunt. Et hoc erat, quod promittere uidebant. Atqui hoc quoque maxime conſiderandum puto, quod nihil habeat ſuapte natura pecunia, ut his, á quibus poſſidetur, inuitis nequeat auferri. B. Fateor inquam. P. Quid ni fateare, cum eam quotidie ualentior aliquis eripiat inuito? Vnde enim forenſes querimoniæ, niſi quod uel ui, uel fraude nolentibus pecuniæ repetuntur ereptæ? B. Ita eſt, inquam. P. Egebit igitur (inquit) extrinſecus petito præſidio, quo ſuam pecuniam quiſque tueatur. B. Quis id (inquam) neget? P. Atqui non egeret eo, niſi poſſideret pecuniam, quam poſſet amittere. B. Dubitari (inquam) nequit. P. In contrarium igitur relapſa res eſt. Nam quę ſufficientes ſibi facere putabantur

opes, alieno potius præſidio faciunt indigentes. Quis autem modus eſt, quo pellatur diuitijs indigentia? Num enim diuites eſurire nequeunt? Num ſitire non poſſunt? Num frigus hybernum pecunioſorum membra non ſentiũt? Sed adeſt (tu inques) opulẽtis, quo famem ſatient, quo ſitim frigusq́ꝫ depellant. Sed hoc modo conſolari quidem diuitijs indigentia poteſt, auferri penitus nõ poteſt. Nam ſi hæc hians ſemper, atqꝫ aliqd poſcens, opibus expletur, maneat neceſſe eſt quæ poſſit expleri. Taceo, ꝙ naturæ minimum, ꝙ auaritiæ nihil ſatis eſt. Quare ſi opes nec ſummouere indigentiam poſſunt, & ipſæ ſuam faciunt, quid eſt ꝙ eas ſufficientiam præſtare credatis?

Hactenus diſſeruit ab omnibus hominibus naturali intentione ſummum bonum peti, tametſi vbi poſitum ſit, nõ omnes conſentiant. alijs in dignitate, alijs in potentia, alijs in nois celebritate, alijs in gaudio ꝛ letitia. Nunc in horum nullo ſummum illud bonum, veramqꝫ beatitudinem inueniri diſputat: primum luculentis rationibus docens, diuitias hominẽ beatum nõ efficere. Uos quoqꝫ o terrena] Proxime de ſole dedit exemplum, quẽ cum celis Platonici celeſtia dixerũt animalia. Continuans igitur ſermonem, ſubdit: Uos etiam homines terrena animalia, ſomniatis] .i quaſi per ſomnium videtis. veſtrum principium] .i. deum creatorẽ ꝛ ſummum bonũ. Licet] ꝙuis. Tenui imagine] exigua cognitiõe. Proſpicitis] procul aſpicitis. Eo] ob id, quia ſummum bonum qualicunqꝫ cognitione proſpicitis, ſed non perſpicaci. Adeptione] comparatione. Liquido] manifeſte, euidenter. Species] apparentia. Primum] Arguit opes non conferre beatitudinem, eo quod nec ſtatum omnium bonorũ

congregatione perfectum præſtent:nec veram ſufficientiam quam promittere videtur, cuiq mortaliũ adferãt. Affluebas] abũdabas Confudit] pturbauit. Quin] vt non. Aliquid ſemper ang] ob aliquid ſemper turbarer. Diuus Ambroſius in ſexto lib hexa. Diuitię vt epulis ventrem, ita animum curis ſolicitudinibusq diſtendunt. Illius] quod aberat. Huius] quod aderat. Uſquequaq] omnino. Uſquequaq ſicat omnino, paſſim, aſſidue, ſemp, qſi in vnoq loco, ſiue vnoq tẽpore. Cicero Trebatio: Uſq quaq ſapere oportet. Quid ni] cur non. Atqui hoc quoq] Probat pecuniam facile inuitis dominis auferri poſſe. Ualentior] potentior. Forenſes querimonię] q̃relę, quę in foro iudiciario fiũt. ſubandi ſunt. Niſi] ſubintellige ex eo quod pecunię ereptę a nolentibus, ab inuitis poſſeſſoribus vel vi.i. violentia. vel fraude, dolo malo repetuntur. Egebit igitur] Satyrographus: Vſq;quaq;

*Miſera eſt magni cuſtodia cenſus.*

Strabo libro 9. Cum inuidioſę ſint diuitię, laborioſa eſt earum cuſtodia, etiam ſi cuipiam numini attributę conſecratęq fuerint. Quis autem modus] Oſtendit diuitus non auferri indigentiam, ſed tantum conſolari, & releuari non nihil. Conſolari] releuari. Conſolor verbũ commune eſt. Dicimus enim conſolor te. Cicero familiarium epiſtolarum libro quinto: Etſi egomet qui te conſolari cupio, conſolãdus ipſe ſum. Taceo quod nat] pulcherrima ſententia eſt Seneca: Potius excitandus ex ſomno, & vellicandus eſt animus, admonendusq naturam nobis minimum conſtituiſſe. Nemo naſcitur diues, quiſq exit in lucem, iuſſus eſt lacte & panno eſſe contentus. Idem: Panem & aquam natura deſiderat. Ad hec nemo pauper eſt, inter que quiſq deſiderium ſuum clauſit, cum ipſo Ioue de felicitate contẽdat. Libitum eſt nobis hoc loco ſubũcere Claudiani poetę verſus in auarũ Rufinum, non minus vtiles, q̃ luculentos: Conſolari.

Quo veſane ruis? teneas vtrunq; licebit
Oceanum, laxet rutilos tibi Lydia fonteis,
Iungantur ſolium Cyri Crœſiq; tiarę,
Nunquam diues eris, nunquam ſatiabere quæſtu,
Semper inops, quicunque cupit, contentus honeſto

Fabricius paruo, ſpernebat munera regum,
Sudabatq́; graui conſul Seranus aratro:
Et caſa pugnaces Curios anguſta tenebat.
Hæc mihi paupertas anguſtior, hæc mihi tecta
Culminibus maiora tuis: tibi quærit inaneis
Luxuries nocitura cibos, mihi donat inemptas
Terra dapes, rapiunt tyrios tibi velleră ſuccos,
Et picturatæ ſaturantur murice veſtes.
Hic radiant flores, & prati viua voluptas
Ingenio variata ſuo. fulgentibus illic
Surgunt fulcra toris: hic mollis panditur herba
Solicitum curis non abruptura ſoporem:
Turba ſalutantum lætas tibi perſtrepit ædes.
Hic auium cantus, labentis murmura riui,
Viuitur exiguo melius, natura beatis
Omnibus eſſe dedit: ſi quis cognouerit vti
Hæc ſi nota forent, frueremur ſimplice cultu:
Claſſica non fremerent, non ſtridula fraxinus iret:
Non ventus quateret puppes, non machina muros.

Auaritię nihil ſatis eſt] Ariſtoteles primo politicorū: Omnes enim in infinitum augent, qui pecunijs ſtudent. Eccleſiaſtes: Auarus nō implebitur pecunia, & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Seneca: Auaro tam deeſt quod habet, q̄ quod non habet. Solomon prouerbiorum capite 13. Eſt quaſi diues, cū nihil habeat: & eſt quaſi pauper, cum in multis diuitijs ſit. Diuus Ambroſius in primo de interpellatione: Modum non habet auaritia, nec rapiendo expletur, ſed incitatur: hoc egentior, quo plura quęſierit. Seneca: Quę ſunt maximę diuitię? non deſiderare diuitias. Quis plurimum habet? qui minimum cupit.

## ¶Metrum tertium libri. III.

QVamuis fluente diues auri gurgitē
Nō expleturas cogat auarus opes

Oneretq́ꝫ baccis colla rubri littoris,
Ruraq́ꝫ centeno ſcindat opima boue,
Nec cura mordax deſerit ſuperſtitem,
Defunctumq́ꝫ leues non comitantur opes.

Carmen eſt dicolon, conſtans iambico ſenario, & elegiaco pentametro. Taxat eo mortalium cupiditatem inexplebilem, docēs opes nec auarum dum viuit ſatiare, nec vbi mortuus fuerit, comitari. Fluente] affluēte. Auri gurgite] aurifero fluuio, cuiuſmodi dicuntur in Lydia Pactolus & Hermus, Tagus in Luſitania, Durius in Hiſpania. Horatius in epodo: Fluuij auriferi.

Sis pecore & multa diues tellure licebit,
Tibiq́ꝫ Pactolus fluat.

Non expleturas] non ſatiaturas eius animum. Baccis] gēmis, lapillis precioſis. Bacca, fruct⁹ lauri, oleę, corni, myrti, & id genus arborum. Per ſimilitudmem pro lapide precioſo accipitur. Sic dicimus baccas ſuccini vel coralli. Horatius in epodo: Bacca Baccula

Nec ſit marita, quæ rotundioribus
Onuſta baccis ambulet.

Hinc baccula, parua bacca. Rubri littoris] littoris Erythræi maris. Rubrum mare dicitur, quod a Perſico ſinu in Arabiam extenditur. Nearchus & Oneſicritus Alexandri Magni comites, tradiderunt ſtulte perſuaſum eſſe vulgo, rubras alicubi eſſe maris aquas, quin ab Erythro rege nomen pelago inditum credere ſe, cuius ſepulchrum eius gentis literis inſignitū, in inſula haud procul a terra inſiti eſſent. Alij aquam videri rubram, etſi non ſit, affirmant, ſeu quia rubens ſit arena, qua leniter commota, talis exiſtat in fluctibus color: aut quod montiū qui argilloſi ſint, repercuſſu pacata pelagi facies ruffeſcat. Conſtat ibi plurimos lapides precioſos conchasq́ꝫ inueniri. Tibullus. Rubrum mare

Et quaſcunq; niger rubro de littore gemmas
Proximus eois colligit Indus aquis. Idem:
Quidue in Erythræo legitur quæ littore concha,
Tinctaq́ꝫ Sidonio murice lana iuuat?

Centeno boue] centum bobus. Poſuit autem numerum finitũ pro infinito. Scindat] aratro proſcindat. Opima] pinguia, fertilia. Cura mordax] cor aſſidue vrẽs & quaſi morſu conficiens. Unde quidam:

> Languida mordaces conſumunt pectora curæ.

Et alius: Uacuus viator & nudus non timet latronis inſidias. Securus a nocturnis furibus dormit pauper, etiã ſi clauſtra non muniat. diuit vero opes ſuę latronis ſemper imaginantur occurſum, & iugi ſolicitudine noctium ſomnum adimunt. Claudianus:

> Fœdaq́; auaritiæ complexæ pectora matris,
> Inſomnes longo veniunt examine curæ.

Defunctum] mortuum. Propertius:

> Haud vllas portabis opes Acherontis ad vndas.
> Nudus ab inferna ſtulte vehere rate.

Diuus Ambroſius hexameron libro vltimo: Nudi oẽs naſcimur, nudi morimur. Nulla diſcretio inter cadauera mortuorum, niſi forte quod grauius fœtent diuitum corpora diſtenta luxurie. Lodouicus Bigus:

> Nil ſecum moriens locuples, nil portat egenus.
> Morte relicturi plusq́; minusq́; ſumus.
> Exiguum natura petit, qui congruus illi
> Vixerit, haud vnquam hic indigus eſſe poteſt.
> Tollit in immenſum ſe diuitis error auari,
> Nec ſe vbi pacifica mente reponat, habet. Idem:
> Huc nihil intulimus, nihil hinc auferre valemus.
> Oppida rex moriens, friuola linquit inops.

## Proſa IIII. libri tertij.

SEd dignitates honorabilem reuerendũq; cui prouenerint, reddũt? Num uis ea eſt magiſtratibus, ut utentium mẽtibus uirtutes inſerant, uitia depellant? Atqui non fugare, ſed illuſtrare potius nequitiã ſolẽt. Quo fit ut, inidgnemur eas ſæpe nequiſſimis hominibus

contigiſſe. Vnde Catullus licet in curuli Nonium ſedentem, ſtrumam tamen appellat. Vides ne, quantum malis dedecus adijciant dignitates? Atqui minus eorum patebit indignitas, ſi nullis honoribus inclareſcant. Tu quoque num tandem tot periculis adduci potuiſti, ut cum Decorato gerere magiſtratum putares, cum in eo mentem nequiſſimi ſcurræ delatoriſque reſpiceres? Non enim poſſumus ob honores reuerentia dignos iudicare, quos ipſis honoribus iudicamus indignos. At ſi quem ſapientia præditum uideres, num poſſes eum uel reuerentia, uel ea qua præditus eſt ſapientia, non dignum putare? B. Minime. P. Ineſt enim dignitas propria uirtuti, quam protinus in eos, quibus fuerit adiuncta, tranſfundit. Quod quia populares facere nequeunt honores, liquet eos propriam dignitatis pulchritudinem non habere. In quo illud eſt animaduertendum magis. Nam ſi eo abiectior eſt, quo magis à pluribus quiſque contemnitur, cum reuerendos facere nequeat, quos pluribus oſtentat, deſpectiores potius improbos dignitas facit. Verum non impune. Reddunt namque improbi parem dignitatibus uicem, quas ſua contagione commaculant. Atque ut cognoſcas ueram illam reuerentiam per has umbratiles di-

gnitates non poſſe contingere, ſic collige: Si quis multiplici cõſulatu functus in barbaras nationes forte deuenerit, uenerandumne barbaris honor faciet? Atqui ſi hoc naturale munus dignitatibus foret, ab officio ſuo quoquo gentiũ nullo modo ceſſarent. Sicut ignis ubicunq; terrarum, nunq̃ tamen calere deſiſtit. Sed quoniam id eis nõ propria uis, ſed hominum fallax annectit opinio, uaneſcunt ilico cum ad eos uenerint, qui dignitates eas eſſe non exiſtimant. Sed hoc apud exteras nationes. Inter eos uero apud quos ortæ ſunt, num perpetuo perdurant? Atqui præfectura, magna olim poteſtas, nunc inane nomen eſt, & ſenatorij cenſus grauis ſarcina. Si quis quondam populi curaſſet annonã, magnus habebatur: nunc ea præfectura quid abiectius? Vt enim paulo ante diximus, quod nihil habet proprij decoris, opinione utentiũ nunc ſplendorem accipit, nunc amittit. Si igitur reuerendos facere nequeũt dignitates, ſi ultro improborum contagione ſordeſcunt, ſi mutatione temporum ſplendere deſinunt, ſi gẽtium æſtimatione uileſcũt: quid eſt, q̊d in ſe expetendę pulchritudinis habeant, nedũ alijs præſtẽt?

Quemadmodum iam docuit diuitias veram ſufficientiã non conferre: ita nunc argumentaẗ, dignitates eos quibus prouenerint, honorabiles, reuerendosq; non red-

dere: quę ſepe collatę improbis. eos deſpectiores faciũt, dum illorũ vitia pluribus ante ignota reuelant. Digni Dignitas
tates] magiſtratus, honores. Dignitas modo ſignificat honorem alicui propter merita vel impẽſum, vel debitũ. Gellius: Cuius dignitas nec augeri laudibus, nec minui detractionibus poteſt. Accipitur interdũ pro magiſtratuum adminiſtratione & honore. Cicero: Ut omnibus in rebus ei te commendes, quoad fides dignitasq́ꝫ tua patietur. Interdum ſumitur pro virili pulchritudine. Idem libro primo officiorum: Pulchritudinis duo ſunt genera: vnum muliebre, quam venuſtatem appellamus: alterum virile, quam dignitatem dicimus. Reddunt] cum interrogatione legendum. Num] nunquid? quaſi dicat. minime. Atqui] ſed. Illuſtrare] notam reddere, nobilitare. Nequitiam] improbitatẽ. Indignemur] ęgro & iniquo animo feramus. Catullus] hic poeta genere Catulus
Veronenſis, ſcripſit multa lepidiſſima carmina, quorum nonnulla deſiderantur, extant alia de quo dixit Ouid.

Mantua Vergilio gaudet, Verona Catullo.

Et Martialis:

Verona docti ſyllabas amat vatis.

Licet] quãuis. In curuli] in ſella eborea. Curulis ſella erat ex ebore, qua maiores magiſtratus vtebãtur in Curulis
curru. Horatius in epiſtolis:

Cuilibet hic faſces dabit, eripietq́ꝫ curule,

Cui volet, importunus ebur.

Nam ſenatores, qui curulem magiſtratum .i. maiorem honorem geſſiſſent, honoris gratia in curiam vehi ſoliti erãt curru, in quo erat eburnea ſella, ſuper quę conſiderent. Nonium] Nonius Struma Romanus fuit, gene Nonius
re quidem nobilis, ſed luxu & deſidia notabilis, in quem & Uatinium extant verſus Catulliani:

Quid eſt Catulle, quod moraris emori?

Sella in curuli Struma Nonius ſedet.

Per conſulatum peierat Vatinius.

Quid eſt Catulle? quid moraris emori?

Loquitur autem poeta ad ſeipſum indignabũdus, quod indigniſſimis hominibus tantę a populo collatę ſint dignitates. Animaduertendũ autẽ eſt id, q̃d abhinc annos Rodolph9
tredecim Rodolphus Lãgius canonic9 Monaſterienſis, Langius

vir genere, ſciẽtijs, virtutibus multo clariſſimus, me tũ adoleſcentẽ admonuit, non ideo Catullum Nonium hũc Strumam appellare quaſi ignominię quodã elogio hoc cum nomine notet, vt Boethij verba prętendunt, ſed cognomen Nonij, ⁊ eius familię Struma fuit: quod ⁊ Plinij verba in 37. naturalis hiſtorię oſtẽdũt, cũ ait, de opalio gemma precioſiſſima ſcribens: Siquidẽ extat hodieq; huius generis gemma, propter quam ab Antonio proſcriptus Nonius ſenator eſt, filius Strumę Nonij, quẽ Catullus poeta in ſella curuli viſum indigne tulit, auusq; Seruilij Nouiani, quem conſulem vidimus. Struma

Struma ma vero genus morbi eſt, tumor ſcilicet, in quo ſubtus concretę quędam ex pure ⁊ ſanguine quaſi glandulę oriuntur.

Strumoſus Strumoſi dicuntur, qui id vitij patiuntur, ⁊ strumoſa pars corporis, quę eo lęſa eſt.

Decoratus Cum Decorato] Decoratus tẽpore Boethii ſcurra neq̃ſſimus, ⁊ ſycophãta fuit, cũ ꝙ Boethius magiſtratũ gerere recuſauit. Putares] velles. Puto, teſte Acrone, pro volo accipit. Horatius in ſermonibus:

Puto Vt vitale putes,

id eſt, velis. Ineſt enim d.p.v.] Horatius:

Virtus repulſæ neſcia ſordidæ
Intaminatis fulget honoribus.

Deſpectiores p. impro. d. f.] Seneca: Loco ignominię eſt apud indignum dignitas. Claudianus:

Sæuit in autorem prodigioſus honor.

Adagium Veteri prouerbio dicitur, Simia ſimia eſt, etiã ſi aurea geſtet inſignia. Verum non impune] ſed inquit, quod dignitates improbos deſpectiores reddũt, id non impune, hoc eſt, non ſine noxa ſua faciunt. nam viciſſim illorum contagione maculantur. Diuus Hieronymus in epiſtola conſolatoria ad Pammachum: Quamuis clarus honor vileſcit in turba, ⁊ apud viros bonos indignior fit ipſa dignitas, quam multi indigni poſſidẽt. Unde egregie de Cęſare Tullius: Dum quoſdam, ait, ornare voluit, non illos honeſtauit, ſed ornamẽta ipſa turbauit. Cic. in ſecũda Philippica de Marco Antonio: In hoſte enim turpiſſimo obſolebant dignitatis inſignia. Umbratiles] inanes, vmbrę ſimiles. Si quis multip.] Pulchre ratiocinatur dignitates nõ facere quempiam vbiq; venerandũ, neq; id eſſe munus eis naturale. Quicquid rei naturale eſt, vbiq; ei conuenit. Facere autem quempiam reuerendũ,

non conuenit vbiq; dignitatibus, non eſt igitur eis natu
rale Propoſitionem quam multi maiorem vocant, oſten-
dit exemplo ſeu inductione imperfecta. que facile pfici
poſſit. Calor igni naturalis vbiq; ineſt ei. proinde quod
rei naturale eſt, nuſq; eam deficit. Aſſumptionem vero
que vulgo minor dicitur, hunc in modum veram eſſe do-
cet. Si quis enim ſepius Rome conſulatu functus, deue-
nerit forte in barbaras nationes, vbi fuerit ignotus, mi
nime barbaris videbitur venerandus, qui nec virum no
rint, nec eius mirati fuerint dignitates. Quoquo] vbi-
cunq;. Sed hoc] ſubaudi euenit, vel accidit, vel ſimile
quippiã. Inter eos vero] Differit nec apud quos orte
ſunt, ppetuo dignitates permanere, idq; exẽplis probat
euidenter. Prefectura.] Romulus vnum elegit, quem
vrbanis negociis prefecit, vt Dionyſius ait. Hũc pre-
fectum vrbis fuiſſe ſatis cõſtat. Longo poſt tempore tan Præfectus
tum ſibi iuris prefectura vendicauit Ceſarum tempori- urbis.
bus, vt crimina omnium in vrbe cognoſceret, & demum Prefectura
cum Ceſares ab vrbe abeſſent, prefectus velut alter Ce
ſar imperabat, de rebus omnibus que ad vrbem pertine
bant, cenſebat. Tempore autem Boethii, Theoderico
Gothorum rege Italiam tenente, prefectura non erat,
niſi inane nomẽ, & ſenatorii cenſus grauis ſarcina, quod
ſenatores ſua pecunia prefectum vrbis alere cogebant,
qui titulo tenus erat prefectus, nec antiquã retinebat
autoritatem. Nunc ea prefectura] Dicunt quidã anno
ne prefecturam habuiſſe initium. xv. anno poſt exactos
reges, Appio Claudio Sabino. & P. Seruilio Priſco cõ
ſulibus,: ſed verius conſtat, anno. xviii. T. Secanio. P. Prefectus
Minutio cõſulib⁹. q̃ tẽpore annone maxima caritas fuit. annonæ.
miſſiq; in Siciliã fuere P. Valeri⁹ & L. Geganius ꝓ adue
hendo frumento. Volunt alii L. Minutium fuiſſe primũ
annone prefectum, ſatisq; conſtat, non niſi ex indigentia
frumenti hunc magiſtratum fuiſſe creatum. Proprii de
coris] proprie pulchritudinis. Nunc] interdum. Si
igitur reuerendos] Breui epilogo iam dicta repetit. et
dignitatib⁹ nihil expetẽde pulchritudinis ineſſe cõcludit.

## Metrum quartum libri .III.

QVamuis ſe tyrio ſuperbus oſtro
Comeret, & niueis lapillis,

Inuiſus tamen omnibus uigebat
Luxuriæ Nero ſæuientis.
Sed quondam dabat improbus uerendis
Patribus indecores curules.
Quis illos igitur putet beatos,
Quos miſeri tribuunt honores?

¶ Carmen eſt dicolon, cuius pꝛimus verſus eſt phalecius hendecaſyllabus, ſecundus alcmanius, vel (vt alijs placet) archilochius tetrameter acatalectus, conſtans duobꝰ dactylis ꝛ totidē trocheis. Docet Neronis exemplo dignitates ſępe coꝛruptiſſimis moꝛibus adhęrere, ꝛ honoꝛes cum a miſeris tribuant, beatitudinē conferre
**Oſtrum.** nemini poſſe. Tyꝛio oſtro] tyꝛia purpura. Oſtrum eſt purpura. Vergilius in Geoꝛgicis:

Vt gemina bibat, & ſarrano dormiat oſtro.

**Nero.** Comeret] oꝛnaret. Niueis] candidis. Uigebat] viuebat. Uim] .i. violentiam exercebat. Luxurię Nero ſę.] Diuus Auguſtinꝰ libꝛo de ciuitate dei quinto, cap. xix. Qui autē gloꝛię contemptoꝛ dominationis eſt auidus, beſtias ſuperat, ſiue crudelitatꝫ vitiis, ſiue luxurię. Tales quidam romani fuerunt. Non enī cura exiſtimationis amiſſa, dominationis cupiditate caruerunt. Multos tales fuiſſe pꝛodit hiſtoꝛia. Sed huius vitii ſummitatē, ꝛ quaſi arcem quandam Nero Cęſar pꝛimus obtinuit cuius fuit tanta luxuries vt nihil ab eo putaref viri le metuendū: tanta crudelitas, vt nihil molle habere crederetur, ſi neſciretur. Impꝛobus] ſceleratiſſimus Nero. Uerendis] reuerendis. Patribus.] ſenatoꝛibus. Indecoꝛes] inhoneſtas, turpes ob eius, qui dabat eas, ſummam impꝛobitatem Maro:

Cur inde. ores in liminę primo Deficitis?

Nominatiuus ſingularis eſt indecoꝛ, ſiue indecoꝛis.
**Indecor.** Accius:
**Indecoris.** Cuius ſit uita indecoris,

Mortem fugere turpem haud conuenit.

Curules] dignitates. Quis illos] huius verſus primus pes iambus eſt. Utit aūt argumento dialectico, de-

prompto ex eo loco, qui eſt a cauſa efficiente. Qui dant honores, & efficiunt dignitates, ob vitiorum colluuiem plerunque miſeri ſunt, dignitates igitur nec beatę ſunt, nec eos, quibus prouenıunt, beatos reddunt.

¶Proſa quinta libri .III.

AN uero regna regumq́ familiaritas efficere potentem ualentẽ ualẽt? Quid ni, quando eorum felicitas perpetuo perdurat? Atqui plena eſt exemplorum uetuſtas, plena etiam præſens ætas, qui reges felicitatem calamitate mutauerint. O præclara potentia, quæ nec ad conſeruationem quidẽ ſui ſatis efficax inuenitur. Quod ſi hæc regnorũ poteſtas beatitudinis autor eſt, nonne ſi qua parte defuerit, felicitatem minuat, miſeriam importet? Sed q̃uis late humana tendantur imperia, plures neceſſe eſt gẽtes relinqui, quibus regum quiſq; nõ imperet. Qua uero parte beatos faciens deſinit poteſtas, hac impotẽtia ſubintrat, quæ miſeros facit. Hoc igit̃ modo maiorem regibus ineſſe neceſſe eſt miſerię portionem. Expertus ſortis ſuę periculorum tyrannus, regni metus pendentis ſupra uerticem gladij terrore ſimulauit. Quæ eſt igitur hæc poteſtas, quæ ſolicitudinum morſus expellere, quæ formidinis aculeos uitare neqt? Atq uellẽt ipſi uixiſſe ſecuri, ſed nequeũt. Dehinc de poteſtate gloriant̃. An tu potẽtẽ cen-

ſes, quem uideas uelle, quod non poſſit effi-
cere? Potentē cēſes, qui ſatellite latus ambit,
qui quos terret, ipſe plus metuit? Qui ut po-
tens eſſe uideatur, in ſeruiētium manu ſitum
eſt. Nam quid ego de regum familiaribus diſ-
ſeram, cum regna ipſa tātæ imbecillitatis ple-
na demonſtrem? Quos quidē regia poteſtas
ſæpe incolumis, ſæpe autem lapſa proſternit.
Nero Senecam familiarem, præceptoremq́
ſuum ad eligendæ mortis coegit arbitrium.
Papinianum diu inter aulicos potentem, mi-
litum gladijs Antonius obiecit. Atqui uterq́
potentiæ ſuæ renūciare noluerunt, quorum
Seneca opes etiam ſuas tradere Neroni, ſeq́
in ocium conferre conatus eſt: ſed dum ruitu
ros moles ipſa trahit, neuter quod uoluit effe
cit. Quæ eſt igitur iſta potentia, quam perti-
meſcunt habentes, quam nec cum habere ue-
lis, tutus ſis, & cum deponere cupias, uitare
non poſſis? An præſidio ſunt amici, quos nō
uirtus, ſed fortuna conciliat? Sed quem felici-
tas amicum fecit, infortunium faciet inimicū.
Quæ uero peſtis efficacior ad nocendum, q̄
familiaris inimicus?

¶ Hactenus diſſeruit nec pecunijs ſufficientiam, nec
dignitatibus veram reuerentiam comparari nunc diſpu
tat in regnis quoq́ꝫ ꝛ regum familiaritate veram poten
tiam non conſiſtere. Quid ni] cur non? Quando]

quandoquidem. ⁊ eſt ironia. quod facile indicant ſubſequentia. Felicitatem calam. mutauerint] ex felicibus ⁊ fortunatis facti ſint calamitoſi. O p̄clara] ironia eſt. irridet enim huius ſeculi infirmiſſimam potentiam, quę ne ſe ipſam quidem conſeruare poteſt. Quod ſi hęc r. p.b.a.e.] Acute per locum a contrariis argumentatur, concluditq́ꝫ regibus plus impotentię q̄ꝫ potentię. ⁊ maiorem miſerię q̄ꝫ felicitatis ineſſe portionem. Expert⁹ ſortis] Ordo eſt, Tyrannus expertus periculorum ſuę ſortis ſimulauit, hoc eſt, ſignificauit, effinxit, expreſſit terrore gladii pendentis ſupra verticem, id eſt, caput aſſentatoris, metus regni. i. timores ⁊ ſolicitudines regnātiū. Hoc autem de Dionyſio Syracuſiorum tyranno intelligendum eſt, cui' vt refert Euſebius octauo de pręparatione libro ſecundo qui ſiculani conſcripſerunt hiſtoriam, vel amantiſſimam vxorem adeo ſuſpectam fuiſſe dicūt, vt tabulis cubiculum ſtrauerit, quo maior ſonitus, cum ad eum iret, excitaretur, nudumq́ꝫ ita, vt nihil occulte ferre poſſet, aditumq́ꝫ ipſum fouea intercepiſſe vt vel ſaltibus, vel longis gradibus. vel aſcenſu. deſcenſuq́ꝫ pergendo, nullum poſſet telum occultare. Quot quantisq́ꝫ igit̄ anim⁹ hominis, qui vel vxorem ita ſuſpectam habebat, malis refertus erat? Illis certe mihi ſimilimus videtur fuiſſe, qui cū ad alta pręcipitia ſcandūt. anteq̄ꝫ nec altiora petunt iam feſſi, nec deſcendere audent. cum ad hiatū ⁊ profunditatem deſpexerint. Tyrannidem nēpe quaſi diuinam rem aggreſſus, cum pericula eius cognouiſſet, ⁊ ſtanti in propoſito innumerabilia videbat indies pericula, ⁊ ob eam mortem imminere non dubitabat, omnibus etſi non corporibus, ſed animo tamen aduerſus eū armatis, quod ⁊ ipſe Dionyſius ita eſſe ſignificauit. Nam cū quidam vitam tyrannorum apud eū, quaſi beatā laudibus efferret, vocaſſe ad cœna regio apparatu conſtructam hominem dicitur, ac ſupra caput illius ſedētis acutum gladium tenuiſſimo filo ſuſpendiſſe, quem posteaq̄ꝫ repente conniua ille reſpexit, nec ſurgere inde auſus timore tyranni, nec bibere, aut comedere potens, periculo perculſus, ceruice ac oculis ad pendentem gladium directis, mortem expectabat. Quod cum vidiſſet Dionyſius, num (inquit) intelligis, q̄ꝫ beata ſit vita noſtra? Talis enim eſt niſi velimus nobiſmetipſis adulari. Omnium enim rerum copiam habentes propter frequentiam peri

Dionyſius tyrannus.

culorum et impendentē formidinem, nulla frui poſſunt, illis ſimiles, qui a deformibus ſępe meretricibus decipiuntur, quę veſte atq; auro valde ornatę, & fuco faciei deformitatem occultantes, quaſi hamo piſces, his inſidiis captos attrahūt adoleſcentes. Hac infelicitate nos premimur, qui multis felices videmur: & ſicut tormētis multi coguntur mentis ſuę arcana pandere, ſic interdū huius vitę moleſtia victi, veriſſimas voces de miſeria noſtra emittimus. Illis enim certe ſimiles animalibus tyranni ſumus, quę ſaginantur, quibus comedendi bibendiq; non aliud, q̄ ad perniciem ſuam copia ſolet offerri. Horatius carminum libro ſecundo:

Diſtrictus enſis cui ſuper impia
Ceruice pendet, non Siculæ dapes
Dulcem elaborabunt ſaporem,
Non auium, citharæ'que cantus.
Somnum reducent.

Supra verticem] ſupra caput Democlis ſeu Damoclis aſſentatoris, de quo latius Cicero tuſculanarū quęſtionum libro vltimo: An tu potentē cenſes] plus vehementię habet interrogatio, q̄ ſi ſimpliciter argumentū protuliſſet. Satellite] ſtipatore. Ambit] circūdat. Qui p.t.i.pl timet] Seneca in Oedipode:

Qui ſceptra duro ſęuus imperio regit,
Timet timentes, metus in autorem redit.

Laberius mimographus: Neceſſe eſt multos timeat, quem multi timent. Claudianus:

Qui terret, plus iſte timet, ſors iſta tyrannis
Conuenit, inuideant claris, fortes'q; trucident,
Muniti gladijs viuant, ſepti'q; venenis,
Ancipites habeant artes trepidi'que minentur.

Diuus Hieronymus: Antiqua ſentētia eſt, Quem metuit quiſq;, odit: quem odit, periiſſe cupit. M. Tullius libro officiorum ſecundo: Rerum aūt omnium nec aptius eſt quicq̄ ad opes tuendas ac tenendas, q̄ diligi: nec alienius, q̄ timeri. Pręclare enim Ennius:

Quem metuunt, oderunt: quem quiſq; odit, perijſſe
Expetit.

Et poſt nõ multo: Etenim qui ſe metui volent, a quib⁹ metuuntur, eoſdem metuant ipſi. neceſſe eſt. Quid enim cenſemus ſuperiorẽ illum Dionyſium, quo cruciatu timoris angi ſolitum, q̃ cultros metuens tonſorios, candẽte carbone ſibi adurebat capillum? Quid Alexandrũ Phereum, quo animo vixiſſe arbitramur, qui (vt ſcriptũ legimus) quum vxorẽ Theben admodum diligeret, tamẽ ad eam ex epulis in cubiculum veniens, barbarũ & eum quidem (vt ſcriptum eſt) compunctũ notis Thraciis, diſtricto gladio iubebat anteire, pręmittebatq́ꝫ de ſtipatorib⁹ ſuis, qui pſcrutarent̃ arculas muliebres, & ne quod in veſtimentis occultaretur telum, exquirerent? O miſerum! qui fideliorem barbarum & ſtigmaticum putabat, q̃ cõiugem. Nec eum fefellit opinio. Ab ea eſt enĩ ipſe ꝓpter pellicatus ſuſpicionẽ interfectus. Nam quid ego d. r.] Per locum ab eo quod magis eſſe videt̃, argumentatur regum familiaritatem potẽtem neminẽ facere, cũ reges ipſi tam ſint imbecilles. Nero Senecam] Suetonius de Nerone: Senecam pręceptorem ad necem compulit, q̃uis ſępe commeatum petenti, bonisq́ꝫ cedenti perſanctẽ iuraſſet, ſuſpectum ſe fruſtra, periturumq́ꝫ potius, q̃ nociturum ei. Papinianũ] Hic Serbidii Scęuolę auditor, & libros ad pandectas affert quęſtionum triginta ſeptẽ, reſpõſionũ vndeuiginti, definitionũ duos, de adulteriis vnum, ędilitiũ vnum. Hic habitus eſt omniũ iuris conditorũ acutiſſimus, eumq́ꝫ vocãt hiſtorię iuris aſylũ, doctrinę legalis theſaurum, ſic vt ab illo ſtudioſi legum, qui profeciſſent, appellati Papinianiſtę quãdoq́ꝫ fuerint. Amicus et Seuero principi, ſed a condiſcipulatu, neq́ꝫ non affinis per ſecundam vxorem, ſucceſſor eidem quoq́ꝫ in adminiſtratione fiſci. Deniq́ꝫ moriens Seuerus, filios ſuos non alii magis q̃ Papiniano cõmendauit. Erat aũt pręfectus vrbi Papinianus, ac plus potens in aula, q̃ volebat. Itaq́ꝫ ſępe deponere nocituram potentiam fruſtra conatus, tandem ab Antonio Caracalla Seueri filio, militum gladiis obiectus, & ſecuri percuſſus eſt, quod excuſare parricidium noluiſſet. Antonius] Aurelius Antonius Baſſianus Caracalla, Seueri filius, patri ſucceſſit in imperio. Baſſianus ex aui materni nomine dict⁹ eſt. Caracallę vero nomẽ accepit a veſtimento, q̃d populo dederat demiſſo vſq́ꝫ ad talos, vt autor ẽ Spartian⁹.

Seneca.

Papinian⁹

Antonius Caracalla.

hic fratrem ſuum Getam, et complures alios preclaros viros occidi iuſſit. Papinianus autem in eius conſpectu ſecuri percuſſus, a militibus occiſus eſt: quo facto, percuſſori dixit. Gladio te exequi oportuit meum iuſſum.

Moles ipſa] dignitatis et potentie nimia, et ob id noxie magnitudo. Que] quaſi dicat, nulla. An preſidio ſunt amici] Supra dictum eſt, vtilem amicitiam potentie gratia nonnunquam aſſumi. Nunc igitur paucis oſtẽdit, fortune amicos facillime alienari, nec vllam eſſe peſtẽ ad nocendum efficaciorem, quam familiarem inimicũ. Sed quem fe.] Sententia eſt notiſſima. et Ouidius ſepius decantata, cuius verſus ex primo de triſtibus libro paſſim omnibus literatis ſunt in ore:

Donec eris felix, multos numerabis amicos.
Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.

Idem in ſecundo de ponto:

Diligitur nemo, niſi cui fortuna ſecunda eſt;
Quæ ſimul intonuit, proxima quæque fugat.
En ego non paucis quondam munitus amicis,
Dum flauit uelis aura ſecunda meis:
Vt fera nimboſo tumuerunt æquora uento,
In medijs lacera naue relinquor aquis.

Diuus Hieronymus: Amicitia que deſinere poteſt, vera nunquam fuit. Que vero peſtis] quaſi dicat, nulla. Diuus Hieronym⁹: Leuius eſt profeſſum inimicũ cauere, quam hoſtẽ latẽtẽ ſub amici noĩe ſuſtinere: ſub amici noĩe, inimici inſidias deprehẽdi. Idẽ: Adulator quippe blãdus inimic⁹ eſt. Solon, autore Laertio, precipiebat hũc in modũ: Caute ſingulos obſerua, ne forte odium in corde tegant, dum blanda et arridenti facie te alloquuntur, duplexque illis lingua atra ex mente ſonet. Diogenes interrogat⁹, quenam pernicioſiſſime morderet belua, ex feris, inq̃t, obtrectator, ex mitioribus autem adulator. M. Tullius in in Lelio, dixit nullam in amicitiis peſtem eſſe maiorem, quam adulationem, blanditias, aſſentationem.

Diogenes

¶Metrum quintum libri .III.

QVi ſe uolet eſſe potentem,
Animos domet ille feroces,

Nec uicta libidine colla
Fœdis ſummittat habenis.
Etenim licet Indica longe
Tellus tua iura tremiſcat,
Et ſeruiat ultima Thule,
Tamen atras pellere curas,
Miſeraſq; fugare querelas
Non poſſe, potentia non eſt.

¶ Carmen eiuſdem rationis eſt cũ quinto libri ſecũdi. Admonet autem eo nos Philoſophia, veram potentiam nemini cõtingere poſſe, niſi depulſis ꝑturbationibus, animo ſuo domineẜ, ⁊ amotis vitijs, ſit virtutis regnum (q̃d vnũ ſtabile eſt, idemq́ʒ liberrimũ) inuicta fortitudine feliciter cõſecut⁹. Seneca Lucilio: Si vis oĩa tibi ſubijcere, ſubijce te rationi. Multos reges, ſi ratio te rexerit. Ab illa diſces, q̃d ⁊ quẽadmodũ aggredi debeas. Apud Liuium Scipio ad Maſiniſſam. Non eſt, inq̃t, mihi crede, tantũ ab hoſtibus armatis ętatis noſtrę periculum, quantum ab circũfuſis vndiq́ʒ voluptatib⁹. Qui eas ſua temperantia frenauit ac domuit, multo maius decus, maioremq́ʒ victoriam ſibi peperit, q̃ꝫ nos Syphace victo habuimus. Solomon prouerbiorũ capite. xvi. Melior eſt patiens viro forti, ⁊ qui dominaẜ animo ſuo, expugnatore vrbium. Horatius carminum libro ſecundo;

Latius regnes auidum domando
Spiritum, quàm ſi Libyam remotis
Gadibus iungas, & uterq; Pœnus
Seruiat uni.

Ualerius Maximus libro quarto: Multo em̃, multoq́ʒ ſeipſum, q̃ꝫ hoſtem ſuperare, operoſius eſt, nec aduerſa propera feſtinatione fugientem, nec ſecunda effuſo gaudio apprehendentem. Baptiſta Mantuanus:

Dignior eſt, qui ſe, quàm qui fortiſſima uincit
Oppida, nec uirtus altius ire poteſt.

Seneca tragicus in Thyeſte:

Quis uos exagitat furor

Alternum dare ſanguinem,
Et ſceptrum ſcelere aggredi?
Ne ſitus cupidi arcium,
Quo regnum iaceat loco.
Regem non faciunt opes,
Non veſtis tyrię color,
Non frontis nota regiæ,
Non auro nitidæ trabes.
Rex eſt, qui poſuit metus,
Et diri mala pectoris.

Et poſt aliquot verſus ſubdit:

Mens regum bona poſſidet.
Rex eſt, qui metuit nihil,
Hoc regnum ſibi quiſq; dat.

Et iterum:

Libido.

Animos] animi affectus. Feroces] immoderatos, recte rationi non obtemperãtes. Domet] mitiget, rectę rationis imperio ſubijciat. Libidine] immoderata cupiditate. Libido, teſte Aurelio libro de ciuitate dei. xiiij. eſt generale vocabulum omnis cupiditatis. Verbi grã. eſt libido vlciſcendi, quę ira dicitur. Eſt libido habendi pecuniam, quę auaritia. Eſt libido quomodocunq; vincendi, quę peruicacia: eſt libido gloriandi, quę iactãtia nuncupatur. Idem libro vndeuigeſimo eiuſdem operis: Felicius ſeruitur homini, q̃ libidini, cum ſęuiſſimo dominatu vaſtet corda mortaliũ. vt alias omittam, libido ipſa dominandi. Fœdis habenis] turpiſſimę ſeruituti. Macrobius ſaturnaliũ lib. i. Alius libidini ſeruit, alius auaritię, alius ambitioni omnes ſpei, omnes timori. Et certe nulla ſeruitus turpior, q̃ voluntaria. Diuus Ambroſius libro epiſtolarum ſecundo: Stulto & imperare ſeruitus eſt, & (quod peius eſt) cum paucioribus pręſit, pluribus dominis & grauioribus ſeruit. Seruit enim proprijs paſſionibus. ſeruit cupiditatibus ſuis, quarũ dominatũ nec noctepoteſt fugere, nec die, quia intra ſe dños habet, intra ſe ſeruitiũ patitur intolerabile. Gemina enim ſeruitus eſt, altera corporis, animarum altera. Domini corporis quidem homines, animarum autem malitię & paſſiones, a quibus ſola animi libertas ſapientem vindicat, vt ſeruitio ei liceat exire. Sidonius Apollinaris epiſtolarum libro ſecũdo:

Nam dici nequit, quantum per horas fert in hac vita miſerarum vita felicium illorum, ſi tamē ſic ſunt pronunciandi, qui ſibi hoc nomen (vt Sylla) præſumunt: nimirum qui ſupergreſſi ius faſque commune, ſummam beatitudinem exiſtimant ſummam poteſtatem, hoc ipſo ſatis miſeriores, quod parum intelligunt, inquietiſſimo ſe ſubiacere famulatui. Nam ſicut hominibus reges, ita regibus dominandi deſideria dominantur. Summittat] ſubiciat. Licet] tametſi Claudianus Honorio:

Tu licet extremos late dominere per Indos,
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent:
Si metuis, ſi praua cupis, ſi duceris ira,
Seruitij patiere iugum, tolerabis iniquas
Alterius leges. tunc omnia iure tenebis,
Quum poteris rex eſſe tui.

Tua iura] poteſtatem tuam, imperium tuum. Tremiſcat] timeat. Seruiat] ſubaudi tibi. Ultima Thule] hemiſtichium eſt Vergilianum georgicorum libro primo: Thule.

Tibi ſeruiat vltima Thule.

Ut Seruius tradit, Thule inſula eſt oceani inter ſeptentrionalem et occidentalem plagam vltra Britanniam et orchades, quę inſula in oceano vltima eſt, in qua cū ſol in cancro eſt, perpetui dies ſine noctibus eſſe dicuntur. Scribendū eſt p u poſt th, teſtib9 Georgio Merula, Chriſtophoro Landino, et Antonio Mancinello, tametſi vulgo thyle per ypſilon ſcribatur. Græce enim Θουλή ſcribitur. Atras] noxias. Alexāder Hegius præceptor quōdam meus in frequentiſſima nobilis Dauentrianę ciuitatis ſchola:

Eſtuſ perpetuis hominum mens anxia curis,
Nec valet illa ſui non meminiſſe mali.
Hanc ſi tranquillare velis, fomenta relinque
Curæ, nil æquo plus cupe, liber eris. Idem
Libertas ſumma eſt, tua Chriſte faceſſere iuſſa,
Nemo eſt ingenuus, niſi qui tibi ſeruit Ieſu.
Nemo eſt qui regnat, famulus niſi fidus Ieſu.

¶Proſa ſexta libri .III.

GLoria uero q̄ fallax ſæpe, q̄ turpis eſt? Vnde non iniuria tragicus exclamat:

ὦ δόξα δόξα μυρίοισι δὴ βροτῶν
οὐδὲν γεγῶσι βίοτον ὤγκωσας μέγαν.

Plures enim magnū ſæpe nomē falſis uulgi opinionibus abſtulerūt, quo quid turpius excogitari poteſt? Nam qui falſo prædicantur, ſuis ipſi neceſſe eſt laudibus erubeſcant. Quæ ſi etiam meritis conquiſitæ ſint, quid tamen ſapientis adiecerint conſcientiæ, qui bonū ſuū non populari rumore, ſed conſcientiæ ueritate metit̃? Quod ſi hoc ipſum ꝓpagaſſe nomē, pulchrum uidetur, conſequens eſt, ut fœdum non extendiſſe iudicetur. Sed cum (uti paulo ante diſſerui) plures gentes neceſſe ſit eſſe, ad quas unius fama hominis nequeat ꝑuenire, ſit, ut quem tu exiſtimas eſſe glorioſum, proxima parte terrarū uideatur inglorius. Inter hæc uero popularem gratiam ne commemoratione quidem dignam puto, quæ nec iudicio uero prouenit, nec unq̄ firma perdurat. Iam uero q̄ ſit inane, quàm futile nobilitatis nomen, quis nō uideat? quæ ſi ad claritudinē referatur, aliena eſt. Videtur nanq; eſſe nobilitas quædam, de meritis ueniens laus parentū. Quod ſi claritudinē p̄dicatio facit, illi ſint clari neceſſe eſt, ꝗ prædicāt. Quare ſplendidū te,

ſi tuã non habes, aliena claritudo non efficit. Quod ſi quid eſt in nobilitate bonum, id eſſe arbitror ſolum, ut impoſita nobilibus neceſſitudo uideať, ne à maiorũ uirtute degenerent.

¶ Docet ꝙ fallax et inanis ſit gloria, quam plerique mortales tanto ſtudio petunt, ⁊ nominis celebritate beatũ euadere poſſe neminem. Gloriam definit Aurelius libro de ciuitate dei quinto, capite. xij. his verbis: Gloria eſt iudicium hominum bene de hominibus opinantium. Idem eiuſdem libri ca. xix. Uirtutes habenti magna virtus eſt contemnere gloriam. Ab autore aũt rhetoricorũ ad Herennium ſic finitur Gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude. M. Tullius autem in oratione pro M. Marcello hunc ei finem dedit Gloria eſt illuſtris ac peruagata, vel in ſuos ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorũ. Turpis] indecora, inhoneſta. Non iniuria] iure. Tragicus] Euripides, qui Andromachan ſic exclamantem inducit:

ὦ δόξα δόξα μυρίοισι δὴ βροτῶν
οὐδὲν γεγῶσι βίοτον ὤγκωσας μέγαν.

Id eſt, interprete Antonio Codro Urceo O gloria gloria, infinitis iam mortalibus nullius precij vitam tumefeciſti magnam. Sunt tamẽ q̃ hęc paulo aliter legant, ⁊ interpretenť ſic: O gloria gloria, decem millibꝰ hoim, nihil aliud facta niſi tumor magnꝰ ſeu inflatio magna. Sed qm̃ nobis ꝓpe Germanici Britãniciq; oceani littora nunc vitam degentibus, Gręcorum poetarum pręter admodum paucos, codices non ſuppetunt, ſtudioſos remittimꝰ ad ipſum Euripidẽ, ⁊ Gręcę linguę ꝓfeſſores. Quo] qua magni nominis ablatione per falſas vulgi opiniones. Quid.] quaſi dicat, nihil. Erubeſcant] verecundentur, pudore ⁊ rubore afficiantur. Symmachus in epiſtolis: Ut vera laus ornat, ita falſa caſtigat. Quem] laudes. Quid.] quaſi dicat, nihil. Adiecerint] addiderint. Non pop. ru.] Non populi inani pręidicatione,

qui ſtultus honores
Sæpe dat indignis, & famę ſeruit ineptos.

Sed cõſciẽtię.v.metir] ſed definit & determinat bonum ſuũ ſuę cõſcientię veritate, q̃ contẽtus populares auras non quęrit. Seneca L ucillio ſuo: Intus teipſum conſidera, non qualis ſis, alius credas. Perſius:

Tecum habita, & noris q̃ ſit tibi curta ſupellex

Id eſt, tuapte ſupellectile te metire, ac tuis ipſius malis boniſve teipſum expende. Horatius:

Metiri ſe quenq; ſuo modulo ac pede, verum eſt.

Eo monemur, ne nos ex aſſentatorum laudibus aut vulgi opinione. verũ proprijs ac veris dotibus animiq; virtutib⁹ ęſtimem⁹. Franciſcus Philelphus ſatyra quinta:

Atq; bono lætare tuo, vulgiq; fugaces

Contemnens auras, ex te pendere memento.

Lodouicus Bigus:

Felix o nimium qui ſe ſcrutatur in imo.

Nec niſi vult proprio credere iudicio.

Nec ſua ab inſtabili probitas vt pendeat aura

Suſtinet, & ſoli vult bonus eſſe deo.

Quod ſi hoc ipſum] argumẽtum deꝑomit a contrarijs, ei ſimile, quod de poteſtate & impotentia ſupra protulit: vel potius ab oppoſitis ſecũdum affirmationem & negationem. Si, inq̃t, propagaſſe nomen ſuum. videt pulchrũ & honeſtum: non propagaſſe id, turpe inhoneſtumq; iudicandum eſt. Oppoſitis enĩ oppoſita cõueniũt. Sed multo plures ſunt gẽtes, apud quas nomen cuiuſlibet ignotũ eſt, q̃ apud quas notum. Proinde q̃ glorioſus credit, magis inglorius eſt iudicandus. Uti] quemadmodum. Paulo ante] proſa ſeptima libri ſecundi. Differui] diſputaui. Inter hęc vero.] Geminis de cauſis oſtendit popularẽ gloriam ne cõmemoratiõe quidẽ dignã, cũ nec vero iudicio proueniat, ſed nimis corrupto, vt indoctę & ſtulti, ac (vt ita loquar) multiuolę multitudinis, quę ſępe laudat nocentes, vituperat innocẽtes, nec vnq̃ conſtans permaneat, verum leuiſſimo huc illucq; momẽto transferatur. Michael Fernus ad Sabinum:

Hei mihi q̃ vana eſt ſpes hęc & gloria famæ,

Pro fama morimur docte Sabine fame.

Stet ſua per totum virtutis gloria mundum,
Recte viue deo, cætera fumus erunt.

Iam vero ꝙ ſit inane] Differit generis nobilitatem nõ conferre veram & propriam claritudinem, quam ſola virtus adfert, iuxta illud ſatyrographi:

Nobilitas ſola eſt atq; vnica virtus.

Sunt autẽ tria nobilitatis genera: Nobilitas ex genere, nobilitas ex virtute, & nobilitas ex vtroq₃. Eſt preterea nobilitas, ſeu potius famoſitas ex vitiis, nam nonulli ſcelentibus & fœdiſſimis facinorib⁹ innotuerũt. Iohannes Campanus: Precipua eſt nobilitas, quę propria ornata virtute & ſua, cum maiorum ſit ſplendore, dignitate, gloria, vetuſtate coniuncta. Claritudinem] claritatem et nominis ſplendorem. Aliena] non propria, cum clari ſint illi, puta parẽtes aut progenitores, qui ob virtutes ſuas & pręclara facinora pręedicantur: non is, qui ex genere progenitus, eorum virtutes non ęmulatur. Videtur nanq₃] Definit generis nobilitatem hoc modo: Nobilitas eſt quędam laus veniens de meritis parentum. Aliena claritudo] Iohannes Campanus: Alienis laudibus niti nihil aliud eſt, ꝙ ſuas proferre non poſſe. Seneca: Quid enim ſtultius eſt, ꝙ aliquem eo ſibi placere, quod non fecit? Idem: Non facit nobilem atrium plenũ fumoſis imaginibus. Nemo in noſtram gloriam vixit, neq₃ quod ante nos fuit, noſtrum eſt. Animus facit nobilem, cui ex quacunq₃ conditione ſupra fortunam licet ſurgere. Quod ſi quid eſt] Oſtendit cui ſit vſui generis nobilitas. Baptiſta Mantuan⁹: Eſt profecto (vt videre videor) magnum virtutis adiumẽtum, claris ortum eſſe parẽtibus. Solent enim iuuenes qui aliquid indolis habent, ne degenerare videantur, maiorum ſuorum dignitatem ęmulari, et ad paternarum laudum aſpirare felicitatem. Sic Philippi nomen Alexandrum, ſic maioris Africani gloria minorem Scipionem, ſic Ceſaris Iulij fama Octauium excitauit. Sic deniq₃ Pyrrhus Achillides erat animoſus imagine patris. Fauſtus Andrelinus:

Tria nobilitatis genera.

Eſt aliquid clarus magnorum ſplendor auorum:
Illud poſteritas æmula calcar habet.

Scilicet ut nullus tantis ſit degener actis.
Magnanimum pectus ſtrenua facta mouent.
Ceu tener inſtantem catulus cum uiderit urſum,
In patrias uires æmula corda mouet.

## Metrum ſextum libri.III.

OMne hominum genus in terris
Simili ſurgit ab ortu.
Vnus enim rerum pater eſt,
Vnus cuncta miniſtrat.
Ille dedit phœbo radios,
Dedit & cornua lunæ.
Ille homines etiam terris
Dedit, & ſidera cælo,
Hic clauſit membris animos
Celſa ſede petitos.
Mortales igitur cunctos
Edit nobile germen.
Quid genus & proauos ſtrepitis?
Si primordia ueſtra,
Autoremq́ꝫ deum ſpectes,
Nullus degener extat,
Ni uitijs peiora fouens,
Proprium deſerat ortum.

¶ Carmen eſt dicolon, cuius alter verſus dicit alcmanius, dactylicus, trimeter. hypercatalectus, cõſtans tribus pedibus heroici verſus ⁊ ſyllaba, ita tamẽ vt nõ ſit ex meris ſpondeis. Alter vero eſt Pherecratius, ex ſpõdeo ſeu anapeſto, dactylo, ⁊ ſpõdeo. Docet vnũ eundẽq́ꝫ eſſe omniũ patrẽ, a q̃ cõmunis vniuerſi gñis humani ſit origo. Proinde neminẽ eẽ degenerẽ, niſi eũ q̃ vitiis deformat.

ab illo pulcherrimo, ⁊ optimo maximoq; parēte deficiat. Diuus Hieronymus: Sola apud deum libertas eſt, non ſeruire peccatis: ſumma apud deum nobilitas, clarū eſſe virtutibus. Ab ortu ſimili] ex cōſimili origine. Unus enim re.] Malachias propheta capite 2. Nunquid non pater vnus omnium noſtrum? Nunquid non deus vnus creauit nos? Lactantius libro de iuſtitia capite 15. Deus enim qui homines generat ⁊ inſpirat omnes equos, i. pares eſſe voluit. Eandem conditionem viuendi omnibus poſuit, omnes ad ſapientiam genuit, omnibus immortalitatem ſpopondit. nemo enim beneficijs eius cęleſtibus ſegregatur. Nam ſicut omnibus vnicū ſuum lumē equaliter diuidit, emittit omībus fontes, victū ſumminiſtrat, quietem ſomni dulciſſimam tribuit: ſic omnibus equitatē virtutemq; largitur. Nemo apud eum ſeruus eſt, nemo dominus. Si enim cunctis idem pater eſt, equo iure oēs liberi ſumus. Nemo deo pauper eſt, niſi qui iuſtitia indiget: nemo diues, niſi qui virtutibus plenus eſt: nemo denique egregius, niſi qui bonus ⁊ innocēs fuerit: nemo clariſſimus, niſi qui opera miſericordię largiter fecerit: nemo perfectiſſimus, niſi qui omnes gradus virtutis impleuerit. Pindarus, vt refert Euſebius libro preparationis euangelicę 13 Unum, inquit, hominū genus eſt, ⁊ ab vna matre cuncti, vnum patrem creatorem ſummū atq; optimum artificem habemus. qui progreſſus ſingulis diuerſos ſecundum merita prębet. Unus cuncta miniſtrat] Caue ne legas contra metri rationem, Unus qui cuncta miniſtrat. Clauſit] incluſit. Membris] corporibus. Celſa ſede] e cęlo. Edit] producit. Nobile germē] nobilis origo, pręclarum genus. Strepitis] iactatis. Alloquitur autē homines generis nobilitate gloriabundos. Primordia veſtra] tuam ⁊ cęterorum mortalium originē. Spectes] conſideres o Boethi. Indocti deprauarunt hunc locum, legentes ſpectetis, in metri contaminationē pro ſpectes. idq; videtur ortum ex eo quod dixit veſtra. Timuerūt eñi vt eſſet oratio cōgrua, nō animaduertentes, ſpectes ad vnum Boethium eſſe referendum: veſtra vero primordia, ad Boethium ⁊ alios homines. Ni] niſi. Fouens] amplectēs. Peiora] mala, comparatiuum loco poſitiui. Uitijs] hic caſus ſeptimus eſt, verbo deſerat ſubdēdus. vt ſit ordo, Deſerat vitijs proprijs ortū, hoc eſt, per vitia ab origine ꝓpria degeneret.

¶ Proſa ſeptima libri tertij.

QVid autem de corporis uoluptatibus loquar? quarum appetentia quidē plena eſt anxietatis, ſatietas uero pœnitētiæ? Quantos illę morbos, quàm intolerabiles dolores, quaſi quendam fructum nequitiæ, fruentium ſolent referre corporibus. quarum motus quid habeat iucunditatis, ignoro. Triſtes uero eſſe uoluptatum exitus, quiſquis reminiſci libidinum ſuarum uolet, intelliget. Quæ ſi beatos explicare poſſunt, nihil cauſæ eſt, quin pecudes quoque beatæ eſſe dicantur, quarum omnis ad explendam corporalem lacunam feſtinat intentio. Honeſtiſſima quidem coniugis liberorumque foret iucunditas, ſed nimis ē natura dictum eſt, neſcio quem filios inueniſſe tortores: quorum quàm ſit mordax quæcunque conditio, neque alias expertū te, neque nūc anxium neceſſe eſt admonere. In quo Euripidis mei ſentētiam probo, qui carentē liberis infortunio dixit eſſe felicem.

Voluptates ait non ſolum felicitatē nō adferre, ſed multarum etiā ęgritudinū morborumque cauſas eſſe. Quarū] voluptatū. Appetentia] appetitus. Anxietatis] ſolicitudinis. Johānes Picus Mirandula: Quid enim optabile in voluptatibus mundi. quę dum quęruntur, fatigant: cū acquiruntur, infatuant: cū amittuntur, excruciāt? Idem:

Quid præſentis habent optabile gaudia vitæ?
Quæ ſi quis pelago quærat terrave, fatigant
Partaque cor hebetant, amiſſaque duriter angūt. Horat.

Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.

Diuus Hieronymus: Libido tranſacta ſemper ſui relinquit pœnitudinē.i.pœnitētiam. Græcorum prouerbium eſt, Voluptati ſoror eſt triſtities. Quantos morbos] Anneus Seneca ſeueriſſim⁹ vitiorū caſtigator, perorās in voluptatem gulonū, ſic ſcripſit prope diuinitus: Inde, inquit, pallor eſt, & neruorum vino madentium tremor, & miſerabilior ex cruditatibus, ꝙ ex fame macies. Inde incerti labentium pedes, & ſemper qualis in ipſa ebrietate titubatio. Inde intra cutem humor admiſſus, diſtentusq; vēter, dum male aſſueſcit plus capere ꝙ poterat. Inde ſuffuſio luridę bilis, & decolor vultus, tabeſq; in ſe putreſcentium. & retorti digiti articulis obrigeſcentibus, neruorum ſine ſenſu iacentiū torpor. aut palpitatio corporum ſine intermiſſione vibrantiū Quid capitis vertigines dicam? quid oculorū auriumq; tormenta, & cerebri ęſtuantis verminationes & omnia per quę exoneramur internī hulcerib⁹ affecta? Innumerabilia pręterea febrium genera, aliarū impetu ſubeuntium, aliarū tenui peſte repentium, aliarum cum horrore & multa mēbrorū quaſſatione venientium. Quid alios referam innumerabiles morbos, ſupplicia luxurię? Triſtes vero eſſe] voluptati mœrorem ſuccedere cū norunt omes, tū maxime libidinoſi. nam teſte Philoſopho, omne animal a coitu triſte eſt. Seneca Lucilio: Voluptates pręcipue extirpa. inter res viliſſimas habe. quę latronum more in hoc nos amplectuntur, vt ſtrangulent. Ariſtoteles teſte Valerio Maximo, vtiliſſimū eſt pręceptū, vt voluptates abeūtes cōſideremus, quas ꝗdē ſic oſtendēdo minuit. feſſas eni, pœnitētięq; plenas animis nr̄is ſubijcit, ꝗ minus cupide repetant Quę ſi beatos explicare poſſunt] Si (inquit) voluptates corporis beatitudinē adferrēt, iā & pecudes beatę forēt, ꝗbus eę nobiſcū ſunt cōmunes, ſed indigniſſimū eſt. ſummū bonū pecudibus tribuere. Proinde corporis voluptates, ꝗ teſte Philoſopho lib moraliū 3 pecunię ſunt & ferales, nulla rōne quēpiā beatū poſſunt efficere. Quin] cur non? Corporalē lacunā] ventrē. Lacuna fit a lacu, & eſt aquę collectio Seruius. Lacunę ſunt foſſę, in quibus collecta aqua ſtare conſueuit. Maro; Adagium Lacuna.

Vnde cauæ tepido ſudant humore lacunæ.

Per metaphoram ſumit̄ pro ventre ſeu aluo, quo cibi potusq; cōgerunt̄. Sunt exēplaria, in ꝗbus eſt legere laſci

ſes, quem uideas uelle, quod non poſſit effi-
cere? Potentē cēſes, qui ſatellite latus ambit,
qui quos terret, ipſe plus metuit? Qui ut po-
tens eſſe uideatur, in ſeruiētium manu ſitum
eſt. Nam quid ego de regum familiaribus diſ-
ſeram, cum regna ipſa tātæ imbecillitatis ple-
na demonſtrem? Quos quidē regia poteſtas
ſæpe incolumis, ſæpe autem lapſa proſternit.
Nero Senecam familiarem, præceptoremq́ꝫ
ſuum ad eligendæ mortis coegit arbitrium.
Papinianum diu inter aulicos potentem, mi-
litum gladijs Antonius obiecit. Atqui uterqꝫ
potentiæ ſuæ renūciare noluerunt, quorum
Seneca opes etiam ſuas tradere Neroni, ſeq́ꝫ
in ocium conferre conatus eſt: ſed dum ruitu
ros moles ipſa trahit, neuter quod uoluit effe
cit. Quæ eſt igitur iſta potentia, quam perti-
meſcunt habentes, quam nec cum habere ue-
lis, tutus ſis, & cum deponere cupias, uitare
non poſſis? An præſidio ſunt amici, quos nō
uirtus, ſed fortuna conciliat? Sed quem felici-
tas amicum fecit, infortunium faciet inimicū.
Quæ uero peſtis efficacior ad nocendum, q̄
familiaris inimicus?

¶ Hactenus diſſeruit nec pecunijs ſufficientiam, nec dignitatibus veram reuerentiam comparari nunc diſputat in regnis quoqꝫ & regum familiaritate veram potentiam non conſiſtere. Quid ni] cur non? Quando]

quandoquidem. & eſt ironia. quod facile indicant ubiꝫ quenvia. Felicitatem calam. mutauerint] ex felicibus & fortunatis facti ſint calamitoſi. O p̄clara] ironia eſt. irridet enim huius ſeculi infirmiſſimam potentiam, quę ne ſe ipſam quidem conſeruare poteſt. Quod ſi hęc r. p. b. a. e.] Acute per locum a contrariis argumentatur, concluditqꝫ regibus plus impotentię q̄ potentię. & maiorem miſerię q̄ felicitatis ineſſe portionem. Expert⁹ fortis] Ordo eſt, Tyrannus expertus periculorum ſuę ſortis ſimulauit, hoc eſt, ſignificauit, effinxit, expreſſit terrore gladii pendentis ſupra verticem, id eſt, caput aſſentatoris, metus regni. i. timores & ſolicitudines regnātiū. Hoc autem de Dionyſio Syracuſiorum tyranno intelligendum eſt, cui' vt refert Euſebius octauo de preparatione libro ſecundo qui ſiculam conſcripſerunt hiſtoriam, vel amantiſſimam vxorem adeo ſuſpectam fuiſſe dicūt, vt tabulis cubiculum ſtrauerit, quo maior ſonitus, cum ad eum iret, excitaretur, nudumqꝫ ita, vt nihil occulte ferre poſſet, aditumqꝫ ipſum fouea intercepiſſe vt vel ſaltibus, vel longis gradibus vel aſcenſu, deſcenſuqꝫ pergendo, nullum poſſet telum occultare. Quot quantisqꝫ igit animi⁹ hominis, qui vel vxorem ita ſuſpectam habebat, malis refertus erat? Illis certe mihi ſimilimus videtur fuiſſe, qui cū ad alta precipitia ſcandūt, anteq̄ nec altiora petunt iam feſſi, nec deſcendere audent, cum ad hiatū & profunditatem deſpexerint. Tyrannidem nēpe quaſi diuinam rem aggreſſus, cum pericula eius cognouiſſet, & ſtanti in propoſito innumerabilia videbat indies pericula, & ob eam mortem imminere non dubitabat, omnibus etſi non corporibus, ſed animo tamen aduerſus eū armatis, quod & ipſe Dionyſius ita eſſe ſignificauit. Nam cū quidam vitam tyrannorum apud eū, quaſi beatā laudibus efferret, vocaſſe ad cœnā regio apparatu conſtructam hominem dicitur, ac ſupra caput illius ſedētis acutum gladium tenuiſſimo filo ſuſpendiſſe, quem poſteaq̄ repente conniua ille reſpexit, nec ſurgere inde auſus timore tyranni, nec bibere, aut comedere potens, periculo perculſus, ceruice ac oculis ad pendentem gladium directis, mortem expectabat. Quod cum vidiſſet Dionyſius, num(inquit)intelligis, q̄ beata ſit vita noſtra? Talis enim eſt niſi velimus nobiſmetipſis adulari. Omnium enim rerum copiam habentes propter frequentiam peri

Dionyſius tyrannus.

culorum et impendentē formidinem, nulla frui poſſum⁹, illis ſimiles, qui a deformibus ſępe meretricibus decipiuntur. quę veſte atq; auro valde ornatę, ⁊ fuco faciei deformitatem occultantes, quaſi hamo piſces, his inſidiis captos attrahūt adoleſcentes. Hac infelicitate nos premimur, qui multis felices videmur: ⁊ ſicut tormētis multi coguntur mentis ſuę arcana pandere, ſic interdū huius vitę moleſtia victi, veriſſimas voces de miſeria noſtra emittimus. Illis enim certe ſimiles animalibus tyranni ſumus, quę ſaginantur, quibus comedendi bibendiq; non aliud, q̄ ad perniciem ſuam copia ſolet offerri. Horatius carminum libro ſecundo:

> Diſtrictus enſis cui ſuper impia
> Ceruice pendet, non Siculæ dapes
> Dulcem elaborabunt ſaporem,
> Non auium, citharæ'que cantus.
> Somnum reducent.

Supra verticem] ſupra caput Democlis ſeu Damoclis aſſentatoris, de quo latius Cicero tuſculanarū quęſtionum libro vltimo: An tu potentē cenſes] Plus vehemētię habet interrogatio, q̄ ſi ſimpliciter argumentū protuliſſet. Satellite] ſtipatore. Ambit] circūdat. Qui p.t.i. pl timet] Seneca in Oedipode:

> Qui ſceptra duro ſęuus imperio regit,
> Timet timentes, metus in autorem redit.

Laberius mimographus: Neceſſe eſt multos timeat, quem multi timent. Claudianus:

> Qui terret, plus iſte timet, ſors iſta tyrannis
> Conuenit, inuideant claris, forteſq; trucident,
> Muniti gladijs viuant, ſeptiq; venenis,
> Ancipites habeant artes trepidi'que minentur.

Diuus Hieronymus: Antiqua ſentētia eſt, Quem metuit quiſq;, odit: quem odit, periiſſe cupit. M. Tullius libro officiorum ſecundo: Rerum aūt omnium nec aptius eſt quicq̄ ad opes tuendas ac tenendas, q̄ diligi: nec alienius, q̄ timeri. Preclare enim Ennius:

> Quem metuunt, oderunt: quem quiſq; odit, perijſſe
> Expetit.

Et poſt nõ multo: Etenim qui ſe metui volent, a quib⁹
metuuntur, eoſdem metuant ipſi, neceſſe eſt. Quid enim
cenſemus ſuperiorẽ illum Dionyſium, quo cruciatu timo
ris angi ſolitum, q̇ cultros metuens tonſorios, candẽte
carbone ſibi adurebat capillum? Quid Alexandrũ Phe-
reum, quo animo vixiſſe arbitramur, qui (vt ſcriptũ legi-
mus) quum vxorẽ Theben admodum diligeret, tamẽ ad
eam ex epulis in cubiculum veniens, barbarũ ⁊ eum qui
dem (vt ſcriptum eſt) compunctũ notis Thracüs, diſtri-
cto gladio iubebat anteire, pręmittebatq; de ſtipatorib⁹
ſuis, qui pſcrutarent̃ arculas muliebres, ⁊ ne quod in ve
ſtimentis occultaretur telum, exquirerent? O miſerum,
qui fideliorem barbarum ⁊ ſtigmaticum putabat, q̃ cõ
iugem. Nec eum fefellit opinio. Ab ea eſt eñ ipſe ꝓpter
pellicatus ſuſpicionẽ interfectus. Nam quid ego d.r.]
Per locum ab eo quod magis eſſe videt̃, argumentatur
regum familiaritatem potẽtem neminẽ facere, cũ reges
ipſi tam ſint imbecilles. Nero Senecam] Suetonius Seneca.
de Nerone: Senecam pręceptorem ad necem compulit,
q̃uis ſępe commeatum petenti, bonisq; cedenti perſan-
cte iuraſſet, ſuſpectum ſe fruſtra, periturumq; potius, q̃
nociturum ei. Papinianũ] Hic Serbidii Scęuolę au-
ditor, ⁊ libros ad pandectas affert quęſtionum triginta Papinian⁹
ſeptẽ, reſpõſionũ vndeuiginti, definitionũ duos, de adul-
teriis vnum, ędilitiũ vnum. Hic habitus eſt omniũ iuris
conditorũ acutiſſimus, eumq; vocãt hiſtorię iuris aſylũ,
doctrinę legalis theſaurum, ſic vt ab illo ſtudioſi legum,
qui profeciſſent, appellati Papinianiſtę quãdoq; fuerint.
Amicus et Seuero principi, ſed a condiſcipulatu, neq;
non affinis per ſecundam vxorem, ſucceſſor eidem quoq;
in adminiſtratione fiſci. Deniq; moriens Seuerus, filios
ſuos non alii magis q̃ Papiniano cõmendauit. Erat aũt
pręfectus vrbi Papinianus, ac plus potens in aula, q̃
volebat. Itaq; ſępe deponere nocituram potentiam fru-
ſtra conatus, tandem ab Antonio Caracalla Seueri fi-
lio, militum gladiis obiectus, ⁊ ſecuri percuſſus eſt, quod Antonius
excuſare parricidium noluiſſet. Antonius] Aurelius Caracalla.
Antonius Baſſianus Caracalla, Seueri filius, patri ſuc
ceſſit in imperio. Baſſianus ex aui materni nomine dict⁹
eſt. Caracallę vero nomẽ accepit a veſtimento, q̃d popu-
lo dederat demiſſo vſq; ad talos, vt autor ẽ Spartian⁹.

hic fratrem ſuum Getam, & complures alios preclaros viros occidi iuſſit. Papinianus autem in eius conſpectu ſecuri percuſſus, a militibus occiſus eſt: quo facto, percuſſori dixit, Gladio te exequi oportuit meum iuſſum. Moles ipſa] dignitatis & potentię nimia, & ob id noxia magnitudo. Quę] quaſi dicat, nulla. An preſidio ſunt amici] Supra dictum eſt, vtilem amicitiam potentię gratia nonnunquam aſſumi. Nunc igitur paucis oſtēdit, fortunę amicos faciliime alienari, nec vllam eſſe peſtē ad nocendum efficaciorem, quam familiarem inimicū. Sed quem fe.] Sententia eſt notiſſima. & Ouidius ſepius decantata, cuius verſus ex primo de triſtibus libro paſſim omnibus literatis ſunt in ore:

Donec eris felix, multos numerabis amicos.
Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.

Idem in ſecundo de ponto:

Diligitur nemo, niſi cui fortuna ſecunda eſt:
Quæ ſimul intonuit, proxima quæque fugat.
En ego non paucis quondam munitus amicis,
Dum flauit uelis aura ſecunda meis:
Vt fera nimboſo tumuerunt ęquora uento,
In medijs lacera naue relinquor aquis.

Diuus Hieronymus: Amicitia quę deſinere poteſt, vera nunquam fuit. Quę vero veſtis] quaſi dicat, nulla. Diuus Hieronym⁹: Leuius eſt profeſſum inimicū cauere, quam hoſtē latētē ſub amici noīe ſuſtinere: ſub amici noīe, inimici inſidias deprehēdi. Idē: Adulator quippe blādus inimic⁹ eſt. Solon, autore Laertio, precipiebat hūc in modū: Caute ſingulos obſerua, ne forte odium in corde tegant, dum blanda et arridenti facie te alloquuntur, duplexque illis lingua atra ex mente ſonet. Diogenes interrogat⁹, quę nam pernicioſiſſime morderet belua, ex feris. inquit, obtrectator, ex mitioribus autem adulator. M. Tullius in in Lelio, dixit nullam in amicitiis peſtem eſſe maiorem, quam adulationem, blanditias, aſſentationem.

Diogenes

¶Metrum quintum libri .III.

Q Vi ſe uolet eſſe potentem,
Animos domet ille feroces,

Nec uicta libidine colla
Fœdis ſummittat habenis.
Etenim licet Indica longe
Tellus tua iura tremiſcat,
Et ſeruiat ultima Thule,
Tamen atras pellere curas,
Miſeraſq; fugare querelas
Non poſſe, potentia non eſt.

¶ Carmen eiuſdem rationis eſt cũ quinto libri ſecũdi. Admonet autem eo nos Philoſophia, veram potentiam nemini cõtingere poſſe, niſi depulſis pturbationibus, animo ſuo domineť, ꝛ amotis vitijs, ſit virtutis regnum (q̃d vnũ ſtabile eſt, idemq; liberrimũ) inuicta fortitudine feliciter cõſecut⁹. Seneca Lucilio: Si vis om̃ia tibi ſubijcere, ſubijce te rationi. Multos reges, ſi ratio te rexerit. Ab illa diſces, q̃d ꝛ quẽadmodũ aggredi debeas. Apud Liuium Scipio ad Maſiniſſam. Non eſt, inq̃t, mihi crede, tantũ ab hoſtibus armatis ętatis noſtrę periculum, quantum ab circũfuſis vndiq; voluptatib⁹. Qui eas ſua temperantia frenauit ac domuit, multo maius decus, maioremq; victoriam ſibi peperit, q̃ nos Syphace victo habuimus. Solomon prouerbiorũ capite. xvi. Melior eſt patiens viro forti, ꝛ qui dominať animo ſuo, expugnatore vrbium. Horatius carminum libro ſecundo:

Latius regnes auidum domando
Spiritum, quàm ſi Libyam remotis
Gadibus iungas, & uterq; Pœnus
Seruiat uni.

Valerius Maximus libro quarto: Multo em̃, multoq; ſeipſum, q̃ hoſtem ſuperare, operoſius eſt, nec aduerſa propera feſtinatione fugientem, nec ſecunda effuſo gaudio apprehendentem. Baptiſta Mantuanus:

Dignior eſt, qui ſe, quàm qui fortiſſima uincit
Oppida, nec uirtus altius ire poteſt.

Seneca tragicus in Thyeſte:

Quis uos exagitat furor

Alternum dare ſanguinem,
Et ſceptrum ſcelere aggredi?
Ne ſitus cupidi arcium,
Quo regnum iaceat loco.
Regem non faciunt opes,
Non veſtis tyrię color,
Non frontis nota regiæ,
Non auro nitidæ trabes.
Rex eſt, qui poſuit metus,
Et diri mala pectoris.

Et poſt aliquot verſus ſubdit:

Mens regum bona poſſidet. Et iterum:
Rex eſt, qui metuit nihil,
Hoc regnum ſibi quiſq; dat.

Libido. Animos] animi affectus. Feroces] immoderatos, rectę rationi non obtemperātes. Domet] mitiget, rectę rationis imperio ſubijciat. Libidine] immoderata cupiditate. Libido, teſte Aurelio libro de ciuitate dei. xiiij. eſt generale vocabulum omnis cupiditatis. Verbi gr͞a. eſt libido vlciſcendi, quę ira dicitur. Eſt libido habendi pecuniam, quę auaritia. Eſt libido quomodocunq; vincendi, quę peruicacia: eſt libido gloriandi, quę iactātia nuncupatur. Idem libro vndeuigeſimo eiuſdem operis: Felicius ſeruitur homini, q̄ libidini, cum ſęuiſſimo dominatu vaſtet corda mortaliū, vt alias omittam, libido ip͞a dominandi. Fœdis habenis] turpiſſimę ſeruituti. Macrobius ſaturnaliū lib. i. Alius libidini ſeruit, alius auaritię, alius ambitioni omnes ſpei, omnes timori. Et certe nulla ſeruitus turpior, q̄ voluntaria. Diuus Ambroſius libro epiſtolarum ſecundo: Stultus & imperare ſeruus eſt, & (quod peius eſt) cum paucioribus pręſit, pluribus dominis & grauioribus ſeruit. Seruit enim proprijs paſſionibus ſeruit cupiditatibus ſuis, q̄rū dominatū nec nocte poteſt fugere, nec die, q̄a intra ſe dn̄os habet, intra ſe ſeruitiū patit͞r intolerabile. Gemina enim ſeruitus eſt, altera corporis animarum altera. Domini corporis quidem homines, animarum autem malitię & paſſiones, a quibus ſola animi libertas ſapientem vindicat, vt ſeruitio ei liceat exire. Sidonius Apollinaris epiſtolarum libro ſecūdo:

Nam dici nequit, q̃tum per horas fert in hac vita miſerrimarum vita felicium illorum, ſi tamē ſic ſunt pronunciandi, qui ſibi hoc nomen (vt Sylla) pręſumunt: nimirum q ſupergreſſi ius faſq́ꝫ commune, ſummam beatitudinem exiſtimant ſummam poteſtatem, hoc ipſo ſatis miſeriores, quod parum intelligunt, inquietiſſimo ſe ſubiacere famulatui. Nam ſicut hominibus reges, ita regibus dominandi deſideria dominantur. Summittat] ſubiciat. Licet] tametſi Claudianus Honorio:

Tu licet extremos late dominere per Indos,
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent:
Si metuis, ſi praua cupis, ſi duceris ira,
Seruitij patiere iugum, tolerabis iniquas
Alterius leges. tunc omnia iure tenebis,
Quum poteris rex eſſe tui.

Tua inra] poteſtatem tuam, imperium tuum. Tremiſcat] timeat. Seruiat] ſubandi tibi. Ultima Thule] hemiſtichium eſt Vergilianum georgicorū libro primo: Thule.

Tibi ſeruiat vltima Thule.

Ut Seruius tradit, Thule inſula eſt oceani inter ſeptentrionalem & occidentalem plagam vltra Britanniam et orchades, quę inſula in oceano vltima eſt, in qua cū ſol in cancro eſt, perpetui dies ſine noctibus eſſe dicuntur. Scribendū eſt p u poſt th, teſtib⁹ Georgio Merula, Chriſtophoro Landino, & Antonio Mancinello, tametſi vulgo thyle per ypſilon ſcribatur. Gręce enim Θουλὴ ſcribitur. Atras] noxias. Alexād͂er Hegius pręceptor quōdam meus in frequentiſſima nobilis Dauentrianę ciuitatis ſchola:

Eſtuꝭ perpetuis hominum mens anxia curis,
Nec valet illa ſui non meminiſſe mali.
Hanc ſi tranquillare velis, fomenta relinque
Curæ, nil æquo plus cupe, liber eris. Idem
Libertas ſumma eſt, tua Chriſte faceſſere iuſſa,
Nemo eſt ingenuus, niſi qui tibi ſeruit Ieſu,
Nemo eſt qui regnat, famulus niſi fidus Ieſu.

¶Proſa ſexta libri .III.

ſi tuã non habes, aliena claritudo non efficit. Quod ſi quid eſt in nobilitate bonum, id eſſe arbitror ſolum, ut impoſita nobilibus neceſſitudo uideat̃, ne à maiorũ uirtute degenerent.

❡ Docet q̃ fallax et inanis ſit gloria, quam plerique mortales tanto ſtudio petunt, ⁊ nominis celebritate beatũ euadere poſſe neminem. Gloriam definit Aurelius libro de ciuitate dei quinto, capite. xij. his verbis: Gloria eſt iudicium hominum bene de hominibus opinantium. Idem eiuſdem libri. ca. xix. Uirtutes habenti magna virtus eſt contemnere gloriam. Ab autore aũt rhetoricorũ ad Herennium ſic finitur Gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude. M. Tullius autem in oratione pro M. Marcello hunc ei finem dedit Gloria eſt illuſtris ac peruagata, vel in ſuos ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorũ. Turpis] indecora, inhoneſta. Non iniuria] iure. Tragicus] Euripides, qui Andromachan ſic exclamantem inducit:

ὦ δόξα δόξα μυρίοισι δὴ βροτῶν
οὐδὲν γεγῶσι βίοτον ὤγκωσας μέγαν.

Id eſt, interprete Antonio Codro Urceo O gloria gloria, infinitis iam mortalibus nullius precij vitam tumefeciſti magnam. Sunt tamẽ q̃ hęc paulo aliter legant, ⁊ interpretent̃ ſic: O gloria gloria, decem millib⁹ hoim, nihil aliud facta niſi tumor magn⁹ ſeu inflatio magna. Sed qm̃ nobis ꝓpe Germanici Britãniciq́ꝫ oceani littora nunc vitam degentibus, Gręcorum poetarum pręter admodum paucos, codices non ſuppetunt, ſtudioſos remittim⁹ ad ipſum Euripidẽ, ⁊ Gręcę linguę ꝓfeſſores. Quo] qua magni nominis ablatione per falſas vulgi opiniones. Quid.] quaſi dicat, nihil. Erubeſcant] verecundentur, pudore ⁊ rubore afficiantur. Symmachus in epiſtolis: Ut vera laus ornat, ita falſa caſtigat. Quem] laudes. Quid.] quaſi dicat, nihil. Adiecerint] addiderint. Non pop. ru.] Non populi inani pręducatione,

qui ſtultus honores
Sæpe dat indignis, & famę ſeruit ineptos.

Sed cõſciẽtię.v.metit] ſed definit & determinat bonum ſuũ ſuę cõſcientię veritate, q̃ contẽtus populares auras non quęrit. Seneca Lucillio ſuo: Intus teipſum conſidera, non qualis ſis, alijs credas. Perſius:

Tecum habita, & noris q̃ ſit tibi curta ſupellex

Id eſt, tuapte ſupellectile te metire, ac tuis ipſius malis bonisve teipſum expende. Horatius:

Metiri ſe quenq; ſuo modulo ac pede, verum eſt.

Eo monemur, ne nos ex aſſentatorum laudibus aut vulgi opinione, verũ proprijs ac veris dotibus animiq; virtutib⁹ ęſtimem⁹. Franciſcus Philelphus ſatyra quinta:

Atq; bono lætare tuo, vulgiq; fugaces
Contemnens auras, ex te pendere memento.

Lodouicus Bigus:

Felix o nimium qui ſe ſcrutatur in imo.
Nec niſi vult proprio credere iudicio.
Nec ſua ab inſtabili probitas vt pendeat aura
Suſtinet, & ſoli vult bonus eſſe deo.

Quod ſi hoc ipſum] argumẽtum deponit a contrarijs, ei ſimile, quod de poteſtate & impotentia ſupra protulit: vel potius ab oppoſitis ſecũdum affirmationem & negationem. Si, inqt, propagaſſe nomen ſuum, videt pulchrũ & honeſtum: non propagaſſe id, turpe inhoneſtumq; iudicandum eſt. Oppoſitis eñ oppoſita cõueniũt. Sed multo plures ſunt gẽtes, apud quas nomen cuiuſlibet ignotũ eſt, q̃ apud quas notum. Proinde q̃ glorioſius credit, magis inglorius eſt iudicandus. Uti] quemadmodum. Paulo ante] proſa ſeptima libri ſecundi. Diſſerui] diſputaui. Inter hęc vero.] Geminis de cauſis oſtendit popularẽ gloriam ne cõmemoratiõe quidẽ dignã, cũ nec vero iudicio proueniat, ſed nimis corrupto, vt indoctę & ſtulti, ac (vt ita loquar) multiuolę multitudinis, quę ſepe laudat nocentes, vituperat innocẽtes, nec vnq̃ conſtans permaneat, verum leuiſſimo huc illucq; momẽto transferatur. Michael Fernus ad Sabinum:

Hei mihi q̃ vana eſt ſpes hęc & gloria famæ,
Pro fama morimur docte Sabine fame.

Stet ſua per totum virtutis gloria mundum,
Recte viue deo, cætera fumus erunt.

Jam vero ꝙ ſit inane] Differit generis nobilitatem nõ conferre veram ⁊ propriam claritudinem, quam ſola virtus adfert, iuxta illud ſatyrographi:

Nobilitas ſola eſt atq; vnica virtus.

Sunt autẽ tria nobilitatis genera: Nobilitas ex genere, nobilitas ex virtute, ⁊ nobilitas ex vtroq;. Eſt preterea nobilitas, ſeu potius famoſitas ex vitiis, nam nonulli ſcelenbus ⁊ fœdiſſimis facinorib⁹ innotuerũt. Johannes Campanus: Precipua eſt nobilitas, que propria ornata virtute ⁊ ſua, cum maiorum ſit ſplendore, dignitate, gloria, vetuſtate coniuncta. Claritudinem] claritatem et nominis ſplendorem. Aliena] non propria, cum clari ſint illi, puta parẽtes aut progenitores, qui ob virtutes ſuas ⁊ preclara facinora predicantur: non is, qui ex genere progenitus, eorum virtutes non emulatur. Videtur nanq;] Definit generis nobilitatem hoc modo: Nobilitas eſt quedam laus veniens de meritis parentum. **Tria nobilitatis genera.**

Aliena claritudo] Johannes Campanus: Alienis laudibus niti nihil aliud eſt, ꝙ ſuas proferre non poſſe. Seneca: Quid enim ſtultius eſt, ꝙ aliquem eo ſibi placere, quod non fecit? Idem: Non facit nobilem atrium plenũ fumoſis imaginibus. Nemo in noſtram gloriam vixit, neq; quod ante nos fuit, noſtrum eſt. Animus facit nobilem, cui ex quacunq; conditione ſupra fortunam licet ſurgere. Quod ſi quid eſt] Oſtendit cui ſit vſui generis nobilitas. Baptiſta Mantuan⁹: Eſt profecto (vt videre videor) magnum virtutis adiumẽtum, claris ortum eſſe parẽtibus. Solent enim iuuenes qui aliquid indolis habent, ne degenerare videantur, maiorum ſuorum dignitatem emulari, et ad paternarum laudum aſpirare felicitatem. Sic Philippi nomen Alexandrum, ſic maioris Africani gloria minorem Scipionem, ſic Ceſaris Julii fama Octauium excitauit. Sic deniq; Pyrrhus Achillides erat animoſus imagine patris. Fauſtus Andrelinus:

Eſt aliquid clarus magnorum ſplendor auorum:
Illud poſteritas æmula calcar habet.

Scilicet ut nullus tantis ſit degener actis.
Magnanimum pectus ſtrenua facta mouent.
Ceu tener inſtantem catulus cum uiderit urſum,
In patrias uires æmula corda mouet.

## Metrum ſextum libri. III.

OMne hominum genus in terris
Simili ſurgit ab ortu.
Vnus enim rerum pater eſt,
Vnus cuncta miniſtrat.
Ille dedit phœbo radios,
Dedit & cornua lunæ.
Ille homines etiam terris
Dedit, & ſidera cælo,
Hic clauſit membris animos
Celſa ſede petitos.
Mortales igitur cunctos
Edit nobile germen.
Quid genus & proauos ſtrepitis?
Si primordia ueſtra,
Autoremq́ꝫ deum ſpectes,
Nullus degener extat,
Ni uitijs peiora fouens,
Proprium deſerat ortum.

¶ Carmen eſt dicolon, cuius alter verſus dicit alcmanius, dactylicus, trimeter. hypercatalectus, cōſtans tribus pedibus heroici verſus & ſyllaba, ita tamē vt nō ſit ex meris ſpondeis. Alter vero eſt Pherecratius, ex ſpōdeo ſeu anapeſto, dactylo, & ſpōdeo. Docet vnū eundēq́ꝫ eſſe omniū patrē, a quo cōmunis vniuerſi gn̄is humani ſit origo. Proinde neminē eē degenerē, niſi eū qui vitiis deformat.

ab illo pulcherrimo, ⁊ optimo maximoqꝫ parēte deficiat. Diuus Hieronymus: Sola apud deum libertas eſt, non ſeruire peccatis: ſumma apud deum nobilitas, clarū eſſe virtutibus. Ab ortu ſimili] ex cōſimili origine. Unus enim re.] Malachias propheta capite 2. Nunquid non pater vnus omnium noſtrum? Nunquid non deus vnus creauit nos? Lactantius libro de iuſtitia capite 15. Deus enim qui homines generat ⁊ inſpirat omnes equos, i. pares eſſe voluit. Eandem conditionem viuendi omnibus poſuit, omnes ad ſapientiam genuit, omnibus immortalitatem ſpopondit. nemo enim beneficijs eius cęleſtibus ſegregatur. Nam ſicut omnibus vnicū ſuum lumē equaliter diuidit, emittit oīibus fontes, victū ſuminiſtrat, quietem ſomni dulciſſimam tribuit: ſic omnibus ęquitatē virtutemqꝫ largitur. Nemo apud eum ſeruus eſt, nemo dominus. Si enim cunctis idem pater eſt, ęquo iure oēs liberi ſumus. Nemo deo pauper eſt, niſi qui iuſtitia indiget: nemo diues, niſi qui virtutibus plenus eſt: nemo deniqꝫ egregius, niſi qui bonus ⁊ innocēs fuerit: nemo clariſſimus, niſi qui opera miſericordię largiter fecerit: nemo perfectiſſimus, niſi qui omnes gradus virtutis impleuerit. Pindarus, vt refert Euſebius libro pręparationis euangelicę 13 Unum, inquit, hominū genus eſt, ⁊ ab vna matre cuncti, vnum patrem creatorem ſummū atqꝫ optimum artificem habemus, qui progreſſus ſingulis diuerſos ſecundum merita prębet. Unus cuncta miniſtrat] Caue ne legas contra metri rationem, Unus qui cuncta miniſtrat. Clauſit] incluſit. Membris] corporibus. Celſa ſede] e cęlo. Edit] producit. Nobile germē] nobilis origo, pręclarum genus. Strepitis] iactatis. Alloquitur autē homines generis nobilitate gloriabundos. Primordia veſtra] tuam ⁊ cęterorum mortalium originē. Spectes] conſideres o Boethi. Indocti deprauarunt hunc locum, legentes ſpectetis, in metri contaminationē pro ſpectes, idqꝫ videtur ortum ex eo quod dixit veſtra. Timuerūt eñ vt eſſet oratio cōgrua, nō animaduertentes, ſpectes ad vnum Boethium eſſe referendum: veſtra vero primordia, ad Boethium ⁊ alios homines. Ni] niſi. Fouens] amplectēs. Peiora] mala, comparatiuum loco poſitiui. Uitijs] hic caſus ſeptimus eſt, verbo deſerat ſubdēdus. vt ſit ordo, Deſerat vitijs proprijs ortū, hoc eſt, per vitia ab origine ꝓpria degeneret.

¶Proſa ſeptima libri tertij.

QVid autem de corporis uoluptatibus loquar? quarum appetentia quidē plena eſt anxietatis, ſatietas uero pœnitētiæ? Quantos illę morbos, quàm intolerabiles dolores, quaſi quendam fructum nequitiæ, fruentium ſolent referre corporibus. quarum motus quid habeat iucunditatis, ignoro. Triſtes uero eſſe uoluptatum exitus, quiſquis reminiſci libidinum ſuarum uolet, intelliget. Quæ ſi beatos explicare poſſunt, nihil cauſæ eſt, quin pecudes quoque beatæ eſſe dicantur, quarum omnis ad explendam corporalem lacunam feſtinat intentio. Honeſtiſſima quidem coniugis liberorumque foret iucunditas, ſed nimis è natura dictum eſt, neſcio quem filios inueniſſe tortores: quorum quàm ſit mordax quæcunque conditio, neque alias expertū te, neque nūc anxium neceſſe eſt admonere. In quo Euripidis mei ſentētiam probo, qui carentē liberis infortunio dixit eſſe felicem.

Voluptates ait non ſolum felicitatē nō adferre, ſed multarum etiam ęgritudinū morborumque cauſas eſſe. Quarū] voluptatū. Appetentia] appetitus. Anxietatis] ſolicitudinis. Johānes Picus Mirandula: Quid enim optabile in voluptatibus mundi. quę dum quęrunt, fatigant: cū acquiruntur, infatuant: cū amittuntur, excruciāt? Vigius:

Quid præſentis habent optabile gaudia vitæ?
Quæ ſi quis pelago quærat terrave, fatigant
Partaque cor hebetant, amiſſaque duriter angūt. Horat.

Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.

Diuus Hieronymus: Libido tranſacta ſemper ſui relinquit pœnitudinē .i. pœnitētiam. Græcorum prouerbium eſt, Voluptati ſoror eſt triſtities. Quantos morbos] Anneus Seneca ſeueriſſim⁹ vitiorū caſtigator, perorās in voluptatem gulonū, ſic ſcripſit prope diuinitus: Inde, Adagium inquit, pallor eſt, & neruorum vino madentium tremor, & miſerabilior ex cruditatibus, ꝙ ex fame macies. Inde incerti labentium pedes, & ſemper qualis in ipſa ebrietate titubatio. Inde intra cutem humor admiſſus, diſtentusq́ venter, dum male aſſueſcit plus capere ꝙ poterat. Inde ſuffuſio luridę bilis, & decolor vultus, tabeſq́ in ſe putreſcentium. & retorti digiti articulis obrigeſcentibus, neruorum ſine ſenſu iacentiū torpor, aut palpitatio corporum ſine intermiſſione vibrantiū. Quid capitis vertigines dicam? quid oculorū auriumq́ tormenta, & cerebri ęſtuantis verminationes & omnia per quę exoneramur internis hulcerib⁹ affecta? Innumerabilia pręterea febrium genera, aliarū impetu ſubeuntium, aliarū tenui peſte repentium, aliarum cum horrore & multa mēbrorū quaſſatione venientium. Quid alios referam innumerabiles morbos, ſupplicia luxurię? Triſtes vero eſſe] voluptati mœrorem ſuccedere cū norunt omnes, tū maxime libidinoſi. nam teſte Philoſopho, omne animal a coitu triſte eſt. Seneca Lucilio: Voluptates pręcipue extirpa. inter res viliſſimas habe, quę latronum more in hoc nos amplectuntur, vt ſtrangulent. Ariſtoteles teſte Valerio Maximo, vtiliſſimū eſt pręceptū, vt voluptates abeūtes cōſideremus. quas ꝗdē ſic oſtendēdo minuit. feſſas enī, pœnitētięq́ plenas animis n̄ris ſubijcit, ꝗ minus cupide repetant. Quę ſi beatos explicare poſſunt] Si (inquit) voluptates corporis beatitudinē afferrēt, iā & pecudes beatę forēt, ꝗbus eę nobiſcū ſunt cōmunes, ſed indigniſſimū eſt. ſummū bonū pecudibus tribuere. Proinde corporis voluptates, ꝗ teſte Philoſopho lib. moraliū 3 pecunię ſunt & ferales, nulla rōne quēpiā beatū poſſunt efficere. Quin] cur non? Corporalē lacunā] ventrē. Lacuna fit Lacuna. a lacu, & eſt aquę collectio Seruius. Lacunę ſunt foſſę, in quibus collecta aqua ſtare conſueuit. Maro;

Vnde cauæ tepido ſudant humore lacunæ.

Per metaphoram ſumit pro ventre ſeu aluo, quo cibi potusq́ cōgerunt. Sunt exēplaria. in ꝗbus eſt legere laſci

uiam, ⁊ eſt ſenſus ſat apertus. Honeſtiſſima quidem] Supra dixit, Vxor ac liberi, qui iucũditatis gratia petuntur quibus verbis ſignificauit coniugia gratia voluptatis expeti. Nunc dicit, quod voluptas ea foret honeſtiſſima, niſi ⁊ ipſa nimium ſolicitudinis ⁊ dolorum ſecum traheret. E natura] contra naturam. Neſcio quem. ſ. i. t.] Baptiſta Mantuanus.

*Sæpius in natis ſæuum pater educat hoſtem,*
*Cumq; ſuo ignorans interfectore iocatur,*
*Sæpe ſibi lachrymas, ſperant dum gaudia matres,*
*Atque ſuæ paſcunt uentura opprobria genti.*

Mordax] curarũ ⁊ ſolicitudinis plena. Quęcunq; conditio] etiam bona. Alias] alio tempore. ſubaudi neceſſe fuit admonere. Te expertum] qui filios habes, ⁊ quanta ſolicitudine ſint educandi, vel experientia noſti. Anxium] triſtem ⁊ ſolicitum. Non enim nunc anxietati tuę plus addendum eſt. ſed potius detrahendum. Euripidis mei] poetę docti ⁊ philoſophię peritiſſimi. Qui carẽtem l. i. d. e. f.] Nam qui liberis caret, tametſi videtur infortunatus, quod alieno cenſum ſeruet, augeatq; heredi, tamen eo infortunio felix eſt, quod ex liberis (vt alij pleriq;) nihil capiat moleſtię, nec vllum metuat opprobrium. Sophocles in Antigone, Eraſmo interprete:

*Inutiles quicunque liberos ſerſt,*
*Quid aliud hunc, quàm ſibi creare dixeris*
*Ipſi dolores, atque riſum maleuolis?*

Congreſſis olim Solone ⁊ Thalete Mileſio, de re vxoria, deq; liberis ortus eſt ſermo. quum vtrunq; vltra modum probaret Solon, miraretúrq; Thaletem eum eſſe, qui nunq; procreationi operã dediſſet, rem ille commentus eſt haud memoratu indignam. Hominẽ ſubornauit, qui ſe Athenis illis ipſis diebus Miletum applicuiſſe diceret. Inde de ciuitatis ſtatu appellatus, omnia ibi florere diceret, vnum duntaxat ſub id tempus, quo inde ſoluiſſet, lugubrẽ caſum accidiſſe. quod clariſſimi viri filius vnicus, cuius pater peregrinari diceretur, adoleſcens pręclarę indolis, fato conſumptus eſſet, cuius funus tota ciuitas magno eſſet luctu proſecuta. Tum demum de patris nomine, rogatus, excidiſſe id ſibi diceret: quod ſi ſubijceretur, poſſe ſe facile reminiſci. Poſtridie igitur cũ

frequenti foro ambo de more inambularent, obtulit ſe ille ex compoſito. Hic ad primam funeris mētionem, quū Solonis animū perculiſſet, morq; fabulę progreſſu hoſpes ille eo perueniſſet, vt tātum patris nomē reticeret, cetera haud dubie filij interitum Soloni nunciarēt: quū iam amenti ſimilis ipſe ſuū nomē ſubieciſſet, atq; ipſum eſſe nauta affirmaſſet, doloris magnitudine victus, perſonę ſimul ſuę atq; loci oblitus, ſeſe humi affligit, capillūq; & barbā vlulatu alternis manibus conuellit, mugitu eiulatuq; totum complet forum. Omnis multitudo fœditate rei confeſtim in eum vnum conuerſa eſt. Thales vanę illius cōflictationis conſcius, aliquādiu paſſus eſt hoſpitem inſana illa muliebriq; lamentatione debacchari. Poſtremo afflictum humo leuiter attollens: Sis, inquit, bono animo Solon. viuit filius tuus. At volui te non ignorare, ad quod inſanię liberorum amor parentes adigat, & q non inepte faciat, qui hęc animorum vincula, quum honeſte poſſint, effugiant.

## ¶Metrum VII. libri tertij.

HAbet hoc uoluptas omnis,
Stimulis agit fruentes.
Apiumq; par uolantium,
Vbi grata mella fudit,
Fugit, & nimis tenaci
Ferit icta corda morſu.

Carmen eſt anacreontium, dimetrum, catalecticum, conſtans anapeſto, duobus iambis & ſyllaba. Nonnunq; tamen habet ſpondeum pro iambo, vt eſt videre in primo verſu, qui tamē trāſpoſitis dictionib⁹ ſic recte legi pōt:

Habet omnis hoc voluptas.

Nonnulli hoc metrum vocāt anapeſticum, eo quod primus pes ſit anapeſtus: mihi tamen potius iambicum dicendum videtur, poſſeq; etiam vel iambum vel ſpondeū in prima regiuncula recipere, vt apud Prudentium:

Ades pater ſupreme.

Significat voluptatis comites eſſe dolores, faſtidium &

anxietatem. Stimulis] aculeis. Agit] afficit, pungit. Fruentes] eos qui voluptate fruuntur. Par] ſimilis. Ubi] poſtq̃. Fugit] ocyſſime abit. Tenaci] diuturnũ dolorem inferẽti. Ferit] percutit, lędit. Icta] tacta. Solon: Uoluptatem fuge. ipſa nãq̃ poſtremo dolorẽ parit. Plato iuuentutem ad beatam vitã hac ratione ſępiſſime incendebat: Contrariã virtutis ac voluptatis naturam animaduertite. Huius enim momẽtaneã dulcedinẽ ſubita pœnitentia ſequit. dolorq̃ perpetuus. Illius autem breues labores ęterna voluptas. Claudianus ad Stiliconem:

Nec te iucunda fronte fefellit
Luxuries prædulce malum, quæ dedita ſemper
Corporis arbitrijs hebetat caligine ſenſus,
Membraq́; circeis effœminat acrius herbis
Blanda quidem vultu, ſed qua non tetrior vlla
Interius, fucata genas, & amicta doloſis
Illecebris, toruos auro circumligat hydros.
Illa voluptatum multos innexuit hamis.

Baptiſta Mantuanus:

Non inſidioſa voluptas
Decipiat quenquam, blanda ſub imagine ſemper
Ingreditur, nardi ſuccos, vnguenta, ſapores
Mellifluos præfert, vultuq́; applaudit amico.
Sed nihil eſt ſine fraude, latent ſub melle venena.
Quæ poſtquam imprudens biberis, fugit illa repente
Læta dolis: manet infixum ſub pectore vulnus.

Iohannes Franciſcus Picus in voto pro ſalute cõiugſ:

O miſerum mortale genus, cui triſtia rebus
Succedunt lætis, & amaro perlita felle,
Pocula de calicis melliti margine manant.
Quicquid enim præſens dulci oblectauit amore,
Amiſſum querimur, & amaro verba dolore
Saucia mens fundit, renouatq́; in pectore vulnus.

Nos quoq̃ quondam elegiarum moralium libro tertio ſic luſimus:

Sane quàm breuis eſt, quàm miſta dolore libido?
Aufugit hæc raptum, ſed dolor vſque manet
Et poſt pauca:
Quid tibi blanditur tantum? quid dulce videtur,
Cui modicum mellis, ſæuus amaror ineſt?
Continuo fugiunt, quæ ſenſus tempore paruo
Molliter afficiunt, nec remanere queunt.
Succedit faties, ſuccedunt tædia, mœror,
Anxietas, culpam maxima pœna manet.
Conſcia mens miſeris ſe moribus ipſa remordet,
Sanariq́; nequit, ni ferat autor opem. Item:
Lætitiam carpit ſolicitudo comes.

## Proſa VIII. libri tertij.

NIhil igitur dubium eſt, quin hæ ad beatitudinem uiæ deuia quædam ſint, nec perducere eò quẽquam ualeant, ad quod ſe perducturas eſſe promittunt. Quantis uerò implicitæ malis ſint, breuiſſime monſtrabo. Quid em̃? pecuniã ne cõgregare conaberis? ſed eripies habenti. Dignitatibus fulgere uelis? donanti ſupplicabis. Et qui præire cæteros honore cupis, poſcendi humilitate uileſces. Potentiam ne deſideras? ſubiectorũ inſidijs obnoxius, periculis ſubiacebis. Gloriam petis? ſed per aſpera quæq; diſtractus, ſecurus eſſe deſiſtis. Voluptuariam uitam degas, ſed quis non ſpernat atque abijciat uiliſſimę, fragiliſſimæq́; rei corporis ſeruitium? Iam uero qui bona præ ſe corporis ferunt,

quâm exigua, quâm fragili poſſeſſione nitun tur? Num enim elephantes mole, tauros robore ſuperare poteritis? Num tigres uelocitate præibitis? Reſpicite cæli ſpatium, firmitudinem, celeritatem, & aliquando deſinite uilia mirari. Quod quidem cælum nõ his potius eſt, q̃ ſua qua regitur, ratione mirandum. Formæ uero nitor ut rapidus eſt, ut uelox, & uernaliũ florũ mutabilitate fugacior? Quod ſi (ut Ariſtoteles ait) lynceis oculis homines uterentur, ut eorum uiſus obſtãtia quæq; penetraret, nonne introſpectis uiſceribus illud Alcibiadis ſuperficie pulcherrimũ corpus, turpiſſimum uideretur? Igitur te pulchrum uideri, non tua natura, ſed oculorum ſpectantium reddit infirmitas. Sed æſtimate, quàm uultis nimio corporis bona, dum ſciatis hoc quodcunq; miramini, triduanæ febris ignicu lo poſſe diſſolui. Ex quibus omnibus illud in ſummam redigere licet, ꝙ hæc, quæ nec præſtare quæ pollicent̃ bona poſſunt, nec omniũ bonorum cõgregatione perfecta ſunt, ea nec ad beatitudinem (quaſi quidam calles) ferũt, nec beatos ipſa perficiunt.

Hac proſa prius ſummatim repetit ea, quę ſupra diſputauit, ſcilicet voluptates, gloriam regna, dignitates, & diuitias, nec ad beatitudinem quaſi quaſdam vias ferre, nec beatos efficere. Deinde docet corporis bona cũ pa

primis eſſe fragilia, nec magno prudentibus hominibus eſtimanda. Hę vię] quas vulgus ſtulte ad felicitatem vias opinatur. Quędam deuia. loca auia & a recta via nimis diuerſa. Quid enim] particula eſt interrogatoria.i.cur non? & eſt comicum, teſte Acrone. Flaccus lib. ſermonum primo: Quidenim

Militia eſt potior. quid enim? concurritur horæ
Momento.

Senſus eſt, quare non monſtrauero breuiſſime, quantis malis hę vię ſint implicitę. Poteſt & ſimpliciter accipi, vt ſit pręparatiuncula quędam futurę interrogationi, quod & ipſum frequens eſt apud comicos, & in ſermone quotidiano. Poſcendi] ambiendi & petendi magiſtratus. Degas] degere velis. Corporis ſeruitiū] Seneca Lucilio, Maior ſum, & ad maiora genitus, quam vt mancipium ſim corporis mei: quod equidē non aliter aſpicio, quam pondus ac pœnam vinculumque libertati meę circundatum. Iam vero] Concinne tranſit ad corporis bona, quę ad ſuperiora (quemadmodum ſupra dictum eſt) facile referri poſſunt. Elephas Pręſe ferūt] oſtētāt, eisque quaſi feliciores aliis pręferri cupiunt. Num] nunquid. Elephantes] Animalium terreſtrium, Plinio teſte, maximum eſt elephas, proximumque humanis ſenſibus. Elephantes domiti militant, & turres armatorum in hoſtes ferunt, magnaque ex parte orientis bella conficiunt. Proſternunt acies, proterūt armatos. Naſcuntur in Africa vltra Syrticas ſolitudines, & in Mauritania, itē in Aethiopia & apud Troglodytas, ſed maximi in India, quos Afri pauēt, nec cōtueri audent. Taurus Nam & maior Indicis magnitudo eſt. Lege Plinium libro naturalis hiſtorię 8. Tauros] Taurus bos ad procreandum reſeruatus. Accipitur & pro quocunque robuſto boue. Maro:

Ergo age terræ
Pingue ſolum primis extemplo a menſibus anni,
Fortes inuertant tauri.

Tigres] Tigrin Hyrcani & Indi ferunt animal velocitatis tremendę & maxime cognitę, dum capitur. Tigris Totus eius fœtus, qui ſemper numeroſus eſt, ab inſidiante rapitur equo quammaxime pernici, atque in recentem ſubinde transfertur. At vbi vacuum cubile reperit fœta (ma-

q

ribus enim cura nō eſt ſobolis) fertur præceps, odore veſtigans. Raptor appropinquante fremitu, abijcit vnum ex catulis. Tollit illa morſu, & pōdere etiam ocyor acta remeat, iterumque conſequitur, & ſubinde, donec in nauem regreſſo irrita feritas ſæuit in littore. Hæc ex Plinio. Plura ex alijs de eadem tradētur infra. Reſpicite] cōſiderate. Spatium] amplitudinem. Firmitudinem] firmitatem. Celeritatem] velocitatē. His] ſpatio firmitudine, celeritate. Sua ratione] ſpiritu diuino. Formę vero nitor] Oſtendit corporis pulchritudinem ſane quam fluxam eſſe, & celerrime mutabilem. Ut] quantum. Rapidus] cito prętereūs. Domitianus apud Suetoniū: Scias nec gratius quicquam decore, nec breuius. Ouidius libro de arte amandi ſecundo:

Ingenij dotes corporis adde bonis.
Forma bonum fragile eſt, quantumque accedit ad annos,
Fit minor, & ſpatio carpitur illa ſuo,
Nec ſemper violæ, nec ſemper lilia florent.
Et riget amiſſa ſpina relicta roſa.
Et tibi iam veniēt cani formoſe capilli,
Iam venient rugæ, quæ tibi corpus arent.
Iam molire animum, qui duret, & aſtrue formam;
Solos ad extremos permanet ille rogos.
Nec leuis ingenuas pectus coluiſſe per artes
Cura ſit, & linguas edidiciſſe duas.

Rurſus idem:

Ego age fallaci timide confide figuræ,
Quiſquis es, atque aliquid corpore maius habe.

Iſaias capite 40. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri. Merito forma hominis flori comparatur, eodem pene momento vireſcens & areſcens. M. Varro: Quem puerum vidiſti formoſum, hunc vides deformem in ſenecta. Apuleius in deo Socratis, ſignificare volēs nihil eſſe breuius decore, ſic ait: Formoſus eſt, expecta pauliſper, & nō erit. Calphurnius in Bucolicis:

Donum forma breue eſt, nec ſe tibi commodat annis

Seneca in Hippolyto:

Anceps forma bonum mortalibus,

Exigui donum breue temporis
Vt velox celeri pede laberis.

Rurſus idem:

Vt fulgor teneris qui radiat genis,
Momento rapitur, nullaq; non dies
Formoſi ſpolium corporis abſtulit.
Res eſt forma fugax: quis ſapiens bono
Confidat fragili?

Idem, vel vt quibuſdã videt. alius Seneca in Octauia:

Sola perpetuo manent
Subiecta nulli mentis atq; animi bona.
Florem decoris ſinguli carpunt dies.

Saluſtius: Nam diuitiarũ & formę gloria fluxa atq; fra-
gilis eſt. virtus clara ęternaq; habetur. Diuus Am-
broſius in tertio hexa. Surrexerat ante floribus immiſta
teneris ſine ſpinis roſa, & pulcherrim⁹ flos ſine vlla frau
de vernabat: poſtea ſpina ſepſit gratiam floris, tanquã
humanę ſpeculum pręferẽs vitę, quę ſuauitatem perfun
ctionis ſuę finitimis curarum ſtimulis ſępe compungat.
Vallata eſt enim elegantia vitę noſtrę, & quibuſdam ſo-
licitudinib⁹ obſepta, vt triſtitia adiũcta ſit gratię. Unde
cum vnuſquiſq; aut ſuauitate rationis, aut proſperioris
curſus ſucceſſibus gratulatur, meminiſſe culpę eum con
uenit, p quã nobis in paradiſi amœnitate florentibus. ſpi
nę mẽtis, animiq; ſentes iure condemnationis aſſcripti
ſunt. Irrutiles igitur o homo licet aut ſplendore nobili-
tatis. aut faſtigio poteſtatis, aut fulgore virtut;, ſemper
inferiora tua reſpice, ſuper ſpinas germinas. nec prolixa
gratia manet. Breui vnuſquiſq; decurſo ętatis flore mar
ceſcit. Ariſtoteles Stagerita Nicomachi medici filius, Ariſtoteles
Platonis auditor, pręceptor Alexãdri Magni plurima
ſcripſit non ſolum neruoſe, ſed & eleganter cõtra quorun
dam vulgo ſordide philoſophãtium opinionem. Lyn- Lynceus
ceis oculis] acutiſſimis, & perſpicaciſſimis. Sunt qui opi
nãtur oculos lynceos appellari acutiſſimos a lyncibus,
quę (vt Plinius teſtatur libro naturalis hiſtorię duode-
trigeſimo, capite octauo clariſſime omnium quadrupe-
dum cernunt. Aliis videntur potius dicti a Lynceo

vno ex argonautis, acutiſſima oculorũ acie prędito. qui (vt eſt in fabulis, & tradit Hieronymus) dicebatur videre trans parietem: qui (vt hiſtorici ferunt) conſpexit nouiſſimã lunam, primamqꝫ eodem die in ſigno ariete: quod paucis mortalium contigit vidiſſe: & inde fabula orta eſt cernendi Lynceo, vt docet Plinius. De hoc aũt Flaccus:

Solus tranſibit nubila Lynceus.

Huius meminit Horatius in epſtis, et in ſermonib. dixit:

Ne corporis optima lynceis

Contemplere oculis.

Lyncei mentio fit apud eruditos frequens, & in primis apud Ciceronem, & Apuleium, & Senecam. Meminit & huius Plato in epiſtola quadã. Ariſtoteles in primo de generatione & corruptione libro. Nam quę debilẽ viſum habenti miſta eſſent, acute videnti (vt lynceum habenti oculum) non eſſent miſta. Ariſtophanes in Pluto:

Faxo videas vel Lynceo ipſo acutius

Lucianus in Hermotimo: Tu vero nobis ipſo etiã Lynceo perſpicacior es, qui (ſicuti videtur) per pect⁹ ipſum, quę ſunt intus cernis. Sunt qui tradant Lynceum primum repeniſſe fodinas metallorum ęris, argenti, auri, & hinc vulgo natam fabulã, quod ea quoqꝫ videret, quę ſub terra forent. Apollonius in argonauticis ſcribit hũc Lynceum vſqꝫ adeo fuiſſe perſpicacem, vt etiam terram ipſam oculorum acie penetraret, quęqꝫ apud inferos fierẽt, peruideret. Verſus eius Eraſmus vir doctiſſimus, idemqꝫ diſertiſſimus ſic interpretatus eſt:

At miro viſus pollebat acumine Lynceus,

Si modo vera eſt fama, virum quæ prædicat illum

Perfacile inſpexiſſe ſub altis condita terris.

Euſebius libro de euangelica pręparatione octauo, capite quinto: Ad hęc longe abſis a veritate, ſi malorũ aliquem felicem arbitraris, etiam ſi Crœſo ditior, acutior viſu qꝫ Lynceus, maioribus corporis viribus qꝫ Crotoniata ille Milo, Ganymede formoſior ſit, omĩbusqꝫ aliis corporis & exterioribus bonis abundet. Qui enim mentem ſuam plurimorum dominatui ac peſſimorum ſubiecit, cupidinis, doloris, timorꝫ, ſtultitię, inſcitię, felix atqꝫ

beatus eſſe nullo modo poterit, etiamſi vulgo beatus appelletur. Nam ſi animi oculos parumper volueris eleuare, atq; (vt poſſibile homini eſt) de vero bono conſiderare, omnia quę nūc admirari videris, magno riſu proſequeris. Semper enim cum meliora lateant, in locum eorum mala irrumpentia laudantur. Cum vero in medium adſunt bona, tunc quę contraria ſunt, hac luce dilucidius turpitudinem ſuam oſtendūt. Si ergo diuinum illud bonum mente conceperis, nihil eorum quę dixiſti facile apud vitioſos inueniri, inter bona collocabis. Precioſiſſima nempe illorum argēti atq; auri metalla ſunt, quę a peſſima terrarum parte ſolent prodire. Permultum nanq; profecto intereſt inter metallorū ſterilitatē & foecunditatē terrę nō metalloſę. Longe q̄ppe abeſt argēti atq; auri natura a bonitate frugū, ſine q̄bus viuere nequimus: quod maxime in annonę patet caritate. Omnes em̄ theſauros pro modici tēporis alimēto recte propter neceſſitatem iudicantes libenter omnes proiſce re ſolent. Quando autem neceſſaria nobis cumulate affluunt, naturę bonis abundantes, contenti eſſe non poſſumus. ſed argento atq; auro inhiantes, & quaſi oculis capti terreno pondere huc atq; illuc propter auaritiam ferimur, continuoq; pecunię gratia bello vexamur. Veſtes etiam magnificas cupimus, quę nihil aliud ſunt, q̄ textorię artis laudes, & flos ouium, vt nonnulli poetę dixerunt. Qui vero glorię adeo cupidus eſt, vt vel a malis laudari cupiat: hunc improbum eſſe neceſſe eſt: quippe vnumquodq; ſuo ſimili gaudet. Bonam autem valetudinem aurium quęret, ſi di dicerit, non paruos animi morbos ab auditu oriri. Qui viribus corporis ceruicem eleuat, atrociſſimas ante oculos beluas ponat. Ita enim intelliget, turpiſſimum eſſe ferarum viribus hominem gloriari. Formoſitatem corporis iactare, mentis compos nemo poterit, quę breui adeo extinguitur tempore, vt anteq; floreſcat, defloruiſſe videatur: pręſertim cum etiam inanimata artis opera picta, ficta, texta non parua videat extare pulchritudine. Quorum omium nihil vnquam apud deum inter bona enumeratum eſt. quid dico apud deum, cum neq; periti homines, qui recte philoſophantur, bona caducas has res aut arbitrenť, aut appellentǯ Hactenus Euſebius. Alcibiades] Alcibiades Athenienſis non ſolum dux inclytus, ſed in dicendo etiam elo Alcibiades

quentiſſimus fuit, vt Demoſthenes ⁊ Theophraſtus tradiderunt. Ut Probus ait, fuit omnium ętatis ſuę multo formoſiſſimus, ad om̃es res aptus, cōſilijs plenus, terra mariq; ſummus imperator, cuius tāta erat oris atq; orationis commendatio, vt nemo ei dicendo poſſet reſiſtere. diues cum tempus poſceret laborioſus, patiens liberalis, ſplēdidus nō minus in vita q̃ in victu, affabilis, blandus, temporibus calidiſſime ſeruiēs. Idem ſimul atq; ſe remittebat, ita luxurioſus, diſſolutus, libidinoſus, intēperans reperiebatur, vt omnes admirarentur in vno homine tantam eſſe diſſimilitudinem, atq; tam diuerſam naturam. Multa de eo refert Thucydides. Uitam eiuſdem habes apud Plutarchum, ⁊ quem modo citaui, Probum Aemilium. Apud Marſilium Ficinū in cōmentario Socratem inter alia Diotima his alloquitur: Si oculos tibi lynceos natura dediſſet mi Socrates, vt aſpectu quęlibet occurrētia penetrares, formoſiſſimum illud extrinſecus Alcibiadis tui corpus, tibi turpiſſimū videretur.

Febris

Febricula

Triduanę febris] febris trium dierum. Sciendum teſte Seruio, febrem, licet a feruore dicta ſit, eſſe etiam frigidam. Per diminutionē dicitur febricula Diſſolui] corrumpi. Diuus Ambroſius lib. hexa. 3. Hodie videas adoleſcentem validum, pubeſcentis ętatis virtute florentē, grata ſpecie, ſuaui colore. Craſtina die tibi facie ⁊ ore mutatus occurrit, ⁊ qui pridie tibi lautiſſim⁹ decorę formę viſus eſt gratia, alio die miſerandus apparet, ęgritudinis alicuius infirmitate reſolutus. Diuus Bernardus in libello de morum inſtitutione: Qualis eſt iſta pulchritudo, quam leuis febricula, ⁊ rugoſa ſenectus ita totam diſſoluit, vt nec fuiſſe putetur?

## ¶Metrum. VIII. libri tertij.

HEu heu, quæ miſeros tramite deuio
Abducit ignorantia?
Non aurum in uiridi quæritis arbore,
Nec uite gemmas carpitis,
Non altis laqueos montibus abditis,
Vt piſce ditetis dapes.

Nec uobis capreas ſi libeat ſequi,
Tyrrhena captatis uada.
Ipſos quinetiam fluctibus abditos
Norunt receſſus æquoris,
Quæ gemmis niueis unda feracior,
Vel quæ rubentis purpuræ.
Nec non quæ tenero piſce uel aſperis
Præſtent echinis littora.
Sed quonam lateat, quod cupiunt bonum,
Neſcire cæci ſuſtinent:
Et quod ſtelliferum trans abijt polum,
Tellure demerſi petunt.
Quid dignum ſtolidis mentibus imprecer?
Opes, honores ambiant,
Et cum falſa graui mole parauerint,
Tum uera cognoſcant bona.

Carmen dicolon eſt, conſtans altero verſu aſclepiadeo, chorıambico, altero dimetro iambico. Mortales ait cęteras res quonam loco queſituri ſint, probe callere: beatitudinem vero, vbi nanciſci poſſint, prorſus ignorare. Quę ignorantia] quanta. Sunt exemplaria, in quibus legitur quanti. quantum vel miſeros, vel deuio tramite. Capreas] ſylueſtres capras. Caprea dicitur ſylueſtris capra. Martialis: Caprea

Pendentem ſumma capream de rupe videbis.
Caſuram ſperes, decipit illa canes.

Tyrrhena vada] mare Tuſcum. Tyrrheni dicti ſunt Hetruſci a Tyrrheno rege, cum quo ex Lydia quondã in Italiã tranſmigrarũt. Receſſus] ſpatia. Niueis] Tyrrheni

candidis. Feracior] fertilior. Tenero piſce] molli piſcium genere. Aſperis echinis] Conuenienti vſus eſt epitheto. Echinus enim eſt piſciculus ex cancrorum genere, ſpinas habens, quibus pro pedibus vtitur, de quo Martialis: Echinus

*Iſte licet digitos teſtudine pungat acuta,*
*Cortice depoſito mollis echinus erit.*

Iuuenalis,
*Et ſemel aſpecti littus dicebat echini.*

Horatius in ſermonibus:
*Sed non omne mare eſt generoſæ fertile teſtæ,*
*Murice Baiano melior Lucrina peloris,*
*Oſtrea circeis. Miſeno oriuntur echini,*
*Pectinibus patulis iactat ſe molle Tarentum.*

Prouerbiũ Uetus adagium eſt, Echino aſperior: quod dicitur in hominem intractabilem. & inſuauibus moribus. Sciendum autem eſt eſſe & terreſtrẽ echinum, ſpinis vndiq; obſitũ. Quoniam] quo loco, vbi. Neſcire] ſubaudi ſe. Suſtinẽt] patiuntur. Stelliferum polum] Anaſtrophe eſt. Lodouicus Bigus:

*Contentus nemo viuit, meliora ſed optat,*
*Hoc magis aſſequitur, quo meliora magis.*
*Ad ſummum natura bonum cum noſtra feratur,*
*Hoc explere ſitim mens nequit in pelago.*
*Ad ſuperas opus eſt, vt libera tranſuolet arces,*
*Gutture ſe pleno ſi ſatiare cupit,*
*Natus ad æthereæ ſolatia ſpiritus aulæ,*
*Terrena nunquam ſede quietus erit.*

Stulte igitur mortales rerum terrenarũ cupiditate demerſi, in tellure quẽrũt, quod ſupra cęlum ſtelliferũ eſt collocatum. Ambiant] ambiẽdo appetant. Ambire, teſte Nonio, ſignificat interdum ambitionibus appetere. Diuus Hieronymus: Diuitię nõ ſecuturę poſt hominis mortem amãtur. Honor faſcium, qui per ſucceſſorẽ exoleſcat, ambitur. Cum] poſtquam. Falſa] fallacia huius ſeculi bona. Graui mole] ſumma difficultate, & maximis laboribus. Parauerint] comparauerint. Tum] tũc, deinde. Uera bona, vt ita beatitudinẽ cõſe Ambio

quantur, a qua falſa bona mentes auocãt & abducunt. Nam teſte Lactantio, Sicut ad verũ bonum per falla cia mala, ſic ad verum malum per bona fallacia puenit.

Proſa nona libri .III.

HActenus mendacis formam felicitatis oſtendiſſe ſuffecerit: quam ſi perſpicaciter intuearis, ordo eſt deinceps, quę ſit uera monſtrare. B. Atqui uideo(inq̃)nec opibus ſufficientiam, nec regnis potentiam, nec reuerentiam dignitatibus, nec celebritatem gloriæ, nec lætitiam uoluptatibus poſſe contingere. P. An etiam cauſas, cur id ita ſit, deprehendiſti? B. Tenui quidem ueluti rimula mihi uideor intueri, ſed ex te cognoſcere apertius malim. P. Atq promptiſſima ratio eſt. Quod enim ſimplex indiuiſumq́ natura, id error humanus ſeparat, & à uero atq; perfecto ad falſum imperfectumq́ traducit. An tu arbitraris, quod nihilo indigeat, egere potentia? B. Minime inq̃. P. Recte tu quidẽ. Nam ſi qd eſt, quod in ulla re imbecillioris ualentiæ ſit, in hac præſidio neceſſe eſt egeat alieno. B. Ita eſt inquam. P. Igitur ſufficientiæ, potentiæq́ una eadẽq́ eſt natura. B. Sic uidetur. P. Quod uero huiuſmodi ſit, ſpernendum ne eſſe cenſes, an contra rerum omnium ueneratiõe digniſſimum? B. At hoc(inquã)ne dubitari qui

dem poteſt. P. Addamus igitur ſufficiẽtiæ potentiæq́ꝫ reuerentiam, ut hęc tria unũ eſſe iudicemus. B. Addamus, ſi qdem uera uolumus confiteri. P. Quid igitur? inqt, obſcurum ne hoc atq; ignobile cenſes eſſe, an omni celebritate clariſſimũ? Conſidera uero, ne quid nihilo indigere, quod potentiſſimum, atq; honore digniſſimum eſſe conceſſum eſt, egere claritudine, quam ſibi præſtare non poſſit, atq; ob id aliqua ex parte uideatur abiectius? B. Non poſſum inquã, quin hoc uti eſt, ita etiã celeberrimum eſſe confitear. P. Conſequens igitur eſt, ut claritudinem ſuperioribus tribus nihil differre fateamur? B. Conſequitur, inquam. P. Quod igitur nullius egeat alieni, quod ſuis cuncta uiribus poſſit, quod ſit clarum atq; reuerendum, nonne hoc etiam conſtat eſſe lætiſſimum? B. Sed unde huic (inq̃) tali mœror ullus obrepat, ne cogitare quidẽ poſſum. P. Quare plenum eſſe lætitiæ (ſi quidem ſuperiora manebunt) neceſſe eſt confiteri. Atqui illud quoq; per eadem neceſſarium eſt, ſufficientiæ, potentiæ, claritudinis, reuerẽtiæ, iucũditatis nomina quidem eſſe diuerſa, nullo uero modo diſcrepare ſubſtãtiã. B. Neceſſe eſt inq̃. P. Hoc igit̃ q̃d eſt unũ ſimplexq́ꝫ natura, prauitas hoĩm diſpartit. Et dũ rei, quę

partibus caret,partē conať adipiſci,nec porti onē q̃ nulla ē,nec ipſam(quã minime affectat) aſſeqť. B.Quonã inq̃ modo? P. Qui diuitias (inqt) petit penuriæ fuga, de potentia nihil la borat,uilis obſcurusq́ eſſe mauult,multas eti am ſibi naturales quoq; ſubtrahit uolupta-tes,ne pecuniam quam parauit, amittat. Sed hoc modo ne ſufficientia quidem cōtingit ei, quem ualentia deſerit, quē moleſtia pungit, quem uilitas abijcit, quem recondit obſcu ritas.Qui uero ſolum poſſe deſiderat, profli-gat opes,deſpicit uoluptates, honoremq́ po tentia carentem,gloriam quoq; nihili pendit. Sed huic quoq; quàm multa deficiant uides. Fit enim ut aliquãdo neceſſarijs egeat, ut an-xietatibus mordeatur.Cumq́ hæc depellere nequeat,id etiam quod maxime petebat,po tens eſſe deſiſtit. Similiter ratiocinari de ho-noribus, gloria, uoluptatibus licet. Nam cū unumquodq; horum idem quod cætera ſit, quiſquis horum aliquid ſine cæteris petit, ne illud quidē quod deſiderat, apprehendit. B. Quid igitur inquam? P. Si quis cuncta ſimul cupiat adipiſci, ſummam quidem beatitudi-nis ille uelit.ſed num in his eam reperiet, quæ demonſtrauimus id, quod pollicentur, non poſſe conferre? B.Minime inquam. P. In his

igitur, quæ ſingula quæq; expetẽdorum præſtare creduntur, beatitudo nullo modo intelligenda eſt. B. Fateor, inquam, & hoc nihil uerius dici poteſt. P. Habes igĩt (inqt) & formã falſæ felicitatis & cauſas. Deflecte nunc in adverſum mentis intuitum: ibi enim uerã (quã promiſimus) ſtatim uidebis. B. Atq hæc (inq̃) uel cæco perſpicua eſt, eamq; tu paulo ante monſtraſti, dum falſæ cauſas aperire conabaris. Nam (niſi fallor) ea uera eſt & perfecta felicitas, quæ ſufficientem, potentem, reuerendum, celebrem, lętumq; perficiat. Atq; ut me interius animaduertiſſe cognoſcas, quæ unũ horum (quoniam idem cuncta ſunt) ueraciter præſtare põt, hanc eſſe plenã beatitudinẽ ſine ambiguitate cognoſco. P. O te alumne hac opinione felicẽ ſentio, ſi quidẽ hoc (inqt) adieceris. B. Quidnam inquam? P. Eſſe'ne aliqd in his mortalibus caducisq; rebus putas, quod huiuſmodi ſtatum poſſit afferre? B. Minime inquam puto, idq; à te, nihil ut amplius deſideretur, oſtenſum eſt. P. Hæc igitur uel imagines ueri boni, uel imperfecta quædam dare bona mortalibus uidentur, uerum autẽ atq; perfectum bonum conferre nõ poſſunt. B. Aſſentior inquã. P. Quoniam igitur agnouiſti, quæ uera illa ſit, quæ aũt beatitudinem

uera felicitas

mentiantur, nunc ſupereſt, ut undeuerã hãc petere poſſis, agnoſcas. B. Id quidem (inquã) iamdudum uehementer expecto. P. Sed cũ uti in Timæo Platoni (inqt,) noſtro placet, in minimis quoq; rebus diuinum præſidium debeat implorari; quid nunc faciẽdum cenſes, ut illius ſummi boni ſedem reperire mereamur? B. Inuocandum (inquam) rerũ omnium patrem, quo prætermiſſo, nullum rite fundatur exordium. P. Recte, inquit, ac ſimul ita modulata eſt.

¶Hactenus Boethio philoſophia falſę formã felicitatis oſtẽdit, Iam cauſas reddit, cur in his quę mortales appetunt, ſummum bonum non poſſit inueniri, atq; inde maximum hominibus errorem accidere, quod prauitate ſua id, puta ſummum, diſtraxerint, quod ſuapte natura ſimplex ⁊ indiuiduum, nullam patitur ſectionem. Nam vera beatitudo ea quę ſeparat ſtultum vulgus, omnia ſimul complectitur, ſufficientiam, potentiam, reuerentiã, celebritatem, ⁊ lętitiam: quorum vnum quidlibet abſq; reliquis nemo vnq; poteſt obtinere. Hactenus] hucuſq;. Mendacis] falſę. Perſpicaciter] acute. Deinceps] deinde gradatim. Veluti rimula] Pulchra trãſlatio. Malim] malo, vt velim pro volo. Atqui] vnde ſit ortus error, euidenter oſtendit, ⁊ gradatim certis colligit argumentis, vnam eandemq; eſſe naturam ſufficientię, potẽtię, reuerentię, celebritatis, atq; lętitię. Egere clarit.] ſubaudi, videatur. Abiectius] contemptius. Diſpertit] in partes diuidit. Rei.] verę felicitatis. Quam minime affectat] Atqui ſupra dictum eſt, omnes ſummũ bonum, veramq; felicitatẽ appetere: quomodo igit᷑ nunc dicit, aliquẽ rem ipſam minime affectare? Vt hic ſcrupulus eximatur, ne quem male forſitan habeat, animaduertendum eſt duplicem eſſe hominis appetitũ, alterum quidem naturalem, cõfuſum, ⁊ inordinatũ, eoq;

omnes mortales (quod ſupra dictũ eſt) in ſummũ bonum ferri, veramq; beatitudinẽ appetere. alterum vero rationalem, diſcretũ, & ordinatũ, eoq; paucos in ſummũ bonũ diuina gratia dirigi, puta eos duntaxat, q̃ norunt, vbi id, & quomodo quęrendũ ſit, rectaq; via, fide, ſpe, & charitate freti, tendũt. vt illud tandẽ conſequãt. Expone igit. q̃ minime affectat. i. appetit, & quęrit appetitu proximo, directo, & ordinato, eoq; modo & via, qua ſummum illud bonum eſt inueſtigandum. Qui diuitias] Dilucide docet, quemadmodũ mortales à recta via inſipienter, aberrantes, conentur eius rei quę partes non habet, partẽ vnam quãlibet cęteris neglectis adipiſci. Solũ poſſe] ſolam potentiam. Profligat] diſſipat, prodigit, profundit. Mordeatur] contriſtetur. Summam perfectionem] abſolutã, integramq; rationem. In aduerſum] in contrariam mentis partem. Hęc] vera felicitas. Uel] etiam. Perſpicua] patẽs. Perſpicuum dicitur, qđ viſui peruium eſt. Ea vera eſt] Definitio eſt beatitudinis, verbis quidem differens ab ea, quę data eſt ſupra, re vero conſentiens. Uti] quemadmodum. In Timęo] in nobiliſſimo illo dialogo Timęus Locrenſis philoſophus Pythagoreus, nobilitate & opibus pręſtantiſſim⁹, ſummus magiſtratibus et honoribus functus eſt, et ad ſumma totius philoſophię faſtigia feliciter aſcẽdit. Hui⁹ nomine Plato pulcherrimũ librũ ſuum inſcripſit, in quo Socrates Timęum ſic alloquitur: Tua ergo intereſt o Timęe, inuocatis ſecundum legem diis, diſputationẽ iã exordiri. Cui Timęus hunc in modũ r̃ndet: Probe conſulis Socrates. Nam cum omnes qui mentis quoquo modo compotes ſunt, in operꝫ cuiuſlibet vel magni, vel parui principio inuocare deum ſoleant, q̃to nos ęquius eſt de vniuerſo, ſiue genitum ſit, ſiue ingenitum diſputaturos (niſi forte deſipimus) inuocare diuinã opẽ? Diuus Auguſtinus libro academicorũ ſecundo: In primis diuinũ auxiliũ omni deuotione atq; pietate implorãdũ eſt. Plato in epiſtola ad Dionis ꝓpinquos & amicos: Omnibus enim in rebus & dicendis et cogitandis, principium ſemper a diis eſt faciendum. Rite] recte, bene. Modulata eſt] cecinit.

## ¶Metrum nonum libri. III.

O Qui perpetua mũdũ ratiõe gubernas,
Terrarũ,cæliq́ȝ ſator,qui tẽpus ab æuo
Ire iubes, ſtabiliſq́ȝ manẽs das cũcta moueri,
Quem non externæ pepulerũt fingere cauſæ
Materiæ fluitantis opus, uerum inſita ſummi
Forma boni,liuore carẽs: tu cuncta ſuperno
Ducis ab exẽplo,pulchrũ pulcherrimus ipſe
Mũdũ mẽte gerẽs, ſimiliq́ȝ i imagine formãs,
Perfectaſq́ȝ iubens pfectũ abſoluere partes.
Tu numeris elementa ligas, ut frigora flãmis
Arida conueniant liquidis,ne purior ignis
Euolet,aut merſas deducant pondera terras.
Tu triplicis mediã naturæ cuncta mouẽtem
Connectẽs animã, p cõſona mẽbra reſoluis.
Quę cũ ſecta duos motũ glomerauit i orbes,
In ſemet reditura meat,mẽtemq́ȝ profundam
Circuit, & ſimili connectit imagine cælum.
Tu cauſis animas paribus,uitaſq́ȝ minores
Prouehis,&leuibus ſublimes curribus aptãs
In cælum terramq́ȝ ſeris,quas lege benigna
Ad te conuerſas reduci facis igne reuerti.
Da pater auguſtam menti conſcendere ſedẽ,
Da fontem luſtrare boni,da luce reperta
In te conſpicuos animi defigere uiſus.
Diſijce terrenæ nebulas & pondera molis,
Atq́ȝ tuo ſplendore mica. tu nanq́ȝ ſerenum,
Tu requies tranquilla pijs,te cernere,finis.

Principiũ, uector, dux, ſemita, terminus idẽ.

¶ Merito nunc et heroico carmine vtitur, cum deũ inuocet omnium rerũ creatorem, conſeruatorem, patrẽ, optimum, maximum, pulcherrimum, potentiſſimum, ac (vt ſemel dicam) inenarrabilem, & ab exclamatione ſumit initium, quę ſummam admirationis vim habet: qua quidẽ tum ſolemus vti, cum ſignificare volemus tãtas eſſe laudes ac merita cuiuſpiam, vt ea pro dignitate nullis verbis conſequi valeamus. Carmen aũt hoc multo pulcherrimum eruditiſſimumq́; ex Platonis fere Timęo mirabili ingenio depromptum eſt. O] interiectio eſt admirãtis immenſam, infinitam, & incomprehenſibilẽ dei maieſtatem. Perpetua ratione] ęterna diſpoſitione, ſempiterna prouidentia. Sator] creator. Tempus ab ęuo Ire iubes] id eſt, poſt ęuum tempus quaſi eius imaginẽ fluere imperas. Tria enim cum ſint, ęternitas, ęuum, & tẽpus, primum eorum ſolius dei eſt, qui nec principium habet, nec finem, ſed ipſe principium & finis eſt omnium. Secundum angelis tributum eſt, q̃ principium habent & fine carent, quod & rebus omnibus permanentibus tribui quoq; debere nonnullis placuit. Tertium, puta tempus, poſtremo loco ſtatutum eſt, eorum quę & generationi & corruptioni ſunt obnoxia, tametſi ad alia quoq; trãsferatur. Johannes Franciſcus Picus hymno primo:

Longinquo primum tempus tunc fluxit ab æuo,
Ex motu fluitans nunq̃ ceſſantis olympi.

Timęus apud Platonẽ: Cum igitur (inquit) hoc a ſe factũ ſempiternum deorum ſimulacrum moueri & viuere pater ille qui genuit, animaduerteret, delectatus eſt opere, & hac ductus lętitia, opus ſuum multo etiam magis primo illi exẽplari ſimile reddere cogitauit. Itaq; quemadmodum illud ſempiternum animal eſt, ita vniuerſum hoc pro viribus tale facere ſtatuit. Ilius quidem animalis ęterna natura eſt, quod genito operi cõgruere omnino non põt. Idcirco imaginem ęui nobilem effingere decreuit, ac dum cęlum exornaret, fecit ęternitatis in vnitate manentis ęternã quandam in numero fluentẽ imaginem, quã nos tempus vocamus. Dies porro & noctes & menſes & annos, qui ante cęlum non erant, tunc naſcẽte mũdo, naſci iuſſit, quę omnia temporis partes ſunt. Hęc Ti

meus. Jam quid ſit tempus videamus. Autore Speuſippo, tempus a Platone hũc in modũ definitũ eſt: Tempus eſt ſolis motus, progreſſionis mẽſura. Teſte Plutarcho in libro de placitis philoſophorũ, Pythagoras dixit tempus ſphęram extremi ambiẽtis eſſe. Plato ęui effigiẽ mobilem, vel mundanę motionis intercapedinem. Eratoſthenes, ſolis iter. Plato, eſſentiam temporis, cęli motum. Stoicorum pleriq;, motionem ipſam. Macrobius libro ſaturnaliũ primo: Tempus eſt, inquit, certa dimẽſio, quę ex cęli conuerſione colligitur. Ariſtoteles libro phyſicę auſcultationis quarto: Tempus eſt numerus motus ſecundum prius & poſterius. Que quidem definitio hũc in modum ſolet exponi: Tempus eſt numerus numerat⁹ ipſius motus localis, non cuiuſcunq;, ſed primi mobilis ſecundum partem priorem ſucceſſionis & poſteriorem. Rodolphus autem Agricola Phriſius, acutiſſimo viri ingenio, & eruditione ſingulari volumine dialecticorũ primo: Tempus, inquit, definiri ſolet eſſe numerus motus ſecundum prius & poſterius. Nos apertius dicemus, eſſe cęli ſoliſq; vertigine deductũ ſpatiũ, quo rerum omniũ agitationem viciſſitudinemq; metimur. Hęc Agricola. Diuus Aurelius Auguſtinus, omnium mortaliũ longe doctiſſimus, libro confeſſionũ vndecimo, ſe ignorare q̃d ſit tempus confitetur, tametſi videat id quãdam eſſe diſtentionem. In eodem libro inter alia temporis platonicam Ariſtotelicamq; definitionem improbans: Nemo ergo, inquit, mihi dicat cęleſtium corporum motus eſſe tẽpora, q̃a & cuiuſdã voto cũ ſol ſtetiſſet, vt victor Joſue prælium peragerat, ſol ſtabat, ſed tempus ibat. Stabilis] Marſilius Ficinus libro theologię tertio. Deus per ſe mouet, agitq; omnia, ipſe quidem ſtabilis per ſeipſum. Baptiſta Mantuanus in tertio calamitatum libro:

Sed ſolum videat patrem, & reuerenter adoret,
Qui ſedet, & ſtabilis ſolo mouet omnia nutu.

Diuus Auguſtinus libro confeſſionum primo: Tu autẽ domine, qui & ſemper viuis, & nihil moritur in te, quoniã primordia ſeculorum, & ante omne quod vel ante dici poteſt, tu es, & deus es dominuſq; omnium, quę creaſti, et apud te rerum omnium mutabilium immutabiles manẽt origines, et omniũ irrationabilium et temporalium ſempi

r

Tempus

ternę viuunt rationes. Pſalmographus: Mutabis ea, & mutabuntur: tu autẽ idem ipſe es. Diuus Iacobus apoſtolus: Apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Et ipſe apud Malachiã prophetam:
Cauſæ. Ego dominus, inqt, et non mutor. Externę cauſę] id eſt, cauſę extra diuinam mentem ſitę, cum nullę forẽt, nec deus ab vllo alio moueri poſſit. Ariſtoteles quatuor poſuit cauſas, quibus omnia fiunt: primam, quę mouendi principium eſt: ſecundam, ex qua fit aliquid, quã materiam vocat: tertiam, rationem ac ſpeciẽ, qua vnũquodq; formatur: quartam, finem, propter quem vnumquodq; efficitur. His quintam Plato adijcit, exemplar, quam ideam vocat, hoc eſt enim id, ad quod reſpiciens opifex, id qđ deſtinat, efficit. Deus autem intra ſe rerum omnium exẽplaria habet. Hic aũt mundum ex nihilo creauit, nullis externis cauſſis excitatus, ſed ad internum exemplar, et propter ſummam bonitatem. Et hoc eſt quod ſubdit. Uerum] ſed. Forma] idea, exemplar. Summi boni inſita.] interna, intus ſita. Liuore carens] expers inuidię. Philo Iudęus ex ſententia Moſę de mundi creatione ſcribens, ait opificem rerum omnium deum bonũ eſſe, nec vlli eorum quę ſunt inuidere, propterea mundum cõdidiſſe. Timęus vero Platonicus: Dicamus, inquit, quã ob cauſam ille rerũ autor generationẽ, & hoc vniuerſum cõſtituit. Bonꝰ erat. Bonꝰ aũt nulla vnq; aliq̃ de re inuidia tãgit. Ergo cũ liuor ab eo alieniſſimus eſſet, om̃ia ſibi (ꝙtum fieri poterãt) ſimillima fieri voluit. Et poſt pauca: Totumq; ita mundum conſtituit, vt pulcherrimum natura opus, optimumq; foret. Ducis] producis. Ab
Ideæ. exemplo ſuperno] ex ęterna idea. Sunt aũt idee principales quędam formę, & ęternę, quę diuina intelligentia continentur, vt Auguſtinus ait in libro octogintatrium quęſtionũ: q̃ cũ ipſę nec oriant, neq; intereãt, ſecũdũ eas tñ formari dr om̃e qđ oriri & interire põt, & om̃e qđ oritur & interit. Sunt autẽ hę in mente diuina, & exẽplaria dici poſſunt, autore Thoma, qua (vt inqt) rerũ factionis principia ſunt: rationes vero habent, qua dicuntur principia cognoſcendi: quandoquidem ipſe deus eſſentiam ſuam omni quo cognoſci poteſt modo, perfecte cognoſcit, et non ſolum qua in ſe eſt, ſed qua participari ſimilitudiue quadam a rebus creatis poteſt: quęcunque vero creata ſunt, propriam habent ſpeciem, qua ſimilitudinem di-

uinę eſſentię participãt. Pulchrum pulcherrimus ipe] Timęus Platonicus: Cum vero et mundus omnium genitorum pulcherrimus ſit, et eius autor, cauſarum omnium optimus, dubium non eſt, quin ſempiternum ſit ſecutus exemplum. Sic igitur generatus, ad id effectus, q̃d ratione et ſapientia ſola comprehendi poteſt, et immutabile permanet. Perfectasq; iubens.] Ordo eſt, Et iubes perfectum mundum abſoluere, id eſt, abſolutas habere partes perfectas. Idem Timęus: Quatuor igitur earum rerum quamlibet integram mundus accepit. Ex omni quippe igni, aere, aqua, terra, ipſius faber ita ipſum compoſuit, vt nullam cuiuſquam iſtorum partem aut vim extra relinqueret. Idque ea ratione fecit. primũ quidem, vt totum hoc animal ꝙ maxime perfectum ex perfectis partibꝰ eſſet. deinde vt eſſet vnum, cum nihil extra relictum fuerit, ex quo alterum generetur. poſtremo, ne quis ipſum morbus, aut ſenectus attingeret. Tu numeris elementa ligas] Timęus idem. Quoniam vero corporeus, ſpectabilisq; et tractabilis mũdus erat futurus, ac ſine igni videri nihil poteſt, nihilque ſine ſolido tangi, et ſolidum abſq; terra nihil, ideo in operis huius exordio deus ignem primo terramq; creauit. Sed duo ſola abſq; tertio quodam commode cohęrere non poſſunt, mediumq; aliquod vinculum vtrorumq; deſiderant. Vinculum vero id eſt aptiſſimum atque pulcherrimum, quod ex ſe ⁊ iis quę aſtringit, ꝙ maxime vnum efficit. Hoc maxime proportio ratioque alternę comparationis aſſequitur. Quando enim in tribus numeris aut molibus, aut viribus medium ita ſe habet ad poſtremũ, vt primum ad medium, viciſſimq; vt poſtremum cum medio, ita medium cum primo congruit, tunc quod mediũ eſt, et primum fit, et poſtremum. poſtremum quoque et primum media fiunt. Ita neceſſitas cogit, vt omnia quę ſic deuincta fuerint, eadem inter ſe ſint. Eadem vero cũ facta ſint, efficitur, vt omnia ſint vnum. Quod ſi vniuerſi corpus latitudinem habere debuiſſet, nullam vero profunditatem, vnum ſane tum ad ſeipſum tum ad extrema vincienda interiectum medium ſuffeciſſet. Sed cum ſoliditatem mundus requireret, ſolida vero non vno, ſed duobus ſemper mediis copulentur, inter ignem et terrã deus aerẽ aquamq; locauit, eaq; ita inter ſe inuicẽ (quoad fieri poterat) cõparauit, vt quẽadmodũ ignis ad aerẽ,

ita aer ad aquam: vt aer ad aquam, ſic aqua ad terram congrue conferatur. Qua ex coniunctione ita conſtitutꝰ eſt mundus, vt aſpici tangiq; poſſit. Propterea ex huiuſmodi rebus numero quatuor mundi corpus conflatum eſt, ea connexum comparatione, qua dixi. Ex quo ſeipm̄ amicitia concordi cōplectit͛ atq; ita apte coheret, vt nequeat diſſolui vllo modo, niſi ab eodē, a q̄ eſt colligatū. Seuerinꝰ noſter libro de muſica primo, capite ſecundo: Iam vero q̄tuor elemētorū diuerſitates cōtrariasq; potētias, niſi quędam harmonia cōiūgeret, q̄ fieri poſſet, vt in vnū corpus ac machinā cōuenirēt? Sed hęc omnis diuerſitas ita & tēporū varietatē parit, & fructuū, vt tamen vnū anni corpus efficiat. Unde ſi q̄d horum quę tantam varietatē rebus miniſtrant, aio & cogitatione diſcerpas, cuncta pereant, nec (vt ita dicā) conſonū quicq; ſeruent: Et vt in grauibꝰ chordis hic vocis modus eſt, vt nō ad taciturnitatē grauitas vſq; deſcēdat, atq; in acutis ille cuſtodit͛ acuminis modus, ne nerui nimiū tenſi vocis tenuitate rumpant͛, ſed totū ſibi ſit conſentaneū atq; conueniens, ita etiā in mundi muſica puidemꝰ nihil ita eſſe nimiū poſſe, vt alterū propria nimietate diſſoluat. Uerū quicquid illud eſt, aut ſuos affert fructus, aut alijs auxiliatur vt afferant. Nam quod conſtringit hyems, ver laxat, torret ęſtas, maturat autumnus, temporaq; viciſſim vel ipſa ſuos afferunt fructus, vel alijs, vt afferant, ſubminiſtrant. De elementorum ꝑ numeros connexione, plura lege apud Macrobiū ſane q̄ iucunda in primo libro commentariorum, quos in Scipionis ſomnium compoſuit. Numeris] quaternario elementorū numero, & ternario interſtitiorum. Tribus em̄ interſtitijs conuenientiſſime quatuor connexa ſunt elementa: quorum primum eſt a terra ad aquam, ſecundum ab aqua ad aerem, tertium ab aere ad ignem. Frigora fl.] frigida calidis. Arida] ſicca. Liquidis] humidis. Purior] ſynceriot. Euolet] extra locum pręſcriptum nimia leuitate euagetur. Merſas] obrutas nimia grauitate. Deducant] deprimāt: Tu triplicis mediā] Ordo eſt, Tu cōnectēs animā mediā triplicis naturę mouētē cūcta, reſoluis. i. expandis, ſubaudi eā, & repete mediā ꝑ cōſona mēbra. Triplicis naturę] q̄a (vt Platoni viſum eſt) ex tribꝰ rerū generibus, eſſentia, eodē, et altero, deus vnā animę mundi cōflauit naturā, tam exacta commiſtiōe, vt in

eſſentia eius vbiq; idem ineſſet alterum. atq; viciſſim in ipſo eius eodem ineſſet ⁊ alterum, et eſſentia: rurſus in ipſo eius altero ⁊ eſſentia lateret, ⁊ idem. Uel nature triplicis ideo, quod anima mundi ſublimes cauſas cum infimis connectens effectibus, in ſeipſa manet, ⁊ declinat ad effectus, et ad cauſas aſcendit. Mediam] Ut Platoni placet, deus animã in medio rerũ conſtituit, ꝑtẽditq; eam inde per totum, ⁊ interim aliquid eius eduxit extra mundum: quo videlicet dum prouideret mundo, cõuerteretur ad deum. Ita anima eſt medius rerum gradus, atq; oẽs gradus tam ſuperiores ꝙ̃ inferiores cõnectit in vnum, dum ipſa ⁊ ad ſuperos aſcendit, ⁊ deſcendit ad inferos. Timeus apud Platonem: Ex ea ſubſtantia que indiuidua et ſemper eadem ſimiliſq; eſt. et ex ea rurſus que circa corpora diuidua fit, tertiam ſubſtantie ſpeciem cõmiſcuit mediam: que rurſus eſſet nature ipſius eiuſdem. ⁊ nature ipſius alterius particeps, eamq; per hec mediam conſtituit inter indiuiduam ſubſtantiam, et eam que circa corpus diuiditur. Ea cum tria ſumpſiſſet, in vnam ſpeciem oĩa temperauit. Cuncta mouentẽ] Uergilius Aeneidos libro ſexto:

Totamq; infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Per conſona membra] per mundi partes harmonia quadam coniunctas, ⁊ congruentes. Timeus Platonicus: Poſtꝙ̃ igitur ſecundũ creatoris illius mentem tota anime conſtitutio abſoluta fuit, mox omne corporeum intra ipſam effinxit, mediumq; medie accõmodans, apto modulamine copulauit. At illa a medio per omne vſq; ad celi extrema ſe porrigens, eiq; extrinſecus circunfuſa, ſeq; in ſeipſa conuertens, ita ſempiterne ſapientiſq; vite in vniuerſum tempus diuinum dedit exordium. Et corpus quidem celi ſpectabile factum eſt, anima vero oculorum effugit obtuitum, rationis ⁊ modulaminis compos, ab autore ſuo oĩm, que ſemꝑ ſunt, ⁊ ad intelligentiã ꝑtinẽt, optimo, ipſa ꝗq; optima oĩm, que genita ſunt, effecta. Que] mũdi aĩa. Secta] diuiſa in duo. ꝗ refert ad motũ. Glomerauit] orbiculariter egit. In orbes duos.] In geminos circulos, puta in firmamentum non errans, ⁊ in orbes peruagantiũ planetarum. Anima mundi adeo proceſſit perfecta, vt ſuam ferme ideam impleuerit. Diui

ſio in longum, oſtēdit proprium animę motū naturaliter eſſe rectum, ſcilicet in ſenſum, & vegetandi ſiue mouendi naturam. Item ob id ſecat in duo, vt oſtendat tum in anima duplicem eſſe rectū motū, ſcilicet ad ſentiendū atque mouendum, tum ab anima in corpore ſimiliter eſſe geminum ſcilicet vniformem, atque multiformem. Interſecat vero lineas duas ad animam figurandam, deinde eas reflectit in gyrum, indicans naturam animę ex ſe ad rectum motum procliuiorem, ab ipſo deo per intelligētię munus circulari motui prorſus accommodari, geminis inque circulis, firmamento ſcilicet non erranti, ac poſt firmamentū orbibus p̄uagantium planetarū. Firmamenti quidem circuitus ipſam identitatis intelligentięque naturam proprie refert. Anfractus autem multiplices planetarum proprie naturam alteritatis, inferiorumque animę partium repręſentant. In ſemet] in ſeipſam. Meat] mouetur. Mentem] profundam intelligentiam. Reuolutio enim animę orbem intelligentię comitatur. Motus quidem animę, ſi ab intelligentia penitus deſeratur, ſtatim tam in percipiendo, quam in agendo, ſolum tranſibit in rectum. Quod aūt repetat ſemetipſam, ſimileſque p̄ alia gyros glomeret, ſortitur ab intellectu quodam ſuperiore, qui & manens in ſe, & ſubito cōuerſus in cauſam, largitur intelligentiā animę, p̄ quā quaſi porrectā manum ſiſtit animā natura propria vagabūdā motumque eius irrequietū, & ad rectā extra ſe lineā naturaliter proniorē, retorquet in orbē mediū inter motū rectū atque quietē. Hinc aīa

in ſemęt reditura meat, mentemq́; profundam.
Circuit, & ſimili conuertit imagine cælum.

Tu cauſis animas paribus] Rationalem hoīs animam ait Plato a deo ex eiſdē rerū generibus eodē in cratere cōmiſtis, atque mundi aīam fuiſſe conflatā. Crater ſignificat ipſam vitę rationalis ideā, ſed adiungit ex reliquiis ſuperioris cōmiſtionis fuiſſe confectā, ſignificās particulares vitas vniuerſali vita inferiores eſſe. Tū vero deus animas. i. ſingulos ordines animarū ſingulis ſtellis accōmodat. Adhibet & vehicula. i. ętherea corpora. Docet & fatales leges, dū animabus infundit formulas idearum, p̄ quas aīę in ſe quoque cōuerſę, rationes rerū agnoſcere poſſint. Timęi Platonici, Marſilio Ficino interp̄te, hęc ſunt verba: Hęc fatus, in eodē rurſus cratere, in quo mundi to-

tius animã ꝑmiſcẽs tẽperauerat, ſuperioris tẽperationis reliquias miſcẽdo ꝓfudit, modo quodã eodẽ, non tamen ꝑfectas ſimiliter, ſed ⁊ ſecũdo ⁊ tertio gradu a primis deficiẽtes. Deniq̃ cũ vniuerſum cõſtituiſſet, aſtris parẽ numerũ diſtribuit animarũ, ſingulis ſingulas adhibẽs, eiſq̃ tanq̃ vehiculo impoſitis mõſtrauit vniuerſi naturã, ac leges fatales edixit. Animas.] hominũ ſubaudi. Cauſis parib⁹] Conſimili ratione ⁊ cauſis, rerumq̃ generibus eiſdẽ, q̃bus anima mundi facta eſt. Uitaſq̃ minores] ignobiliores animas, vt brutorũ animaliũ ⁊ plãtarum. Prouehis] producis. Leuibus] celeriter mobilib⁹. Sublimes] pręſtantiores animas. Curribus] vehiculis. Ut enĩ Platoni viſum eſt, deus animis corpora, quaſi vehicula ſubdidit. Seris] ſeminas. ⁊ hoc ex opinione Platonica dictũ, cui placuit deum ſpirituũ alios in terrã, alios in lunã, alios in alia tẽporis inſtrumẽta ſpargentẽ quaſi ſeuiſſe. Lege benigna] vt homines violentas paſſiones ex corporis coniunctione in anima excitatas ſuperẽt, iuſteq̃ viuãt. Reduci] reduces faciẽti, reducẽti. Reduces ꝓprie dicũt, q̃ magna pericula euaſerũt. Igne] amore, Marſilius Platonicus in cõmentario oratione quarta. cap. 6. Aeternus igit amor, q̃ ſemꝑ in deũ afficit animus, efficit vt deo ſemꝑ tanq̃ nouo ſpectaculo gaudeat. Amorem hunc eadẽ dei bonitas ſemꝑ accendit in animo, q̃ ⁊ beatũ facit amantẽ. Tria igit (vt breui cõplectar) amoris bñficia collaudabimus, q̃d nos olim diuiſos in integrũ reſtituẽdo, reducit i celũ q̃d ſuis quẽq̃ collocat ſedibus, facitq̃ oẽs in illa diſtributione quietos, quod omni expulſo faſtidio, ſuo quodã ardore oblectamẽtũ q̃ſi nouũ iugiter accẽdit in animo, redditq̃ illũ blãda ei duci fruitiõe beatũ. ¶ Lectorẽ hoc loco, anteq̃ ad alia ꝓgrediar enarrãda, velim admonitũ, Boethianã in hoc carmine philoſophiã nõ ſolũ diligẽter, verũ ⁊ caute Platonẽ imitari: cui⁹ opiniones de anima mũdi, ceteriſq̃, hominũ puta, ⁊ pecudũ, ⁊ arborũ, nõ vſquequaq̃ chriſtianis hominib⁹ ꝓbant, tametſi nos latinis fere ſingula ex Platonis doctrina nõ indiligẽter expoſuerim⁹. Porro cęleſtes ſphęras habere animas nõ mõ Platonici, ſed oẽs etiã peripatetici cõfitẽt. Quod Ariſtot. docet lib. de cęlo. 2. rurſus. 5. ⁊ 8. natural. 2. de aĩa. 11. diuinorũ. Theophraſt⁹ etiã diſcipul⁹ Ariſto. li. de cęlo. Oĩs Auicẽna ⁊ Algazele ſummopere cõfirmarũt. Auguſti-

Reduces

Tria amor[is] bñficia

Admonitio lectoris

nus Aurelius in libro, cui titulus Enchiridion, & Thomas Aquinas in libro contra gentiles ſecundo, tradũt nihil (quantum ad chriſtianam doctrinam ſpectat) inter eſſe, cęleſtiá corpora animas habere, vel nõ habere. Paulus Corteſius libro ſententiarum ſecundo, diſtinctiõe quarta: Platone, inquit, principe multi ſidera animantia eſſe voluerunt. Stoicis autem placet aſtris vim & mentẽ ineſſe diuinam. At Anaxagorę ab Athenienſibus eſt negocium exhibitum, quoniam ſolem flagrantem lapidem, nec deum, nec animantem eſſe dixiſſet. Apud noſtros vero Origenes a Platone non diſcedens, animantia ſidera putauit, quem pedetentim & dubitanter ſubſequi videt Hieronymus. Diuus autem Auguſtinus tanquam arbiter in re ambigua, dum medium perſequi non poteſt, neutri ſentẽtię aſſentit. At Apollo Chriſtianorum, diuus Thomas, ſcientius genus hoc totum ratione aſtringit, probat enim diuiſiõe operũ aię, nullã corporũ cęleſtiũ animę conſentaneã eſſe operam, pter intelligentiã & motũ. Dicitque animã corporib⁹ cęleſtib⁹, non vt formã annecti, ſed virtutis appulſu, vt mobili agitatorẽ applicari, quẽadmodũ ſi lagena in prono vi pedum impulſa moueat. Da pater] Sic Martianus Capella ad ſolem:

Da pater æthereos menti conſcendere cœtus.

Auguſtam ſedẽ] ſacram, diuinã, & maieſtatis pleniſſimã ſummi boni ſedem. Auguſtum proprie, teſte Seruio, eſt tectum augurio conſecratum. Abuſiue auguſtum nobile, quaſi maieſtatis plenum. Verg. lib. georgicon. 4.

Si quando ſedem auguſtam, ſeruataque mella

Theſauris relines.

Sic enim Seruius legit: Alij quidam p n anguſtã, & ita legũt etiã nõnulli hoc loco, vt dicat anguſtam ſedem, ad quã nõ niſi anguſta & arcta via puenit, ſed meo iudicio legendũ eſt per n anguſtam. Terrenę molis] corporeę contagionis. Nebulas & pondera] perturbationes ex grauitate corporis animo accidentes. Tuo ſplendore] tua tibi interna et ineffabili incomprehenſibilique luce. Tu] ſubaudi es. Serenum.] ſerenitas. Te cernere] contemplatio tui. ſubintellige eſt. Finis] ſummum bonum. Apud Johannem euangeliſtam capite. xvij. Jeſus Chriſtus ad patrem: Hęc eſt autem vita ęterna, vt cognoſcãt te ſolũ deum verũ, & quẽ miſiſti Jeſum Chriſtũ.

Thomas Aquinas theologoꝛū decus libꝛo aduerſus gentes tertio: Summa ⁊ perfecta felicitas intellectuals naturę in dei viſione conſiſtit. Principium] Johannes in apocalypſi, capite pꝛimo: Ego ſum ἄλφα ⁊ ω, pꝛincipium ⁊ finis, dicit dominus deus, qui eſt, ⁊ qui erat, ⁊ qui venturus eſt omnipotens. Deus eſt pꝛincipium, medium, ⁊ finis omnium. Pꝛincipium quidem, vt producit: Medium autem, vt producta retrahit ad ſeipſum: finis, pꝛout redeuntia perficit. Uectoꝛ] pꝛouectoꝛ ad felicitatem. Dux] ductoꝛ per iter anguſtum. Semita] ſane q̄ anguſta via, per quam pauci faciunt iter. Terminus] finis omnium.

## ¶Proſa decima libri tertij.

QVoniam igiť quæ ſit imperfecti, quæ etiam perfecti boni forma, uidiſti: nūc demonſtrandum reor, quo nam hæc felicitatis perfectio conſtituta ſit. In quo illud primū arbitror inquirēdum, an aliquod huiuſmodi bonum (quale paulo ante definiſti) in rerum natura poſſit exiſtere, ne nos præter rei ſubiectæ ueritatem caſſa cogitationis imago decipiat. Sed quin exiſtat, ſitq́ꝫ hoc ueluti quidā omnium fons bonorū, negari nequit. Omne enim quod imperfectum eſſe dicitur, id diminutione perfecti imperfectū eſſe perhibetur. Quo fit, ut ſi in q̄libet gn̄e imperfectū qd eſſe uideať, i eo pfectū quoq́ꝫ aliqd eſſe, neceſſe ſit. Etenī pfectione ſublata, unde illud q̄d imperfectū phibeť, extiterit, ne fingi qdē pōt. Neq́ꝫ enī ab diminutis inconſummatiſq́ꝫ natura rerum cepit exordium, ſed ab integris abſolu-

tisq́ꝫ procedēs, in hæc extrema atq́ꝫ effœta dilabitur. Quod(ſicuti paulo ante monſtrauimus)eſt quædam boni fragilis imperfecta felicitas, eſſe aliquam ſolidam perfectamq́ꝫ non pōt dubitari. B. Firmiſſime, inq̄, ueriſſimeq́ꝫ concluſum eſt. P. Quo uero(inquit) habitet, ita cōſidera. Deum reꝝ omnium principē bonū eſſe, cōmunis humanoꝝ conceptio ꝓbat animoꝝ. Nam cum deo nihil melius excogitari queat, id quo melius nihil eſt, bonū eſſe quis dubitat? Ita uero bonū eſſe deum ratio demōſtrat, ut perfectū quoq; in eo bonū eſſe conuincat. Nam ni tale ſit, reꝝ omnium princeps eſſe nō poterit. Erit enim eo præſtātius aliqd perfectum poſſidens bonū, quod hoc prius atq́ꝫ antiquius eſſe uideatur. Omnia nāq́ꝫ perfecta, minus integris priora eſſe claruerūt. Quare ne in infinitū ratio prodeat, confitendum eſt, ſummū deum ſummi perfectiq́ꝫ boni eſſe pleniſſimum. Sed perfectum bonum uerā eſſe beatitudinē cōſtituimus. Verā igit̄ beatitudinē in ſummo deo ſitam eſſe, neceſſe eſt. B. Accipio inq̄, nec eſt q̇d contradici ullo mō q̄at. P. Sed queſo(inqt)te, uide q̄ id ſancte atq́ꝫ inuiolabiliter ꝓbes, ꝙ boni ſummi ſummū deū diximus eſſe pleniſſimū. B. Quo nā inquā modo? P. Ne hūc reꝝ oīm patrē illud

ſummum bonum(quo plenus eſſe perhibet) uel extrinſecus accepiſſe, uel ita naturalit̃ ha/bere præſumas, quaſi habentis dei, habitæq́ beatitudinis diuerſam cogites eſſe ſubſtantiã. Nam ſi extrinſecus acceptũ putes, præſtãtius id q̃d dederit, eo quod acceperit, exiſtimare poſſis. Sed hunc eſſe rerum omnium præcellentiſſimum digniſſime conſitemur. Quod ſi natura quidem ineſt, ſed ratione diuerſum, cũ de rerum principe loquamur deo, fingat qui poteſt, quis hæc diuerſa coniunxerit? Poſtremo quod à qualibet re diuerſum eſt, id nõ eſt illud, à quo intelligitur eſſe diuerſum. Quare quod à ſummo bono diuerſum eſt ſui natura, id ſummũ non eſt: quod nefas eſt de eo cogitare, quo nihil conſtat eſſe præſtãtius. Omnino em̃ nullius rei natura ſuo principio melior poterit exiſtere. Quare quod omniũ principium ſit, id etiam ſui ſubſtantia ſummũ eſſe bonum, ueriſſima ratione concluſerim. B. Rectiſſime inquã. P. Sed ſummũ bonũ beatitudinẽ eſſe conceſſum eſt. B. Ita eſt, inquã. P. Igit̃ (inqt) deũ eſſe ipſam btĩtudinẽ neceſſe eſt cõfiteri. B. Nec propoſitis, inq̃, priorib⁹ refragari queo, & ab illis hoc illatũ cõſequens eſſe perſpicio. P. Reſpice (inqt) an hinc quoq; idẽ firmius approbet̃: ꝙ duo ſumma bona, quæ

à ſe diuerſa ſint, eſſe non poſſunt. Etenim quæ diſcrepant bona, non eſſe alterum quod ſit alterꝝ, liquet: quare neutrũ poterit eſſe perfectum, cum alterutri alterum deeſt. Sed quod perfectum non ſit, id ſummum non eſſe manifeſtum eſt. Nullo modo igitur quæ ſumma ſunt bona, ea poſſunt eſſe diuerſa. Atqui & beatitudinem & deum ſummum bonũ eſſe collegimus. Quare ipſam neceſſe eſt ſummã eſſe beatitudinẽ, quæ ſit ſumma diuinitas. B. Nihil (inquã) nec re ipſa uerius, nec ratiocinatione firmius, nec deo dignius concludi poteſt. P. Super hæc (inquit) igitur ueluti geometræ ſolent, demõſtratis propoſitis, aliquid inferre, quę poriſmata ipſi uocãt. Ita ego quoq; tibi ueluti corollarium dabo. Nam quoniam beatitudinis adeptione fiunt homines beati, beatitudo uera eſt ipſa diuinitas, diuinitatis adeptione fieri beatos, manifeſtũ eſt. Sed uti iuſtitiæ adeptione iuſti, ſapiẽtiæ ſapiẽtes fiũt, ita diuinitatem adeptos deos fieri ſimili ratione neceſſe eſt. Omnis igitur beatus deus, ſed natura quidem unus, participatione uero nihil ꝓhibet eſſe quàmplurimos. B. Et pulchrũ (inquam) hoc atq; precioſum, ſiue poriſma, ſiue corollarium uocari mauis. P. Atqui hoc quoq; pulchrius nihil eſt, quod his annecten-

dum eſſe ratio perſuadet. B. Quid inquam?
P. Cum multa, inquit, beatitudo continere ui-
deatur, utrum ne hæc omnia unū ueluti cor-
pus beatitudinis quadam partium uarietate
coniungant, an ſit eorum aliquid, quod bea-
titudinis ſubſtantiam compleat, ad hoc uero
cætera referantur. B. Vellem id (inquam) ipſa-
rum rerum commemoratione patefaceres.
P. Nonne (inquit) beatitudinem bonum eſſe
cenſuimus? B. Ac ſummum quidem inquam.
P. Addas (inquit) hoc oībus licet. Nam eadē
ſufficiētia ſumma, *& eadem ſumma poten- *eſt
tia, reuerētia quoq;, claritas, & uoluptas beati
tudo eſſe iudicatur. B. Quid igitur? P. Hæc ci-
ne omnia bona, ſufficientia, potētia, cæteraq;
ueluti quædam beatitudinis membra ſunt,
an ad bonum ueluti ad uerticem cuncta refe-
runtur? B. Intelligo inquam, quid inueſtigan-
dum proponas, ſed quid cōſtituas audire deſi-
dero. P. Huius rei diſcretionem ſic accipe. Si
hæc omnia beatitudinis membra forent, à ſe
quoq; inuicem diſcreparent. Hæc eſt ēm par-
tium natura, ut unum corpus diuerſa compo-
nant. B. Atqui hæc omnia idem eſſe monſtra-
ta ſunt. P. Minime igitur mēbra ſunt. Alio-
quin ex uno mēbro beatitudo uidebitur eſſe
cōiuncta, quod fieri nequit. B. Id quidem inq̄

dubium non eſt, ſed id quod reſtat expecto. P. Ad bonum uero cætera referri palam eſt. Idcirco enim ſufficientia petitur, quoniã bonum eſſe iudicatur. Idcirco potentia, quoniã id quoq; eſſe creditur bonum. Idem de reuerentia, claritudine, iucũditate cõiectare licet. Omnium igitur expetẽdorũ ſumma atq; cauſa bonũ eſt. Quod eñ neq; re, neq; ſimilitudine ullũ in ſe retinet bonũ, id expeti nullo modo põt. Contráq; etiã, q̃ natura bona nõ ſunt tamen ſi eſſe uideantur, quaſi uera bona ſint, appetũtur. Quo fit, uti ſumma, cardo, atque cauſa expetendorum omnium, bonitas eſſe credatur. Cuius uero cauſa qd expetit, id maxime uidet optari. Veluti ſi ſalutis cauſa quiſpiã uelit eqtare, nõ tam equitandi motũ deſiderat q̃ ſalutis effectũ. Cũ igit oĩa boni gratia petãtur, nõ illa potius, quàm bonũ ipſum deſiderãtur ab oĩbus. Sed propter quod cætera optantur, beatitudinẽ eſſe cõceſſimus: quare ſic quoq; ſola q̃rit beatitudo. Ex quo liquido apparet ipſius boni & beatitudinis unã atq; eandẽ eſſe ſubſtantiam. B. Nihil uideo, cur diſſentire quiſpiam poſſit. P. Sed deum uerãq; beatitudinem unum atq; idem eſſe monſtrauimus. B. Ita eſt inquam. P. Secure igitur concludere licet, dei quoq; in ipſo bono, nec uſ-

quam alio ſitam eſſe ſubſtantiam.

¶Hactenus Boethio Philoſophia pfecte atq; imperfecte formam felicitatis oſtendit. Nunc vbi conſiſtat felicitas vera, ſeu beatitudo, ſiue ſummum bonum, acute diligenterq; diſſerit, oſtendens hoc eſſe in deo, penitus eidem, diuerſiſq; vocibus vnam & eandem ſignificari ſubſtātiā. Poſtremo cōcludit dei quoq; in ipſo bono ſitā eſſe ſubſtantiam. Quonam] vbi. Apud Boethium complu- ries quo pro vbi, hoc eſt, in q̄ loco poſitū inuenies. Aliqd huiuſmodi bonum] ſummum, & bonorum omnium congregatione perfectum. Caſſa] inanis, irrita, vana. Imago] ſpecies. Quin] quod. Omne enim] Firmiſſime veriſſimeq; concludit ſummum bonum eſſe. Effœta] viribus exhauſta, & defecta. Quo] vbi. Communis conceptio] Boethius libro de hebdomadibus capite primo: Communis animi conceptio eſt enunciatio, quam quiſq; probat auditam. Ne hunc rerum omniū] Euidenter probat dei ſummiq; boni vnā & eandem eſſe ſubſtantiam. Præcellentiſſimum] præſtantiſſimum. Fingat qui poteſt] q.d. nemo fingere poteſt. Poſtremo quod a quolibet] Idem quod modo, nunc noua ratione probat. Geometræ] profeſſores geometriæ, quæ eſt bene menſurandi ſcientia. Poriſmata] corollaria. Georgius Valla libro expetendorum & fugiendorū π. Eſt & poriſma, cū ex demōſtratis aliud aliqd apparet, ſimul & theorema nobis non ꝓponētibus: vnde & nomen habuit, quaſi lucrum quoddā exiſtens ſcientialis demonſtrationis, id latine corollariū nominat, grece ſcribit πόρισμα. Corollarium] Corollarium (vt autor eſt M. Varro lib. primo de lingua latina) ſignificat id quod additum eſt, præterq; quod debitum, tanq; auctarium quoddam. Ita eñ dicebant antiqui. et dixit Plautus id, quod ſupra mēſurā, vel pondus iuſtum adiiciebatur. Vocabulum corollariū eſt a corollis: quod eę, cum placuerant actores, in ſcena dari ſolitę ſint. Unde & corollaria dicuntur ipſę coronę apud Plinium, Suetonius. Itaq; corollaria, & pręmia, alienis quoq; muneribus, ac ludis, & crebra & grandia de ſuo offerebat. Seneca lib. de beneficiis ſexto: Sordidiſſimorū quoq; artificiorū inſtitutoribus ſupra conſtitutum aliquid adiecimus, ſi nobis opera illorum enixior viſa, & gubernatori, & opifici viliſſimę mercis, & in diem ſe

Quo

Cōmunis animi conceptio

Geometræ

Poriſma

Corollariū

bcãti corollarium aſperſimus. Deos fieri] Diuus Augustinus libro de ciuitate dei nono, capite 23. Sed homines quoq; in populo dei eadem ſcriptura deos appellat: Ego dixi, inquit, dij eſtis, & filij excelſi oĩs. Hieronymus in ſermone de natiuitate dominica: Deus factus eſt homo, vt homo deus fieret. Cum multa] Docet bonum beatitudinis ſubſtantiam complere, & ad illud quicquid beatitudo continere videtur, veluti ad verticem referri. Iucunditas Subſtantiam] eſſentiam, rationem. Iucunditate] voluptate. Frãciſcus Philelphus in oratione ad viros Papienſes voluptatem, iucunditatem nominat: quippe quę & mentem & ſenſum iuuet. Omnium i.e. ſ.] Ariſtoteles moralium libro: Omnis ars, omnisq; docrina, atq; actus, itidem & electio, bonũ quoddã appetere videtur. Quapropter bene veteres bonũ ipſum id eſſe dixerunt, quod omnia appetũt. Dionyſius quarto capite de diuinis nominibus: Omnia, inquit, bonũ & optimum concupiſcũt.

## ¶Metrum X. libri tertij.

HVC omnes pariter uenite capti,
Quos fallax ligat improbis catenis
Terrenas hebetans libido mentes.
Hic erit uobis requies laborum,
Hic portus placida manens quiete,
Hoc patens unum miſeris aſylum.
Non quicquid Tagus aureis arenis
Donat, aut Hermus rutilante ripa,
Aut Indus calido propinquus orbi
Candidis miſcens uirides lapillos,
Illuſtrant aciem, magiſq; cæcos
In ſuas condunt animos tenebras.
Hoc quicquid placet, excitatq; mentes,
Infimis tellus aluit cauernis.

Splendor quo regitur, uigetq́ꝫ cælum,
Vitat obſcuras animæ ruinas.
Hanc quiſquis poterit notare lucem,
Candidos phœbi radios negabit.

Carmen eſt conſtans alternis phaleciis ꝛ ſapphicis, excepto ſecundo verſu, qui phalecius eſt, qui ſic poſſet in ſapphicum mutari, verum vna dictione transformata:

Quos ligat fallax grauibus catenis,

ſicut ex quarto liceret mutato dictionum ordine facere phalecium:

Hic vobis requies erit laborum.

Uerum Boethius noſter prius tres phalecios cōtinuos cecinit, deinde ſapphicum addidit, ſyllabarum numero ꝛ temporū proportione hendecaſyllabo ęqualē. Poſtq́ꝫ autem philoſophia ſummi boni beatitudinisq́ꝫ eandem cum deo ſubſtantiam indicauit, nunc mortales alacriter inuitat ꝛ adhortatur, vt ad hanc veram felicitatem pariter contendant, relictis terrenis fallacibusq́ꝫ vilium bonorum ſtudiis, quę mentem excęcant, non illuminant: ligant, non abſoluunt: irritant cupiditatibus, non ſatiant. Capti] Diuus Hieronymus in epiſtola ad amicū ęgrotum cōſolatoria. Liberos tu iudicas, aut a moribus alienos, quos voluptates barbarę deuinxerunt. Non habēt catenam, ſed eos luxuria ferali mordacitate in vinculis tenet. Ita inciderunt in laqueos feralium voluptatū, ſicut aues aucupali fraude captiuę: quę quo magis conant euadere, eo innumeris ſe nexibus illigāt, ꝛ in profundiores ſinus demergunt. Diuus Ambroſius lib. epiſtolarū 2. Renunciemus luxurię ac deliciis, quę nos quibuſdam aſtringunt nexibus cupiditatum. Nihil enī proſunt delicię ſtulto. Marſilius Platonicus. Moderata iuuentus facilem efficit ſenectutem, immoderata difficilē. Qui corporis obſequitur libidinibus, proculdubio inſanis ſeruit tyrannis. Terrenas] terrenarum rerum cupiditatibus obrutas. Hebetans] obtundens, hebetes ꝛ inertes reddens. Ariſtoteles in ſeptimo ethicorum hunc probat voluptatem non eſſe ſummum bonum, quoniam (inquit) voluptates impediunt prudentiam: ꝛ quan

to maiores ſunt, tanto magis obnubilant, quod in aphrodiſiis, id eſt, in rebus venereis patet. Nemo enim dum Veneri operatur, perſpicere mente quicquam poteſt. Hic] Aſylum in ſummo bono. Aſylum, grece ἄσυλον, intemeratum templum eſt, conſecrationis lege conceſſum. ab α priuatiua particula, & συλάω rapio, ſpolio, aufero, violove. aut ſicut exponit Seruius, dicit̃ aſylũ quaſi ἄσυρον, quod inde per vim extrahi nullus poſſet. Nam in id fugientes, tuti erant, nec inde extrahi poterant: quod prius Athenienſes, poſt Romulus conſtruxit. Diuus Auguſtinus libro de ciuitate dei primo: Romulus & Remus aſylum conſtituiſſe perhibentur. quo quiſquis confugeret, ab omni noxa liber eſſet, augere querentes creande multitudinem ciuitatis. hec ille. Pulchra igitur tranſlatione locum beatitudinis aſylum vocat. Patens autem miſeris haud eo dicit, quod id miſeri poſſint ingredi. ſed ſubintelligendũ alioqui, qui miſeri forent, manerentque, niſi in vere felicitatis aſylum ad euitandum miſeriam ſe reciperet. Tagus Tagus] fluuius aurifer Luſitanie. Hermus Hermus] fluui⁹ Lydie aurifer. Vergilius:

Aut auro turbidus Hermus.

Rutilante] aureis arenis reſplendente. Indus Indus] maximus Indie fluuius, variis gẽmis abundans. Caudo orbe] plage orientali, vbi ſol orit̃. Illuſtrant] illuminãt. Aciem] viſum animi. Cecos] praua cupiditate cecatos. In ſuas tenebras] ſibi proprias. nam metalla & lapilli plerunque in obſcuris terre cauernis deliteſcunt. Viget] vim habet. Vitat] non admittit. Obſcuras ruinas] perturbationes, errores, in ſcelera per ignorantiã vel imprudẽtiam prolapſus. Notare] videre. Hanc lucem] ſummi boni claritatem. Candidos ph. r. n.] id eſt, pre ea ſolem nihil lucis aiet habere.

## ¶Proſa XI. libri tertij.

ASſentior inquam. Cuncta enĩ firmiſſimis nexa rationibus conſtãt. P. Tum illa, Quanti (inquit) æſtimabis, ſi bonũ ipſum quid ſit, agnoueris? B. Infiniti inquã. ſiquidem mihi pariter deum quoque qui bonum eſt, cõ-

tinget agnoſcere. P. Atqui hoc uerißima (inquit) ratione patefaciam. Maneāt modo, quæ paulo ante concluſa ſunt. B. Manebūt inquā. P. Nonne, inquit, monſtrauimus ea, quæ appetuntur à pluribus, idcirco uera perfectaq; bona non eſſe, quoniam à ſeinuicem diſcreparent, cumq; alteri abeſſet alterum, plenum abſolutumq; bonum afferre nō poſſe? Tum autem uerum bonum fieri, cum in unam ueluti formam atque efficientiam colliguntur, ut quæ ſit ſufficientia eſt, eadem ſit potentia, reuerentia, claritas atque iucunditas. Niſi uero unum atq; idem omnia ſint, nihil habere quo inter expetenda numeretur. B. Demonſtratū eſt inquam, nec dubitari ullo modo poteſt. P. Quæ igitur cum diſcrepant, minime bona ſunt: cum uero unum eſſe cœperint, bona fiunt: nonne hæc ut bona ſint, unitatis fieri adeptione cōtingit? B. Ita (inquam) uidetur. P. Sed omne quod bonum eſt, boni participatione bonum eſſe concedis, an minime? B. Ita eſt. P. Oportet igitur idem eſſe unū, atq; bonum ſimili ratione concedas. Eadem nanq; ſubſtantia eorum eſt, quorum naturaliter non eſt diuerſus effectus. B. Negare (inq̄) nequeo. P. Noſti ne igit (inquit) omne q̄d eſt, tam diu manere atq; ſubſiſtere, q̄diu ſit unū,

ſed interire, atq; diſſolui pariter, cum unum eſſe deſtiterit? B. Quonam (inquam) modo? P. Vt in animalibus (inquit) cum in unum coeunt, ac permanēt aīa corpusq;, id animal uocatur. Cum uero hæc unitas utriuſq; ſeparatione diſſoluitur, interire, nec iam eſſe animal liquet. Ipſum quoq; corpus cum in una forma, membrorum coniunctione permanet, humana uiſitur ſpecies. At ſi diſtributæ ſegregatæq; partes corporis diſtraxerint unitatem, deſinit eſſe quod fuerat. Eoq; modo percurrēti cætera proculdubio patebit ſubſiſtere unumquodq;, dum unum eſt: cum uero unum eſſe deſinit, interire. B. Conſideranti mihi (inquam) plura, minime aliud uidetur. P. Eſt ne igitur (inquit) quod inquantum naturaliter agat, relicta ſubſiſtendi appetentia, uenire ad interitum corruptionemq; deſideret? B. Si animalia (inquam) conſiderem, quæ habent aliquem uolendi, nolendiq; naturam, nihil inuenio quod nullis extra cogentibus, abijciant manendi intentionem, & ad interitum ſponte feſtinent. Omne namq; animal tueri ſalutem laborat, mortem uero perniciemq; deuitat. Sed qd de herbis arboribusq;, quid de inanimatis omnino conſentiam rebus, prorſus dubito. P. Atqui non eſt, q͂ de

hoc poſſis ambigere, cum herbas atq; arbores intuearis, primum ſibi conueniētibus innaſci locis, ubi quātum earum queat natura, cito exareſcere atq; interire nō poſſint. Nam aliæ quidem campis, aliæ montibus oriuntur, alias ferunt paludes, aliæ ſaxis hærent, aliarū fœcundæ ſunt ſteriles arenæ: quas ſi in alia quiſpiam loca tranſferre conet̃, areſcant. Sed dat cuiq; natura quod conuenit, & ne(dū manere poſſunt) intereant, elaborat. Quid dicā, q̀ omēs ueluti in terras ore demerſo, trahūt alimenta radicibus, ac per medullas robur corticemq; diffundunt? Quid quod molliſſimum quodq; (ſicuti medulla eſt) in interiore ſemper ſede reconditur, extra uero quadam ligni firmitate tuetur, ultimus autem cortex aduerſum cæli intemperiem, quaſi mali patiens defenſor opponitur? Iam uero quanta eſt naturæ diligentia, ut cuncta multiplicato ſemine propagētur, quæ omnia non modo ad tempus manendi, uerum generatim quoque quaſi in perpetuum permanendi, ueluti quaſdam machinas eſſe quis neſciat? Ea etiā quæ inanimata eſſe creduntur, nonne quod ſuum eſt, quæq; ſimili ratione deſiderāt? Cur enim flammas quidem ſurſum leuitas uehit, terras uero deorſum pondus deprimit, niſi q̀ hæc

ſingulis loca motionesq́ conueniunt? Porro autem quod cuiq; conſentaneum eſt, id unũquodq; conſeruat: ſicuti ea quæ ſunt inimica, corrumpunt. Iam uero quæ dura ſunt, ut lapides, adhærent tenaciſſime partibus ſuis: & ne facile diſſoluantur, reſiſtunt. Quæ uero liquentia, ut aer atq; aqua, facile quidẽ diuidentibus cedũt, ſed cito in ea rurſus, à qbus ſunt abciſa, relabũtur. Ignis uero omnem refugit ſectionẽ. Neq; nunc nos de uolũtarijs animæ cognoſcentis motibus, ſed de naturali intentione tractamus. Sicuti eſt q acceptas eſcas ſine cogitatione tranſigimus, q in ſomno ſpiritum ducimus neſcientes. Nam ne in animalibus quidem manendi amor ex animæ uoluntatibus, uerũ ex naturę principijs uenit. Nam ſæpe mortem cogentibus cauſis, quam natura reformidat, uoluntas amplectitũ. Contraq́ illud (quo ſolo mortalium rerum durat diuturnitas) gignendi opus quod natura ſemper appetit, interdum coercet uoluntas. Adeo hæc ſui charitas non ex animali motione, ſed ex naturali intentione procedit. Dedit enim prouidentia creatis à ſe rebus hanc uel maximam manendi cauſam, ut quoad poſſunt, naturaliter manere deſiderent. Quare nihil eſt, quod ullo modo queas dubitare,

cuncta quæ ſunt, appetere naturaliter cõſtantiam permanẽdi, deuitare perniciem. B. Confiteor (inquam) nunc me indubitato cernere, quæ dudum incerta uidebantur. P. Quod autem (inquit) ſubſiſtere ac permanere appetit, id unum eſſe deſiderat. Hoc enim ſublato, ne eſſe quidem cuiquã permanebit. B. Verum eſt inquã. P. Omnia igitur, inquit, unum deſiderãt. B. Conſenſi. P. Sed unũ idipſum monſtrauimus eſſe, quod bonum eſt. B. Ita quidẽ. P. Cuncta igitur bonum petunt: quod quidẽ ita deſcribas licet, ipſum bonum eſſe, q̃d deſideretur ab omnibus. B. Nihil (inquam) uerius excogitari poteſt. Nam uel ad nihilum cuncta referuntur, & uno ueluti uertice deſtituta, ſine rectore fluitabunt. Aut ſi qd eſt, ad quod uniuerſa feſtinent, id erit omnium ſummum bonorum. P. Et illa nimium (inquit) ô alumne lætor. Ipſam eñi mediæ ueritatis notam mente fixiſti. Sed in hoc patuit tibi, quod ignorare paulo ante dicebas. B. Quid inquã? P. Quis eſſet (inquit) rerum omnium finis. Is eſt enim profecto, quod deſideratᷓ ab omnibus: quod quia bonum eſſe collegimus, oportet rerum omnium finem bonum eſſe fateamur.

Hactenus philoſophia diſſeruit ſummum bonum eſſe, & in quo conſiſtat; iam docebit quid ſit bonum, concludẽs

nihil eſſe bonum, niſi idem ſit vnum. Sublata enim vnitatis ratione, quicquid eſt, bonum eſſe deſinit. Infiniti] ſubaudiendũ eſtimabo. Boni participatione.] Socrates Platonicus in Gorgia: Eſt autẽ voluptas, qua pręſente gaudem⁹: Bonum vero, quo pręſente boni ſumus. Prorſus boni vero ſumus, & nos, & quęcunq; alia bona ſunt, ob virtutem quandã quę adſit. Simili ratione] quia vt conceſſum eſt, tum vnitatis adeptione bona fiũt, quęcunq; ſunt bona, tum boni participatione. Quorumcũq; naturaliter idem eſt affectus, eorum eadem eſt ſubſtantia: Vnius autem & boni, naturaliter idem eſt effectus. Vnius igitur & boni eadem eſt ſubſtantia. Noſti ne igitur] Docet vnumquodq; ſubſiſtere, dum vnum eſt: cum vero vnum eſſe deſinit, interire. Quod ſpectat eorſum, vt oſtendat omnia naturali intentione vnum deſiderare, & cum vnum idipſum ſit quod bonum, bonum ab omnibus appeti. Et ita Boethio in mentem reuocat, quod ſe paulo ante confitebatur ignorare, bonum eſſe rerum omnium finem. Omne quod e t d.m.a.ſ.q.d.ſ.v.] Extat pulcherrimus & aureolus de vnitate & vno Boethij noſtri libellus, quẽ ſtudioſe lector (ſi habes) ad hunc locum penitus intelligendum, lectita diligenter: ex quo & hęc nobis libitum eſt apponere, vt etiam librorum copioſa ſupellectile carentibus induſtrię noſtrę labor profit. Vnitas eſt, qua vnaquęq; res dicitur eſſe vna: ſiue eã ſit ſimplex, ſiue compoſita, ſiue ſpiritualis, ſiue corporea, res vnitate vna eſt, nec poteſt eſſe vna niſi vnitate: ſicut nec alba niſi albedine, nec quanta niſi quantitate. Non ſolum autem vnitate vna eſt, ſed etiam tam diu eſt, quicquid id quod eſt, q̃ diu in ſe vnitas eſt. Cum autem deſinit eſſe vnũ, deſinit eſſe id quod eſt. Unde eſt hoc: Quicquid eſt, ideo eſt, quod vnum eſt. Quod ſic oſtenditur: Omne enim eſſe ex forma eſt in rebus creatis: ſed nullum eſſe ex forma eſt, niſi cum forma materię vnitas eſt. Eſſe enim non eſt, niſi ex coniunctione formę cum materia. Unde philoſophi dicũt illud deſcribẽtes: Eſſe eſt exiſtentia formę in materia. Cum autem forma materię vnitur, ex coniunctione vtriuſq; neceſſario aliquid vnum conſtituitur: in qua conſtitutione illud vnum non permanet, niſi q̃ diu vnitas formam cum materia tenet. Sed deſtructio rei non eſt aliud, quàm ſeparatio formę a materia. Sed ſeparatio & vnitio contraria ſunt.

Vnitas

Eſſe

igitur ſeparatione ſi res deſtruitur, profecto in ſuo eſſe non niſi vnitate contraria conſeruatur. Diuus Aurelius Auguſtinus libro de ordine rerum ſecundo: Lapis vt eſſet lapis, omes eius partes, omnisq; natura in vnū conſolidata eſt. Quid arbor? nōne arbor non eſſet, ſi vna non eſſet? Quid membra cuiuſlibet animantis, ac viſcera, & quicquid eſt eorum, quibus conſtat? certe ſi vnitatis patiantur diuortium, non erit animal. Omnia quid aliud ꝙ vnum eſſe conantur? Diuus Bernardus libro ad Eugeniū ſecundo: Ubi vnitas, ibi perfectio. Reliqui numeri perfectionem non habent, ſed diuiſionem, recedentes ab vnitate. Atqui non eſt quod de hoc] Boethio dubitationis ſcrupulum eximit, id quod de animalibus confeſſus eſt, ei de plātis quoq; et inanimatis luce clarius oſtendens. Nam aliæ quidem campis] Maro libro georgicon ſecundo:

Nec vero terræ ferre omnes omnia poſſunt.
Fluminibus ſalices, craſſisq; paludibus alni
Naſcuntur ſteriles, ſaxoſis montibus orni.
Littora myrtetis lætiſſima. deniq; apertos
Bacchus amat colles, aquilonem & frigora taxi.

Ouidius libro de arte amandi primo:

Nec tellus eadem parit omnia, uitibus illa
Conuenit, hæc oleis, hic bene farra uirent.

Ueluti. to. d. t. a. ra.] Ariſtoteles libro de anima ſecūdo: Quod eſt os & caput in animali, radix eſt in arbore. Nobiliſſimum quidq;.] legitur et molliſſimum quidq;. Tuetur] defenditur. Paſſiue protulit verbum deponēs. Jam vero quanta] Docet ſūmma diligentia naturā curare, vt propagatione rerum ſeminibus multiplicata, cū ſingula ſubſiſtere nequeāt, ſaltem ſpecies conſeruentur, atq; incolumes perdurent. Officiorum vegetabilis animę vt autor eſt Ariſtoteles libro de anima ſecundo) naturaliſſimum & precipuum eſt, ſibi ſimile generare omnibus viuentibus (modo ſint perfecta, nō capta membris, non deprauata, neque ſpontaneam generationem habentia) conueniens, vt animali animal ſimile generare, & plantę ſimilem plantam. Sic enim ſemper ſecundum ſuum ſimile (cum ea ipſa eadem in numero manere non poſſint) perſeuerant aſſimilationem, conditionemq;

aſſequunt diuinam, quãtum eis conceditur, quã appetunt om̃ia, cuiuſq; gratia agũt om̃ia quę ſunt in natura. Generatim] p ſingula genera Neq; nunc nos] Ait ſe non de voluntariis animę cognoſcentis motibus, verum de naturali intentione diſſeruiſſe. Sed vnũ id ipſum] Deſcriptio boni ex libro moraliũ Ariſtotelis primo deſumpta, vt ſupra relatum eſt. Uno] vnitate. Uertice] capite. Ipſam e.m.v n.m. fixiſti] Elegantiſſima alluſio, ſeu metaphora a ſagittariis ſumpta: qui tũ demum voti compotes fiunt cum ſcopum attigerunt. Notam] ſcopum, hoc eſt, ſignũ in medio propoſitum, vt in id ſagittę coniiciãtur. Mente] non ſagitta, ſed animi coniectura, et cogitatione.

## Metrum. XI. libri. III.

QViſquis profunda mẽte ueſtigat uerũ,
Cupitq; nullis inde deuijs falli,
In ſe reuoluat intimi lucem uiſus,
Longosq; in orbem cogat inflectens motus,
Animumq; doceat, quicquid extra molitur,
Suis retruſum poſſidere theſauris.
Dudum quod atra texit erroris nubes,
Lucebit ipſo perſpicacius Phœbo.
Non omne nanq; mente depulit lumen,
Obliuioſam corpus inuehens molem.
Hæret profecto ſemen introrſum ueri,
Quod excitatur uentilante doctrina.
Nam cur rogati ſponte recta cenſetis,
Ni merſus alto uiueret fomes corde?
Quod ſi Platonis muſa perſonat uerum,
Quod quiſq; diſcit, immemor recordatur.

¶ Carminis iambici genus eſt, quod ſcazon (id eſt, claudicans) appellatur. Habet enim in ſexta regione

ſpondeum. Simile eſt illi Perſiano:

Nec fonte labra prolui caballino.

Anteq̄ philoſophia eo perueniret, vt oſtenderet Boethio rerum omnium finem eſſe bonum, longiuſcula diſputatiōe vſa (veluti q̄ aurum in penitiſſimas terrę venas demerſum tandē vix magno labore aſſequit̄) rem patefecit. Docet igitur nunc veritatem obſcuris ambagibus inuolutam, falſisve ſępius opinionibus demerſam, nō niſi exacta mentis contēplatione cōphendi. Uult etiā eam non in externis rebus eſſe fruſtra quęrendā, ſed in intimis animi theſauris diligenter (remotis impedimentis) inueſtigandā. Sunt em̄ animis noſtris inſita, tā virtutū, q̄ ſcientiarū ſemina. Profunda mente] penitiſſima cōtemplatiōe. Ueſtigat] inq̄rit. Uerum] veritatē. Inde] ſic legendū, non ille, vt vulgo legit̄. Inde] a veri veſtigatione. Intimi viſus] intellect⁹. Longos motus] actus animę in longū tendētes. In orbē] in circulū. Inflectēs] incuruās. Retruſum] ad ſe cōuerſum. Theſauris] potētiis, memoria ſcilicet & intellectu. Dudum] paulo ante. Atra.] obſcura. Texit] obduxit. Lucebit] euidenter apparebit, & dilucide emicabit. Perſpicacius] clarius. Phœbo] ſole. Non o.n.m.d.l.] Platonicum dogma eſt, animas e cęlo deſcendentes haurire obliuionem rerum diuinarū, quarū in cęlo erāt conſcię, alias vero magis, alias minus. Et ideo in terris non diſcere, ſed reminiſci, quod illic ante cognouerint. Hinc eſt, quod quę apud latinos lectio, apud grecos vocat̄ repetita cognitio: quia cum vera diſcimus, ea recognoſcimus, quę naturaliter noueramus, anteq̄ materialis influxio in corpus veniētes animas ebriaret. Et ita Plato in dialogo de virtute, qui inſcribit̄ Menon a Menone cum Socrate ſermocinante: Quęrere, inquit, ac diſcere, reminiſcentia eſt. et Hieronymus teſtatur a philoſophis dici, diſcētias eſſe reminiſcentias. Hanc Platonis opinionē improbat & cōfutat diuus Aurelius lib. de trinit. xii. cap. xv. Obliuioſam molē] grauitatē ꝑturbationū, & obliuionē, nō eorū, q̄ q̄s in alia vita nouit (nam hōi anteq̄ naſceret̄, aliā vitā fuiſſe ſentire vaniſſimū eſt) ſed eorum q̄ apta eſſet ſuapte natura (niſi corpori infunderet̄, cōiungereturq̄) anima cognoſcere. Sapientię lib. cap. 9. ita ſcriptū eſt: Corpus em̄ q̄d corrūpit̄, aggrauat

animam, et terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. Heret] ineſt. Profecto] certe. Semē] principium ⁊ inchoatio quedam, qua eſt homo veritati percipiende, ⁊ acquirende ſcientie naturaliter aptus. Introrſum] interiora verſus, intrinſecus, intus. Quod] ſemen. Excitatur] metaphora ab igni ſumpta, qui vētilatiōe in fomentis excitatur. Uentilante.] mouente, diſcutiente. Uentilo, moueo ad ventum captandū. Uentilare triticum, eſt purgare. Uentilare faciem, eſt ventulo refrigerare. ⁊ ventilare aurum digitis ſudantibus, dixit Iuuenalis. Doctrina] doctoris actiōe. Cur] q̄re. Rogati] interrogati. M. Tullius libro tuſculanarum queſtionum primo: Habet primum memoriam, ⁊ eam infinitam rerum innumerabilium. Quam quidem Plato recordationem eſſe vult vite ſuperioris. Nam in libro qui inſcribitur Menon, puſionem quendam Socrates interrogat quedam geometrica de dimenſione quadrati. Ad ea ſic ille reſpondet vt puer, ⁊ tamen ita faciles interrogationes ſunt, vt gradatim reſpondens, eo perueniat, q̄ſi geometrica didiciſſet. Ex quo effici vult Socrates, vt diſcere nihil aliud ſit, q̄ȝ recordari. Quem locum multo etiam accuratius explicat in eo ſermone, quē habuit eo ipſo die, quo exceſſit e vita. Docet em̄ quemuis, q̄ omniū rerum rudis eſſe videatur, bene interroganti reſpondētem declarare ſe non tum illa diſcere, ſed reminiſcendo recognoſcere: nec vero fieri vllo modo poſſe, vt a pueris tot rerum atq; tantarum inſitas, et quaſi conſignatas in animis notiones (quas ἐννοίας vocant) haberemus, niſi animus (anteq̄ȝ corpus intraſſet) in rerum cognitiōe viguiſſet. Recta] vera. Cenſetis] opinamini, reſpondetis. Ni] niſi. Merſus.] inſitus. Alto corde] in profunda mente. Fomes] ſemen ⁊ principium ſcientie.

Si Platonis muſa p. v.] Recte dubitat in re ambiguitatis plena, verum ne an falſum dixerit Plato. Muſa aūt ideo dicitur, q̄d Plato vſus eſt ſumma ⁊ incredibili eloquentia, ob quam ⁊ Xenophon attica muſa cognominatus eſt. Uel per muſam Platonis accipe carmē ex Platonis doctrina compoſitum, ⁊ eius opinione imbutum. Immemor] oblitus.

## Proſa XII. libri .III.

TVm ego, Platoni inq̃ uehementer aſſentior, nam me horum iam ſecũdo cõmemoras. Primum, ꝙ memoriam corporea cõtagione: dehinc, cum mœroris mole preſſus amiſi. P. Tum illa, ſi priora (inquit) cõceſſa reſpicias, ne illud quidem longius aberit, quin recorderis quod te dudum neſcire confeſſus es. B. Quid inq̃? P. Quibus (ait illa) gubernaculis mundus regatur. B. Memini (inq̃) me inſcitiam meam fuiſſe confeſſum. ſed quid afferas, licet iam perſpiciam, planius tamen ex te audire deſidero. P. Mundum hũc (inquit) à deo regi paulo ante minime dubitandum putabas. B. Ne nũc quidem arbitror inquam, nec unquam dubitandũ putabo, quibusq́ in hoc rationibus accedã, breuiter exponã. Mũdus hic ex tã diuerſis contrarijsq́ partibus in unã formam minime conueniſſet, niſi unus eſſet, qui tam diuerſa coniungeret: coniuncta uero naturarum ipſa diuerſitas inuicem diſcors, diſſociaret atq; diuelleret, niſi eſſet unus qui quod nexuit, contineret. Non tam uero certus naturæ ordo procederet, nec tam diſpoſitos motus, locis, temporibus, efficiẽtia, ſpatijs, qualitatibus explicaret, niſi unus eſſet, q̃ has mutationũ uarietates manens ipſe diſponeret. Hoc quicquid eſt, quo condita manẽt

atq; agitantur, uſitato cunctis uocabulo deū nomino. P. Tum illa: Cum hæc (inquit) ita ſentias, paruam mihi reſtare operam puto, ut felicitatis compos, patriam ſoſpes reuiſas: ſed quæ propoſuimus intueamur. Nonne in beatitudine ſufficientiam numerauimus, deumq; beatitudinem ipſam eſſe conſenſimus? B. Ita quidem. P. Et ad mundum igitur (inquit) regendum nullis extrinſecus adminiculis indigebit? alioquin ſi quo egeat, plenā ſufficientiam nō habebit. B. Id (inq̄) ita eſt neceſſariū. P. Per ſe igitur ſolum cuncta diſponit. B. Negari (inquam) non poteſt. P. Atqui deus ipſm bonum eſſe mōnſtratus eſt. B. Memini inquā. P. Per bonum igitur cūcta diſponit: ſi quidē per ſe regit omnia, quem bonum eſſe conceſſimus: & hic eſt ueluti quidam clauus atque gubernaculum, quo mundana machina ſtabilis atq; incorrupta ſeruatur. B. Vehemēter aſſentior inquam, & id te paulo ante dicturam (tenui licet ſuſpicione) proſpexi. P. Credo, inquit. iam enim (ut arbitror) uigilantius ad cernenda uera oculos deducis, ſed quod dicam nō minus ad contuēdū patet. B. Quid inquam? P. Cum deus (inqt) om̄ia bonitatis clauo gubernare iure credatur, eademq; oīa (ſicuti docui) ad bonū naturali intētione feſti-

hent, num dubitari poteſt, quin uoluntarie regant, ſeq; ad diſponentis nutum ueluti conuenientia contemperataq; rectori ſponte conuertãt? B. Ita inquam neceſſe eſt, nec beatum regimen eſſe uideretur, ſiquidem detrectantium iugum foret, non obtemperantium ſalus. Nihil eſt igitur, quod naturam ſeruans, deo contraire conetur. B. Nihil inquam. P. Quid ſi conetur? ait, num tandem proficiet quicq̃ aduerſus eum, quẽ iure potentiſſimum beatitudinis eſſe conceſſimus? B. Prorſus inq̃ nihil ualeret. P. Non eſt igitur aliquid, quod ſummo huic bono uel uelit, uel poſſit obſiſtere? B. Non (inquam) arbitror. P. Eſt igit̃ ſummum (inquit) bonum, quod regit cũcta fortiter ſuauiterq; diſponit. B. Tum ego quàm (inquã) me non modo ea quæ concluſa eſt, ſumma rationum, uerum multo magis hæc ipſa quibus uteris uerba delectãt, ut tãdẽ aliquãdo ſtultitiã magna latrãtẽ ſui pudeat. P. Accepiſti, inq̃t, in fabulis laceſſentes cælũ Gigantes, ſed illos q̃q; (uti cõdignũ fuit) benigna fortitudo depoſuit. Sed uis ne rationes ipſas inuicẽ collidamus? forſitã ex hmõi cõflictatione pulchra q̃dã ueritatis ſcĩtilla diſſiliet. B. Tuo (inq̃) arbitratu. P. Deũ, inq̃t, eẽ oĩpotẽtẽ nemo dubitauerit. B. Qui q̃dẽ inq̃ mente cõſiſtat,

ſumma bona

nullus prorſus ambigat. P. Qui uero eſt(inquit) omnipotēs, nihil eſt quod ille nō poſſit. B. Nihil inquam. P. Num igitur deus facere malum poteſt? B. Minime inquā. P. Malum igitur (inquit) nihil eſt: cum id facere ille non poſſit, qui nihil nō poteſt. B. Ludis ne (inquā) me, inextricabilem mihi labyrinthum rationibus texens? Quo nunc quidem, qua egredi aris, introeas, nunc uero qua introieris, egrediare. an mirabilem quendam diuinæ ſimplicitatis orbem complicas? Etenim paulo ante à beatitudine incipiens, eam ſummū bonum eſſe dicebas, quā in ſummo deo ſitam loquebare. Ipſum quoq; deum ſummū eſſe bonū, plenumq́; beatitudine diſſerebas: ex quo neminem beatū fore, niſi qui pariter deus eſſet, quaſi munuſculum dabas. Rurſus ipſam boni formam, dei beatitudinisq́; loquebaris eſſe ſubſtantiam: Ipſumq́; unum idipſum eſſe bonum dicebas, quod ab omni rerū natura peteretur: Deum quoq; bonitatis gubernaculis uniuerſitatem regere diſputabas, uolentiaq́; cuncta parere illi: nec ullam mali eſſe naturā, atq; hæc nullis extrinſecus ſumptis, ſed altero ex altero fidem trahente, inſitis domeſticisq́; probationibus explicabas. P. Tum illa: Minime, inquit, ludimus, remq́; omnium maximā

dei munere(quē dudum deprecabamur)exegimus. Ea eſt eñ diuinæ forma ſubſtantiæ,ut neq; in externa dilabatur,nec in ſe externum aliquod ipſa ſuſcipiat.Sed ſicut de ea Parmenides ait,

πάμ τοθεμ ἐμ κύ λοισι φέρειμ ἐναλίγκιομ ὄγκομ.

Quod ſi ratiões quoq; non extra petitas, ſed intra rei quam tractabamus,ambitum collocatas agitauimus, nihil eſt quod admirere:cũ Platone ſanciente didiceris,cognatos de quibus loqmur rebus, oportere eſſe ſermones.

¶Hec vltima huius tertij voluminis proſa continet, quibus gubernaculis mũdus guberneť, quod etiã ante Boethius ignorabat. Unde opinabať bonos ſupplicijs affici,malos vero premiis ad flagitia inuitari. Nũc aũt philoſophia docet bonitate diuina mundum regi,eumq; q̇ ſummũ bonum eſt, puta deũ, nullius mali cauſam eſſe, nec id quidē poſſe. Proinde malũ nihil eſſe, niſi a bono defectionem: cum is qui poteſt omnia, non poſſit malũ. Quo fit, vt mali nequaq̃ floreant,ſed miſeri potius ſint, et infelices,vt proximo volumine latius diſſeretur. Uehementer.] valde. Horum] quod diſcere noſtrum ſit reminiſci,⁊ quod lumen animi corporis caligine ſit obnubilatum. Cõmemoras] memorem facis. Et notãda eſt hec locutio. Corporea con.] corporis cum anima coniunctione. Mole] grauitate. Quum] vt. Dudũ] paulo ante. Inſcitiã] ignorantiam. Accedam] aſſentiar. Diuelleret] diſtraheret. Soſpes] incolumis. Reuiſas] repetas. Alioquin] niſi hoc ita ſe habeat. Uigilantius] diligētiꝰ. Diducis] aperis. Cum deus inq̇t] Docet a deo ſuauiter ⁊ cõueniētiſſime oĩa diſponi,cum volũtarie diuinę bonitati obtēperēt, ſeq; ſubiiciant. Detrectantiũ iugũ] metaphora a bobꝰ ſumpta. Uñ poeta:

Non iuga taurus amat,quæ tamen odit habet.

Deo cõtraire] cõtra dei volũtatē. Iure beatitudinis]

t

queꝫ vt cętera, ſic & ſummã potentiã complectiť. Forti-
ter] potenter. Suauiter] ordinate, bona contẽperãtia,
cõueniẽtiſſime. Laceſſentes] in bellũ prouocãtes. Cę-
**Gigantes.** lum] deos cęleſtes. Gigãtes] hi vaſtiſſimorũ corporũ
fuiſſe dicuntur, terrę filij, ſine patre, qui cum deos cęlo
pellere conarenť, ab Ioue fulminibus miſſis ſunt inter-
empti. Macrobius libro ſaturnaliũ primo: Gigantes aũt
(inqt) quid aliud fuiſſe credendũ eſt, ꝙ hominũ quandã
impiã gentẽ, deos negantẽ, & ideo exiſtimatã deos pelle-
re de cęleſti ſede voluiſſe. Horum pedes in draconũ vo-
lumina deſinebant: quod ſignificat nihil eos rectũ, nihil
ſuperũ cogitaſſe, totius vitę eorũ greſſu atqꝫ proceſſu
in inferna mergẽte. Uti condignũ fuit] parentheſis. i.
ſicut decuit. Benigna] meritis bñfica, male aũt meri-
tis infeſta. Fortitudo.] potẽtia diuina. Rationes]
argumentationes. Collidamus] valde committamus,
acriter conferamus. Ex huiuſmodi cõſ.] ex eiuſmodi
philoſophico certamine. Scintilla] Trãſlatio ab ijs q
chalybe et ſilice colliſis, ignis ſcintillã excutiunt, quam
diſſilientem in fomitem excipiunt ad lumen excitandum.
Arbitratu] arbitrio. Malum igitur] Concludit ma-
lum nihil eſſe huiuſmodi ratione: Quicquid eſt aliquid,
deus omnipotẽs id poteſt. Malum aũt deus omnipotẽs
non poteſt. Malum igitur nihil eſt. Beatus Auguſtinus
libro de ciuitate dei xi. cap. ix. Mali enim nulla natura
**Inextricabilis.** eſt, ſed amiſſio boni, mali nomen accepit. Labyrinthum
inextricabilem] inſolubilem, indeprehẽſibilem, vnde ne-
**Labyrinthus.** mo ſe facile poſſit expedire. Labyrinthus, locꝰ eſt via-
rum ambagibus adeo implexus, vt eum ingreſſo non pa-
teat exitꝰ. Hoc aũt loco metaphoricos poſuit. Orbẽ]
circulum. Munuſculum] corollarium. Dudum] pau-
lo ante. Exegimus] abſoluimus. Ouidius:

Iamq́ꝫ opus exegi.

De eã] diuina ſubſtantia. Parmenides] Hic Eleates
Anaxagorę diſcipulus, vt Suidas ait: vt vero Diogenes,
Xenophanis: cuius meminit Plato, qui eiꝰ noie dialogũ
**Parmenides.** ſcripſit, vocauitqꝫ Parmenidẽ, ſiue de Ideis. Hic carmĩe
phyſiologiã expſſit, ſicut Empedocles, & Heſiodus, du-
plicẽqꝫ eã eſſe dixit, vnã q veritate cõſtaret: alterã, q opi-
nione. Emicuit olympiade. lxviii. Huius grecꝰ verſus eſt,

πάν τοθεν ἐν κύκλοισι φέρειν ἐναλίγκιον ὄγκον.

id eſt, vndiq; in circulis ducis ſimilem aceruũ. Quod aũt in vulgatis exemplaribus additum eſt. i rerum orbẽ mobilẽ rotat, dum ſe immobilẽ conſeruat, non eſt Boethiũ, ſed gloſſema, neſcio cuius, prius in margine adiectum, deinde Boethii verbis inſertum. Parmenidis dictũ Iamblicus Platonicus hunc in modum exponit: Omnia ex deo ita ſunt, vt nuſq; vel minima queq; deſerãtur a deo. Ubiq; enim diuina viget vnitas, ꝑ quam res queq; conſiſtunt, ac perpetuo quodam, intimoq; circulo ad deum ipſum, a quo & in quo ſunt, mirabiliter reuoluũtur. Alioquin in nihilum repente proruerent. Cum Platone ſanciente d.] Timeus apud Platonem: Rationes vtiq; cũ iis rebus quas exprimũt, cognationem quandam habere videnť. Ergo cum de re firma & ſtabili, & mente comprehẽdenda diſſeritur, ſtabiles ſimiliter immutabilesq; & q̃maxie fieri põt, inexpugnabiles ratiões eſſe oportet. Cum vero de ipſi⁹ rei firmę ſtabilisq; ſimulacro diſputatur, veriſimiles ratiões ſufficiũt: q̃ ita ſe ad ſuperiores habeant rationes, vt ſimulacrũ ad exemplum. Nempe q̃d eſt ad generationem eſſentia, id ad fidẽ eſt veritas.

## ¶Metrum. XII. libri. III.

Felix, qui potuit boni
Fontem uiſere lucidum:
Felix, qui potuit grauis
Terræ ſoluere uincula.
Quondam funera coniugis
Vates Thraicius gemens,
Poſtq; flebilibus modis
Syluas currere mobiles,
Amnes ſtare coegerat,
Iunxitq; intrepidum latus
Sæuis cerua leonibus,
Nec uiſum timuit lepus

Iam cantu placidum canem,
Cum flagrantior intima
Feruor pectoris ureret,
Nec qui cuncta ſubegerant,
Mulcerent dominum modi,
Immites ſuperos querens,
Infernas adijt domos.
Illic blanda ſonantibus
Chordis carmina temperans,
Quicquid præcipuis deæ
Matris fontibus hauſerat,
Quod luctus dabat impotens,
Quod luctum geminans amor,
Deflet Tęnara commouens,
Et dulci ueniam prece
Vmbrarum dominos rogat.
Stupet tergeminus nouo
Captus carmine ianitor.
Quæ ſontes agitant metu
Vltrices ſcelerum deæ,
Iam mœſtæ lachrymis madent.
Non Ixionium caput
Velox præcipitat rota.
Et longa ſite perditus
Spernit flumina Tantalus.
Vultur dum ſatur eſt modis,
Non traxit Titij iecur.

Tandem, uincimur, arbiter
Vmbrarum miſerans ait,
Donemus comitem uiro
Emptam carmine coniugem.
Sed lex dona coerceat,
Ne dum tartara liquerit,
Fas ſit lumina flectere.
Quis legem det amantibus?
Maior lex amor eſt ſibi.
Heu noctis prope terminos
Orpheus Eurydicen ſuam
Vidit, perdidit, occidit.
Vos hæc fabula reſpicit,
Quicunq; in ſuperum diem
Mentem ducere quæritis.
Nam qui tartareum in ſpecus
Victus lumina flexerit,
Quicquid præcipuum trahit,
Perdit, dum uidet inferos.

¶ Metrum eſt Glyconium, ſimile ſexto primi volumi-
nis. Hortatur Boethium Philoſophia, vt ſummi boni pre-
ſtantiam contemplari pſeueret, ne praua cupiditate vi-
ctus, ad rerũ terrenarũ deſideria relabat. Nam vt qui-
dam non ineleganter ait, Deo mente defixus, a paſſiõibꝰ
dum titillat, a cęlo in terram deuoluitur. Ad hoc autem
oſtendendum lepidiſſime inducit Orphei fabula, quę a
Diodoro Siculo copioſe refertur, & elegantiſſime a Uer-
gilio libro georgicon vltimo, & a Naſone libro metamor. Orphei fa-
decimo. Quam quidam ſic interpretant: Orpheus vxo- bula.
rẽ habuit Eurydicen. q̃ dũ Ariſteũ fugeret ꝑ loca her-
bis floribusq; ornata, latentem ſerpentẽ calcauit, cuius

venenato morſu extincta, ad inferos deſcendit. Eſt aūt Eurydice humana aīa, quę dr̄ Eurydice.i. latū iudiciū habēs, ꝓpterea quod rationalis eſt. Hęc nubit Orpheo, cum corpori coniungitur, & amatur ab Ariſteo id eſt, ab optimo. Illa aūt corporeis voluptatibus irretit. Id em̄ ſunt flores atq; herbę, quę terrę ſunt pulchritudines. Optimum quod eſt deus. p illa fugit, atq; a ſerpente, id eſt, a peccato, quod inter illas voluptates latet, interimitur, & ad inferos demergit. Sed conceditur Orpheo, vt illam ſono cithare.i. actionum optima compoſitione, quę maxima harmonia eſt, vnde virtus exoritur, ab inferis reuocet, id eſt, a vitiis liberet, ſed ea lege, ne reſpiciat, hoc eſt, ne in vitia relabatur. Felix] beatus, ſubaudi eſt is. Viſere] videre, ad videndum peruenire, intueri. Lucidum fontem boni] ſummum bonum, longe clariſſimum. Soluere] abiicere, deponere. Vincula] nexus rerum terrenarum, quibus pleriq; nimis aſtringuntur. Orpheus. Vates thraicius] Orpheus thrax, Apollinis & Calliopes, vel (vt alii ſcribunt) Oeagri fluuii & Polymnię muſę filius, vates muſicusq; pręſtantiſſimus. Legitur autem recte, Thraicius per a, & more ionico p e Threicius. Dicitur & thracius, & thracenſis in eodem ſignificatu. Flebilibus modis] flebili cantu. Syl.c.m.] Vergilius:

Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus.

Seneca in Hercule furente:

Immites potuit flectere cantibus
Vmbrarum dominos, & prece ſupplici
Orpheus, Eurydicen dum recipit ſuam.
Quæ ſyluas & aues ſaxaq; traxerat.
Ars quæ præbuerat fluminibus moras,
Ad cuius ſonitum conſtiterant feræ,
Mulcet non ſolitis vocibus inferos,
Et ſurdis reſonat clarius in locis.
Deflent & lachrymis difficiles dei
Deflent Eurydicen Threicię nurus:
Et, qui fronte nimis crimina tetrica
Quærunt, ac veteres excutiunt reos,
Flentes Eurydicen iuridici ſedent.

Tandem mortis ait, vincimur, arbiter:
Euade ad ſuperos, lege tamen data.
Tu poſt terga tui perge viri comes
Tu non ante tuam reſpice coniugem,
Quàm cum clara deos obtulerit dies,
Spartaniq́; aderit ianua Tęnari.
Odit verus amor, nec patitur moras.
Munus dum properat cernere, perdidit.

Idem in Hercule Oetheo:
Tunc ſolamina cantibus
Quærens flebilibus modis,
Hęc Orpheus cecinit Getis.

Perperam igitur in nonnullis exemplaribus legitur debilibus, pro flebilibus. Amnes] fluuios. Intrepidū] ceruus ipſa intrepida. Figurate, quod totius eſt, parti dedit. Seneca in Hercule Oetheo:
Iuxtaq́; impauidum pecus
Sedit marmaricus leo:
Nec damæ trepidant lupos,
Et ſerpens latebras fugit
Tunc oblita veneni.

Flagrantior] ardentior. Intima] partes intimas. Feruor] ignis amoris. Subegerant] vicerant. Modi] moduli, cantus. Querens] prima correpta, a deponenti queror. i. querimonia teſtificans ſuperos, ſubaudi eſſe immites. i. inexorabiles. Illic] apđ inferos. Chordis] fidibus. Deę.] matris Calliopes. Impotens] non potens ſe cohibere, vel nimium & ſupra modum potens querimoniis & lamentis effundendis. Deflet] deflendo effundit. Tęnara] inferos. Tęnarus Laconię promontorium, ꝑ cuius horribilem ſpecum fabulantur iter eſſe ad inferos, pro quibꝰ interdū accipit. Veniā] beneficium. Ouidius: Tęnarus.
Quod ſi fata negant veniam pro coniuge.
Vmbrarū d.] deos inferos. Tergeminus.] triceps, id eſt, trium capitum. Idem libro de amandi arte tertio: Tergeminus.
Saxa ferasq́; lyra mouit Rodopeius Orpheus,
Tartareosq́; lacus, tergeminumq́; canem.

Tergeminus modo triformis. Maro:

Tergeminamq; Hecaten, tria virginis ora Dianæ

Modo tergemini dicũt, tres natieodẽ partu. Captus] delectatus. Ianitor. Ianitor] ianuę cuſtos. qui veſtibulũ ſeruat Cerberus] Gerionę filius, & Echidnę frater Hydrę ac Orthi canis Geryonis, vt eſt apud Heſiodum: Cerberus. q pro foribus Orci cuſtos excubat Tibullus:

Nunc niger in porta ſerpentum Cerberus ore

Stridet, & æratas excubat ante fores.

Claudianus:

Latratum triplicem compeſcuit ingens Ianitor.

Sontes] nocentes, qui turpia facinora perpetrarunt. Furiæ. Agitant] vexant perſequuntur. Deę] furię infernales. Furias treis Heſiodus & Epimenides, eaſq; e ſanguine pudendorum Saturni (quę patri Jupiter amputauit) editas aiunt. Nocte genitas autumat Aeſchylus & Maro:

Hunc mihi da proprium virgo ſata nocte laborem.

Statius Acherontem patrem tribuit:

Totidemq; ſatis Acheronte nefaſto. Virginibus.

Ixion. Nõ ixioniũ cap.] Ixion, vt Euripides ait, Phlegya patre natus, vt Pherecydes, Aethone, quũ de medio ſuſtuliſſet Eioneum, cuius filiam nomine Dian vxorẽ duxerat: quod is a genero debita promiſſaq; munera veteri more flagitaret, atq; ſuppoſito tigno in accenſam foueã excepiſſet, ab ea cęde quum ceteris nec aquę aſperſiõe, neq; ſuffitionibus, aut dierum numero tolli poſſe videretur, ab Ioue expiatus eſt. Sed is eam rem parum gratam habuit, auſus ad ſtuprum Junonẽ prouocare. Dea communicato cum Ioue conſilio, immiſit nubem, quam pro Junone complexus, centauros genuit, & damnatos apud inferos aſſidua rotę vertigine rapitur. Tibullus:

Illic Iunonem tentare Ixionis auſi,

Verſantur celeri noxia membra rota.

Velox] celeri vertigine verſatilis. Pręcipitat] deiicit. Site pro ſiti. Site] ſiti. Perperam indocti legunt hoc loco ſiti, contra metri rationẽ, cũ licẽtia poetica Boethi⁹ ſite cõſcripſerit,

vt libro Aeneidos ſexto. Vergilius:

Gaudet cognomine terra.

pro cognomini, teſte Seruio. ⁊ Ouidius in Faſtis:

Extaq; de porca cruda bimeſtre tenet.

pro bimeſtri. Idem libro de Triſtibus quinto:

Exiguum pleno de mare demat aquæ.

Pro mari. Longa] diuturna. Perditus] excruciatus. Spernit] contemnit. Cantu enim muſico delinitus, ſiti non laborat. Tantalus] hic Smyrnam Phrygię, vel (vt alij tradunt) Sypilum tenuit. Is apud inferos (vt canit Homerus) aquis ori allabentibus perpetua ſiti laborat. Supplicij cauſam non omnes eandem tradũt. Nam quidam dicunt eum pœnas luere, quod Pelopem filium dijs hoſpitibus epulandum appoſuerit. Nonnulli referunt canem templi Iouis in Creta cuſtodem a Pandareo Mileſio ſurreptum, ad Tantalum perueniſſe, quem cum repetenti Mercurio abiuraſſet, hac affectum pœna. Canis aureus erat, ⁊ ſpirãs. Ut Aſclepiades ex fabula refert, quoniam deorum ſecreta mortalibus reuelarit. Ouidius: Tantalus

Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat
Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit.

Euripides ait in aere ſuſpenſum impedimenti ſaxo torqueri. Sunt qui ſubiectum Sypilo monti tradant in Lydia. Petronius in Tãtalo repręſentari auaros autumat, quibus opes vſui non ſunt, ⁊ ſiccis faucibus conditis pecunijs incubant. Verſus eius apud Fulgentium hi ſunt:

Nec bibit inter aquas, nec poma patentia carpit
Tantalus infelix, quem ſua vota premunt.
Diuitis hæc magni facies erit, omnia late
Qui tenet, & ſicco concoquit ore famem. Tityus

Modis] cantu. Orphei. Ticyi] Hic (vt ait Pherecydes) Iouis ⁊ Elarę filius fuit, eius, quã genuit Orchomenus. Telluris tamen dictus eſt, quod eo grauida mater Elara, Iunonis metu terrę cauernam ſubiens, illic puerum peperit. Indicat in Bœotia Strabo ſpecũ Elaram a re geſta nominatam. Alij ſentiunt ideo terrę filiũ dici, quod ex hominũ genere ſęuos ⁊ immanes (cuiuſmodi Tityus fuit) fabulę ex terra natos fingũt: ⁊ Callima

chus atrociſſimas quaſq; beſtias terrę genus appellat. In nouem iugera diſtētus apud inferos paſcit vultures. vt autor eſt Homerus: quoniam vim Latonę inferre tentauit, vel (vt canit Euphorion) Dianę vitium intulit: quapropter Apollinis & Dianę telis extinctū refert Pindarus. Vultur] Homerus geminos vultures admotosq; Tityo canit, Ouidius & Claudianus vnum. Sic & Seneca in Hercule furenti:

Præbet volucri Tityus æternas dapes.

Veteres theologi (vt refert Macrobius in ſomnium Scipionis) vulturem iecur immortale tundētem, nihil aliud intelligi voluerunt, quã tormenta conſcientię obnoxia flagitio, viſcera interiora rimantis, & ipſa vitalia indefeſſa admiſſi ſceleris admonitione laniantis, ſemperq; curas, ſi requieſcere forte tentauerint, excitantis, tanq̃ fibris renaſcentibus inhęrendo, nec vlla ſibi miſeratione parcentis. lege hac qua ſe iudice nemo nocens abſoluitur, nec de ſe ſuam poteſt vitare ſentētiam. Illos autem epulis ante ora poſitis excruciari fame, & inedia tabeſcere, quos magis magisq; acquirendi deſiderium cogit pręſentem copiam non videre, & in affluentia inopes egeſtatis mala in hubertate patiuntur, neſcientes parta reſpicere dum egent habendis. Illos radiis rotarum pendere diſtrictos, qui nihil conſilio pręuidētes, nihil ratione moderantes, nihil virtutibus explicantes, ſeq; & actus ſuos omnes fortunę pmittentes. caſibus & fortuitis ſemper rotantur. Saxum ingens voluere, inefficacibus laborioſisq; conatibus vitã terentes. Atram ſilicem lapſuram ſemper, & cadenti ſimilem. illorum capitibus imminere, qui arduas poteſtates & infauſtam ambiunt tyrannidem, nunq̃ ſine timore victuri, & cogentes ſubiectum vulgus odiſſe; dum metuant. ſemper ſibi videntur exitiũ (quod merentur) excipere Hic Macrobius. Arbiter] dominus. iudex. Umbrarum] animarum. Viro] Orpheo. Emptam] redemptam. Coniugem] Eurydicen. Dum t.l.] dum inferorũ ſedem exierit. Lumina fl.] reſpicere. Quis legem d.a.] Quis (inquit) tam crudelis eſt. vt amantibus legem imponat? Amor enim maior lex eſt ſibi, quã vlla lex pręſcripta ac ſi dicat, Tanta vis amoris eſt, vt legem aliam non admittat. Heu noctis p.t.] id eſt, ſub ipſius lucis acceſſum. Sic Maro:

Eurydicenq́; ſuam iam luce ſub ipſa
Immemor heu, victuſq́; animi, reſpexit.

Perdidit] amiſit. Occidit] media contracta legendum. Senſus eſt, Orpheus ipſe Eurydices amiſſione vna cũ ea perijt. Vergilius:

Illa, quis & me, inquit, miſeram & te perdidit Orpheus?

In ſuperum diem] in ſummi boni lucem.

# SEVERINI BOETHII DE conſolatione philoſophiæ liber quartus.

## ¶Proſa prima libri quarti.

HAec cum philoſophia dignitate uultus, & oris grauitate ſeruata, leniter ſuauiterq́ue ceciniſſet: tum ego nondum penitus inſiti mœroris oblitus, intentionem dicere adhuc aliquid parantis abrupi. Et ô, inquam, ueri præuia luminis, quæ uſq; adhuc tua fudit oratio, tum ſui ſpeculatione diuina, tum tuis rationibus inuicta patuerunt: eaq́ue mihi & ſi ob iniuriæ dolorem nuper oblita, non tamen ante hac prorſus ignorata dixiſti. Sed ea ipſa eſt uel maxima noſtri cauſa mœroris, quod cum rerum bonus rector exiſtat, uel eſſe omnino mala poſſint, uel impunita prætereant. Quod ſolũ quanta dignũ ſit admiratione, profecto conſidera. At huic aliud maius adiungit. Nam imperante florẽ

teq́ nequitia, uirtus nō ſolum præmijs caret, uerum etiam ſceleratorum pedibus ſubiecta calcatur, & in locum facinorum ſupplicia luit. Quæ fieri in regno ſcientis omnia, potentis omnia, ſed bona tantummodo uolentis dei, nemo ſatis poteſt nec admirari nec conqueri. P. Tum illa, & eſſet (inquit) infiniti ſtuporis, omnibusq́ horribilius monſtris, ſi uti tu exiſtimas, in tanti uelut patrisfamilias diſpoſitiſſima domo, uilia uaſa colerentur, precioſa ſordeſcerēt: ſed nō ita eſt. Nam ſi ea quæ paulo ante concluſa ſunt, inconuulſa ſeruantur, ipſo (de cuius nunc regno loquimur) autore cognoſces, ſemper quidem potentes bonos eſſe, malos uero abiectos ſemp, atq́ imbecilles, nec ſine pœna unquā eſſe uitia, nec ſine præmio uirtutes, bonis felicia, malis ſemp infortunata contingere. Multaq́ id genus, quæ ſopitis querelis firma te ſoliditate corroborēt. Et quoniam ueræ formā beatitudinis me dudum monſtrante uidiſti, quo etiā ſita ſit agnouiſti, decurſis omībus quæ prætermittere neceſſarium puto, uiam tibi quæ te domum reuehat, oſtendam. Pennas etiam tuæ menti, quibus ſe in altū tollere poſſit, affigā: ut ꝑturbatione depulſa, ſoſpes in patriā, meo ductu, mea ſemita, meis etiā uehiculis reuertaris.

# IOHANNIS MVRMELLII in quartum Boethij de conſolatione philoſophiæ librũ cõmentarius.

DIxerat primo volumine Boethius, Uidere autem videor nefarias ſceleratorum officinas gaudio lętitiaq; fluitantes, perditiſſimum quęq; nouis delationũ fraudibus imminẽtem, iacere bonos noſtri diſcriminis terrore proſtratos, flagitioſum quęq; ad audendũ quidem facinus impunitate, ad efficiendũ vero pręmijs incitari, inſontes autem nõ modo ſecuritate, verũ ipſa etiã defenſione priuatos. Itaq; libet exclamare,

O ſtelliferi conditor orbis.

In quo quidem carmine, vt animi nimium perturbatus, inter cętera & hęc ſubdit,

premit inſontes
Debita ſceleri noxia pœna,
At peruerſi reſident celſo
Mores ſolio, ſanctaq; calcant
Iniuſta vice colla nocentes.

Et reliqua in eandem ſententiam. Hoc igitur libro Philoſophia (vt morbi radicẽ penitus extirpet) eam Boethij opinionem grauiter redarguit atq; confutat, docẽs ſemper quidem potentes bonos eſſe, malos vero abiectos ſemper, atq; imbecilles; nec ſine pœna vnq; eſſe vitia, nec ſine pręmio virtutes, bonis felicia, malis ſemper infortunata cõtingere. Super quibus lege Gorgiam Platonis, diui Gregorii moralia, caput quintum octaui libri Cęſarienſis Euſebii de pręparatione euãgelica, Lactantij Firmiani de iuſtitia caput 23. Epiſtolam diui Hieronymi ad virginem exulem conſolatoriam, & eiuſdem alteram ad amicum ęgrotum, & rurſus aliam quę inſcribit ad Oceanum, Baptiſtę Mantuani libros de patientia, & id genus alia.

## ¶Metrum primum libri .IIII.

SVnt etenim pennæ uolucres mihi,
Quæ celſa conſcendant poli.

Quas ſibi cum uelox mens induit,
Terras peroſa deſpicit,
Aeris immenſi ſuperat globum,
Nubesq́ poſt tergum uidet.
Quiq́ agili motu calet ætheris,
Tranſcendit ignis uerticem,
Donec in aſtriferas ſurgat domos,
Phœboq́ coniungat uias,
Aut comitetur iter gelidi ſenis
Miles coruſci ſideris,
Vel quocunq́ micans nox pingitur,
Recurrat aſtri circulum,
Atq́ ubi iam exhauſti fuerit ſatis,
Polum relinquat extimum,
Dorſaq́ uelocis premat ætheris
Compos uerendi luminis,
Hic regum ſceptrum dominus tenet,
Orbisq́ habenas temperat,
Et uolucrem currum ſtabilis regit,
Rerum coruſcus arbiter.
Huc te ſi reducem referat uia,
Quam nunc requiris immemor,
Hæc dices(memini) patria eſt mihi,
Hinc ortus, hic ſiſtam gradus.
Quod ſi terrarum placeat tibi
Noctem relictam uiſere,
Quos miſeri toruos populi timent,

Cernes tyrannos exules.

Carmen eſt dicolon diſtrophon, conſtans altero verſu Alcmanio dactylico tetrametro acatalecto, altero archi lochio iambico dimetro acatalecto. Pendet autem eo, quod proxima proſa dixit. Pennas etiam tuę menti, quibus ſe in altũ tollere poſſit, affigam. Nunc igitur ait Philoſophia ad veram beatitudinẽ peruenire neminẽ poſſe: niſi animo virtutũ alis ſublato, terrenisq́ omnibus deſpectis, cęlos tranſcendat, & ſummo bono contemplatione ſe coniungat. Pennę volucres] vires mẽtis per veritatis ſpeculationem ſubleuãdę. Celſa] altas partes. Poli] cęli. Quas] pẽnas] Qui ignis. Agili motu] ob velociſſimam cõuerſionem. Aetheris] cęli. Verticem] ſummitatẽ. In aſtriferas domos] in orbes planetarum. Phœbo] ſoli. Coniungat vias] appropinquet, & ſeſe applicet. Aut comitet] Ordo eſt, Aut donec mens ipſa miles i. miniſtra & comes (tranſlatio indẽ ſumpta, quod ſicut miles ducẽ ſuum comitatur, ita mẽs diuinarum rerum contẽplationi philoſophię ſtudiis dedita, eas indefeſſo labore proſequitur) coruſci ſideris i. Iouis, cuius fulgor (M. Tullio teſte) hominum generi proſperus eſt & ſalutaris, comitet iter gelidi ſenis. i. Saturno ſe adiungat planetarum ſummo, qui apud priſcos pingebatur homo ſenex, canus, prolixa barba, curuus, triſtis, pallidus, tecto capite: & qui dextra falcẽ, & in eadem ſerpentis imaginem caudam ſuam ore mordentis, ſiniſtra infantem filium ori deuoraturus admouebat. Vergilius in Georg. Saturnus

Frigida Saturni ſeſe quo ſtella receptet.

Vel quocunq́] Ordo eſt, Vel recurrat circulum aſtri, quocunq́ micans nox pingitur. Recurrat] repetat, remiſat, Recurrat autem ideo, quod animę cęleſtis origo ſit: itaq́ contemplatione in patriã ſuam recurrat, tãetſi quidam legant percurrat. Per aſtri circulum cęlum ſignificat ſtelliferum. quod & firmamẽtum dicitur. Vbi] poſtq́. Exhauſti] exhauſtionis, finitionis, exactę ſpeculationis. Imitatio eſt Vergiliani illius in lib. georg. 2. Exhauſti

Cui nunquam exhauſti ſatis eſt.

Perperam igitur indoctis legit exhauſtũ. Polum extimũ] ſupremũ cęlum. Lucretius libro de rerũ natura 1.

Ergo viuida vis animi peruicit, & extra
Proceſſit longe flammantia mœnia mundi,
Atq; omne immenſum peragrauit mente animoq;.

Diuus Hieronymus contra Iouinianum ex Theophra- ſto: Sapiens autem nunq̄ ſolus eſſe poteſt, habet ſecũ omnes qui ſunt, quiq; vnq̄ fuerunt boni, & animum liberum quocunq; vult transfert. Quod corpore non poteſt, cogitatione complectitur: & ſi hominum inopia fuerit, loquit cum deo. Nunq̄ minus ſolus erit, q̄ cum ſolus fuerit. Rodolphus Agricola in protreptico: Quę poteſt autem maior eſſe, quę certior philoſophię diuinitas, q̄ nullis claudi terminis, nullo ſpatio contineri? Uadit enim ſacer viri animus liber, ſolutus, nulliſq; coercitus metis: & quacunq; rerum natura poteſt, vagatur: nec terras & maria ſolum, ſed ſidera ipſa, cognatoſq; cęlos pererrat. Non tenuiſſima reſiſtunt, comprehendit, exuperat, penetratq; cuncta. Uerendi luminis] diuinę lucis. Hic] vltra ſuprenium cęlum. Regum] omnium principum. Sceptrum] dominium, imperiũ. Habenas] moderamina. Temperat] dirigit. Uolucrem currum] cęlũ quod certiſſima conuerſione circumagitur. Rerum c. arbi.] deus dñs, inſpector & iudex omniũ lõge illuſtriſſimus. Huc] illuc, puta ad ſedem verę beatitudinis. Reducẽ] incolumem, ſaluum. Referat] reducat. Quam] patriã. Immemor] corporea cõtagione oblitus. Siſtã] ſtare faciã, nec vltra tẽdam. Toruos] terribiles. Cernes ty. exules] a vera patria procul aberrãtes. Seneca in thebaide. Regna cum ſcelere, omnibus ſunt exiliis grauiora.

## ¶Proſa ſecunda libri quarti.

TUm ego: Papæ (inquam) ut magna promittis, nec dubito quin poſſis efficere: tu modo quẽ excitaueris, ne moreris. P. Primum igitur (inquit) bonis ſemper adeſſe potentiam, malos cunctis uiribus eſſe deſertos, agnoſcas licebit: quorum quidem alterum

demonſtratur ex altero. Nam cum bonum malumq́ꝫ contraria ſint, ſi bonum potens eſſe conſtiterit, liquet imbecillitas mali: at ſi fragi litas clareſcat mali, boni firmitas nota eſt. Sed uti noſtræ ſententiæ fides abundantior ſit, al- terutro calle procedam, nunc hinc, nunc inde propoſita confirmãs. Duo ſunt, quibus omĩs humanorum actuum conſtat effectus, uolun tas ſcilicet ac poteſtas: quorum ſi alterutrum deſit, nihil eſt quod explicari queat. Deficien te etem̃ uoluntate, ne aggreditur quidẽ quiſqꝫ quod non uult: at ſi poteſtas abſit, uoluntas fruſtra ſit. Quo fit, ut ſi quem uideas uelle adi piſci, quod minime adipiſcatur, huic obtinẽ di quod uoluerit, defuiſſe ualẽtiam dubitare non poſſis. B. Perſpicuum eſt inquam, nec ul lo modo negari poteſt. P. Quẽ uero effeciſſe quod uoluerit uideas, num etiã potuiſſe dubi tabis? B. Minime. P. Quod uero quiſqꝫ po- teſt, in eo ualidus: q̃d uero nõ poteſt, in hoc imbecillis eſſe cẽſendus eſt? B. Fateor inquã. P. Meminiſti igit(inqt) ſupioribus rationibus eſſe collectũ, intentionẽ oẽm uolũtatis humã næ, quæ diuerſis ſtudijs agit, ad beatitudinẽ feſtinare? B. Memini (inquam) id quoqꝫ eſſe demonſtratum. P. Num recordaris beatitu- dinem ipſum eſſe bonum, eoqꝫ modo cum be

atitudo petitur, ab omibus deſiderari bonū? B.Minime(inquam)recordor,quoniā id memoriæ fixum teneo. P. Omnes igitͣ homines boni pariter ac mali,indiſcreta intentione ad bonum peruenire nitūtur? B.Ita(inquā)conſequens eſt.P.Sed certum eſt adeptione boni,bonos fieri? B.Certum.P. Adipiſcunt igit boni,quod appetunt? B.Sic uidetur. P.Mali uero ſi adipiſcerentur quod appetunt bonū, mali eſſe non poſſent.B.Ita eſt.P.Cum igitur utriq; bonum petāt,ſed hi quidem adipiſcan tur,illi uero minime:non dubium eſt, bonos quidē potentes eſſe,qui uero mali ſunt,imbecilles. B.Quiſquis (inquam) dubitat,nec rerū naturam,nec conſequentiam poteſt conſiderare rationū.P.Rurſus,inquit,ſi duo ſint,quibus idem ſecūdum naturam propoſitum ſit, eorumq; unus naturali officio idipſum agat, atq; perficiat: alter uero naturale illud officium minime adminiſtrare queat: alio uero modo quàm naturæ conuenit, non quidem impleat propoſitum ſuum, ſed imitetur implentem: quem nam horum ualētiorem eſſe decernis? B.Etſi coniecto(inquam) quod uelis,planius tamen audire deſidero.P.Ambulandi(inquit)motum ſecundum naturam eſſe hominibus num negabis? B.Minime inquā,

P. Eiusque rei pedum officium eſſe, naturale num dubitas? B. Ne hoc quidem inquam. P. Si quis igitur pedibus incedere ualens ambulet, aliusq́ cui hoc naturale pedum deſit officium, manibus nitēs ambulare conetur: quis iure horum ualentior exiſtimari poteſt? B. Contexe (inquam) cætera. nam quin naturalis officij potens, eo qui idem nequeat, ualentior ſit, nullus ambigit. P. Sed ſummum bonum æque malis bonisq́ propoſitum, boni quidem naturali officio uirtutum petunt: mali uero uariam per cupiditatem (quod adipiſcendi boni naturale officium nō eſt) idipſum conantur adipiſci. An tu aliter exiſtimas? B. Minime inquam: nam etiam quod eſt conſequens, patet. Ex his enim quæ cōceſſerim, bonos quidem potentes, malos uero eſſe neceſſe eſt imbecilles. P. Recte (inquit) præcurris, idq́ (uti medici ſperare ſolent) indicium eſt, erectæ iam reſiſtentisq́ naturæ. Sed quoniam te ad intelligendum promptiſſimum eſſe conſpicio, crebras coaceruabo rationes. Vide enim quanta uitioſorum hominum pateat infirmitas, qui ne ad hoc quidem peruenire queunt, ad quod eos naturalis ducit ac pene compellit intentio. Et quid? ſi hoc tam magno ac penè inuicto præeuntis na-

turæ deſerunt auxilio? Conſidera uero quanta ſceleratos homines habeat impotentia. Neq; enim leuia aut ludicra præmia petunt, quæ conſequi atq; obtinere non poſſunt: ſed circa ipſam rerum ſummam uerticemq; deficiūt, nec in eo miſeris cōtingit effectus, quod ſolum dies noctesq; moliuntur. In qua re bonorum uires eminent. Sicut enim eum qui pedibus incedens, ad eum locum uſq; peruenire potuiſſet, quo nihil ulterius peruium iaceret inceſſui, ambulandi potentiſſimum eſſe cenſeres: ita eum, qui expetēdo finem (quo nihil ultra eſt) apprehendit, potētiſſimū neceſſe eſt iudices. Ex quo fit (quod huic obiacet) ut ijdē ſceleſti uiribus omnibus uideantur eſſe deſerti. Cur enim relicta uirtute uitia ſectātur? inſcitiáne bonorum? ſed quid eneruatius ignorantiæ cæcitate? An ſectanda nouerunt? ſed tranſuerſos eos libido præcipitat. ſic quoque intemperantia fragiles ſunt, qui obluctari uitio nequeunt. An ſcientes uolentesq; bonum deſerunt, ad uitia deflectuntur? Sed hoc modo non ſolum potentes eſſe, ſed omnino eſſe deſinunt. Nam qui communē omnium quæ ſunt, finē relinquūt, pariter quoq; eſſe deſiſtunt. Quod quidē cuipiā mirū forte uideat, ut malos qui plures hoīm ſunt, eoſdē non eſſe dicā-

mus:ſed ita ſeſe res habet. Nam q mali ſunt, eos malos eſſe nō abnuo,ſed eoſdem eſſe pu re atq; ſimpliciter nego.Nam uti cadauer hominē mortuum dixeris,ſimpliciter uero hominem appellare non poſſis:ita uitioſos,malos quidem eſſe conceſſerim,ſed eſſe abſolute nequeam confiteri. Eſt enim quod ordinē retinet, ſeruatq; naturam. Quod uero ab hac deficit,eſſe etiam quod in ſui natura ſitum eſt, derelinqt. Sed poſſunt (inquies) mali:ne ego quidem negauerim: ſed hæc quidem eorum potentia non à uiribus, ſed ab imbecillitate deſcēdit.Poſſunt enim mala,quæ minime ualerent,ſi in bonorum efficientia manere potuiſſent. Quæ poſſibilitas eos euidentius nihil poſſe demonſtrat.Nam ſi (uti paulo ante col legimus)malum nihil eſt,cum mala tantummodo poſſint ,nihil poſſe improbos liquet. B.Perſpicuum eſt.P.Atq; ut intelligas, quænam ſit huius potentię uis,ſummo bono nihil potentius eſſe,paulo ante definiuimus. B.Ita eſt inq̄.P.Sed idem(inquit)facere malum nequit.B.Minime. P.Eſt igitur,inqt aliquis, qui omnia poſſe homines putet?B.Niſi quis inſaniat,nemo. P.Atqui ijdem poſſunt mala. B. Vtinam quidem, inquam, non poſſent. P. Cum igitur bonorum tantummodo potens

poſſit omnia, non uero queant omnia potentes etiã malorꝶ, eoſdẽ q mala poſſunt, minus poſſe manifeſtũ eſt. Huc accedit, ꝙ oẽm potẽtiã int expetẽda numerandã, oĩaq́ꝫ expetẽda referre ad bonũ uelut ad quoddã naturę ſuæ cacumẽ oſtẽdimus. Sed patrãdi ſceleris poſſibilitas referri ad bonum nõ poteſt. Expetenda igitur non eſt. Atqui omnis potentia expetenda eſt. Liquet igitur malorum poſſibilitatẽ nõ eſſe potentiã. Ex quibus oĩbus bonorũ quidem potentia, malorum uero minime dubitabilis apparet infirmitas. Verãq́ꝫ illã Platonis eſſe ſententiã, liquet, ſolos eos quod deſiderent, facere poſſe ſapientes, improbos uero exercere quidem quod libeat: quod uero deſiderent, explere nõ poſſe. faciunt enĩ quælibet, dum per ea quibus delectantur, id bonum quod deſiderãt ſe adepturos putant: ſed minime adipiſcuntur, quoniam ad beatitudinem probra non ueniunt.

Adfert rationes pulcherrimas firmiſſimasq́ꝫ Philoſophia, quibus arguit bonos & virtute preditos ſemper potentes eſſe: contra verò malos imbecilles. & omnibus verę potẽtię viribus deſtitutos. Nam c.b.m.q.c.ſ.] Teſte Cicerone libro Tuſculanarum quęſtionum quinto, Contrariorum contraria ſunt conſequentia. Veramq́ꝫ illam Platonis] Hęc ſententia eſt apud Platonẽ in Gorgia, vbi Socrates ad Polum hęc ait: Aſſero equidem o Pole tam rhetores, ꝙ̃ tyrannos minimam in ciuitatibus habere potentiam, quemadmodum paulo ante dicebam. Nihil enim (vt ita dixerim) facere ex his quę vo-

ſunt, facere tamē, quod ſibi opinātibus optimū videat.

¶ Metrum .II. libri quarti.

QVos uides ſedere celſo
Solij culmine reges,
Purpura claros nitente,
Septos triſtibus armis,
Ore toruo comminantes,
Rabie cordis anhelos,
Detrahat ſi quis ſuperbis
Vani tegmina cultus,
Iam uidebit intus arctas
Dominos ferre catenas.
Hinc enim libido uerſat
Auidis corda uenenis,
Hinc flagellat ira mentem
Fluctus turbida tollens,
Mœror aut captos fatigat,
Aut ſpes lubrica torquet.
Ergo cum caput tot unum
Cernas ferre tyrannos,
Non facit, quod optat ipſe
Dominis preſſus iniquis.

Carmen eſt dicolon, diſtrophon, altero verſu conſtans Alcmanio trochaico dimetro acatalecto, altero pherecratio Docet tyrannos, tametſi vulgo videātur indicentur4, minime tamen potentes eſſe: cum grauiſſima cupiditatum ſuarum iugiter opprimantur ſeruitute. Diogenes cynicus recte ſeruos quidē dominis, malos aūt cupiditatib9 ſeruire dixit. Teſte Johāne euang. Omnis q̄ facit peccatū, ſeruus eſt peccati. Diuus Auguſt. lib. de ciui

tate dei quarto, capite tertio: Malorum vero regnū magis regnantibus nocet, qui ſuos animos vaſtant ſcelerū maiore licentia. Et non multo poſt ſubdit: Proinde bonus, etiam ſi ſeruiat, liber eſt: malus autem, etiam ſi regnet, ſeruus eſt, Nec vnius hominis, ſed (quod eſt grauius) tot dominorum, quot vitiorum. Septos] circundatos, conſtipatos. Triſtibus] triſtitiam inferētibus. Toruo] terrifico. Rabie] feritate. Intus] in eorum conſcientia. Hinc] ex vna parte. Verſat] exagitat. Auidis venenis] illecebroſis affectionibus. Hinc] ex alia parte. Flagellat] verberat, cōcutit. Ordo eſt, Ira turbida tollens fluctus, flagellat mentem. Fluctus] motus & animi æſtus. Turbida] turbulenta. Tollēs] ſuſcitās. Captos] vi triſtitiæ victos. Lubrica] inſtabilis, inconſtās, metui cedens. Ergo] Ordo eſt, Ergo ipſe preſſus iniquis dominis, non facit quod optat, cum cernas vnum ferre tot tyrannos. Vnum ca.] vnum flagitioſum hominem. Tot tyrannos] tot vitia ei dominantia. Ferre] pati. Non facit quod optat] non efficit quod vult, eoq; nec liber, nec potens eſſe conuincitur.

## Proſa III. libri quarti.

VIdesne igitur quanto in cœno probra uoluantur, qua probitas luce reſplendeat? In quo perſpicuum eſt, nunquam bonis præmia, nunquam ſua ſceleribus deeſſe ſupplicia. Rerum enim quæ geruntur, illud propter quod unaquæq; res geritur, eiuſdem rei præmium eſſe non iniuria uideri poteſt: uti currenti in ſtadio, propter quā currit, iacet præmiū corona. Sed beatitudinē eſſe idipſum bonū, propter quod oīa gerunt, oſtēdimus. Eſt igit humanis actibus ipſum bonū, ueluti præmiū cōmune propoſitū. Atqui hoc à bonis nō pōt ſeparari.

Neq; enim bonus ultra iure uocabitur, q̄ careat bono: quare probos mores ſua præmia non relinquunt. Quantumlibet igitur ſæuiāt mali, ſapienti tamen corona non decidet, nō areſcet. Neq; enim probis animis proprium decus aliena decerpit improbitas. Quod ſi extrinſecus accepto lætaretur, poterat hoc uel alius quiſpiam, uel ipſe etiam qui contuliſſet, auferre. Sed quoniam id ſua cuiq; probitas cōfert, tum ſuo præmio carebit, cum probus eſſe deſierit. Poſtremo cum omne præmium idcirco appetatur, quoniam bonū eſſe creditur, quis boni compotem, præmij iudicet expertem? At cuius prǫmij? omnium pulcherrimi maximiq;. Memento enim illius corollarij, quod paulo ante præcipuum dedi, ac ſic collige: Cum ipſum bonum beatitudo ſit, bonos omnes eo ipſo q boni ſunt, fieri beatos liquet. Sed qui beati ſunt, deos eſſe conuenit. Eſt igitur præmium bonorum, q̄d nullus deterat dies, nullius minuat poteſtas, nullius fuſcet improbitas, deos fieri. Quæ cū ita ſint, de malorum quoq; inſeparabili pœna dubitare ſapiens nequeat. Nam cum bonū malūq;, item pœna atq; prǫmium aduerſa fronte diſſideant, quæ in boni præmio uidemus accidere, eadem neceſſe eſt in mali pœna contraria

parte reſpondeant. Sicut igitur probis probitas ipſa fit præmium, ita improbis nequitia ipſa ſupplicium eſt. Iam uero quiſquis afficit pœna, malo ſe affectum eſſe non dubitat. Si igitur ſeſe ipſi æſtimare uelint, poſſunt ne ſibi ſupplicij expertes uideri, quos omnium malorum extrema nequitia nõ afficit modo, uerumetiam uehementer inficit? Vide autẽ ex diuerſa parte bonorum, quæ improbos pœna comitet. Omne nanq; quod ſit, unum eſſe, ipſumq; unum, bonum eſſe paulo ante didiciſti. Cui conſequens eſt, ut omne quod ſit, id etiam bonũ eſſe uideatur. Hoc igitur modo quicquid à bono deficit, eſſe deſiſtit: quo ſit, ut mali deſiſtant eſſe quod fuerant. Sed fuiſſe homines adhuc ipſa humani corporis relicta ſpecies oſtentat. Quare uerſi in malitiam, humanam quoq; amiſere naturam. Sed cum ultra homines quenq; prouehere ſola probitas poſſit, neceſſe eſt, ut quos ab humana conditione deiecit, infra hominis meritum detrudat improbitas. Euenit igitur, ut quẽ trãsformatũ uitijs uideas, hoiẽm æſtimare nõ poſſis. Auaritia feruet alienarũ opum uiolentus ereptor? ſimilem lupo dixeris. Ferox atq; inquietus linguã litigijs exercet? cani cõparabis. Inſidiator occultus ſurripuiſſe fraudibus gaudet?

uulp eculis exęquet̃. Iræ intēperans fremit? le onis animū geſtare credat̃. Pauidus ac fugax non metuenda formidat? cerui ſimilis habea tur. Segnis aut ſtupidus torpet? aſinum uiuit. Leuis ac inconſtans ſtud a pmutat? nil ab auibus differt. Fœdis immundiſq; libidinibus immergitur? ſordidæ ſuis uoluptate detinetur. Ita fit, ut qui probitate deſerta homo eſſe deſierit, cum in diuinam conditionem tranſire non poſſit, uertatur in beluam.

Acute ⁊ dilucide diſſerit, nunq̃ bonis pręmia, nunq̃ ſua ſceleribus deeſſe ſupplicia: docetq̃ virtutū ſplēdore mortales eo p̄ſtātię puenire, vt ab improbis nihil neq̃ detrimenti, neq̃ offuſcationis pati queant, ⁊ (quod longe plus eſt) deos euadere. Contra vero ſcelerum infectiōe adeo ab humanę naturę dignitate degenerare, vt in beſtias transformentur. In ſtadio] in curriculo. Stadiū Grece σταδιον ſeu στάδιος latine curriculum. Locus eſt in quo equi homineſve currunt, ⁊ certant athletę, dictum ἀπὸ τῆς στάσιος, hoc eſt, a ſtatione, quod Hercules eo ſpatio vno ſpiritu confecto conſtitiſſet. Stadium continet octauam mille paſſuum partem. Diuus Hieronymus: Stadium eſt hęc vita mortalibus. Hic contendimus, vt alibi coronemur. Diuus Ambroſius: libro officiorum .i. cap. decimoſexto: Quid alibi poſcis, quod alibi debet̃? Quid prępopere coronam exigis, anteq̃ vincas? Quid detergere puluerē, quid requieſcere cupis? Quid epulari geſtis, anteq̃ ſtadium ſoluatur? Adhuc populus ſpectat, adhuc athletę in ſtemmate ſunt. ⁊ tu iam ocium petis? Sed forte dicas, cur impij lętantur? cur luxuriantur? cur etiam mecum non ipſi laborant? quoniam qui nō ſubſcripſerint ad coronam, non tenentur ad laborem certaminis. Qui in ſtadium non deſcenderint, non ſe perfundunt oleo non oblinunt puluere. Quos manet gloria, expectet iniuria. vnguentati ſpectare ſolent, non decertare, nō ſolēt eſtus, puluerē, ibreſq; pperi. Dicāt ergo Stadium.

et ipſi athletę Uenite, nobiſcum laborate. Sed reſpōdebunt ſpectatores. Nos hic interim de nobis iudicam⁹. vos aūt ſine nobis coronę (ſi vicerit is) gloriam vendicabitis. Iſti igitur qui in delicijs, qui in luxuria, rapinis, quęſtibus, honoribus ſtudia poſuerunt ſua, ſpectatores magis ſunt ꝙ pręliatores. Habent lucrum laboris, fructum virtutis non habēt. Fouent ociū aſtutia, ⁊ improbitate aggerant diuitiarum aceruos, ſed exoluent (ſerā licet) nequitię ſuę pœnā. Neqꝫ enim bonus vltra iure v q c b.] Sententia eſt Socratis Platonici in Gorgia, quia bonum (inq̄t) eſt, quo pręſente boni ſumus. Prorſus boni vero ſumus ⁊ nos, ⁊ quęcunqꝫ alia bona ſunt, ob virtutem quandam quę adſit. Socraticę Platonicęqꝫ ſententię M. Tullius ſubſcribit libro tuſculanarū quęſtionum quinto his verbis: Omnes bonos ſemper beatos volum⁹ eſſe. Quos dicam bonos, perſpicuū eſt. Om̄ibus

Bonus.

enim virtutibus inſtructos ⁊ ornatos: tum viros bonos dicimus. Uideamus qui dicēdi ſint beati. Equidem hos

Beatus.

exiſtimo, q̄ ſunt in bonis, nullo adiuncto malo. Nec vlla alia huic verbo (cum beatum dicim⁹) ſubiecta notio eſt, niſi ſecretis malis omnibus, cumulata bonorū cōplexio.

In Laurentium Vallā

Hactenus Cicero. At Laurentius Ualla vir alioqui doctiſſimus, ⁊ acris tum ingenij tum iudicij, libro de vero falſoqꝫ bono tertio, nimia cauillandi libidine percitus, nimis ꝙ inſipienter in Boethium noſtrum fertur, vbi contendit eum in boni vocabulo erraſſe, quod tum virtutē tum felicitatem ſignificet, perperamqꝫ ita collegiſſe: Quicunqꝫ eſt bonus, is habet bonum. Uerum (quod bona venia dictum ſit) Ualla ipſe pudendo errore labit̄, cum Boethium inſectans, ſcribit virtutem ac vitium actiones eſſe, felicitatem vero atqꝫ infelicitatem qualitates, res etiam effectu ipſo inter ſe longiſſime diſtantes.

Felicitas duplex.

Non enim (vt ille ſomniat) virtus ⁊ vitium actiōes ſunt, ſed qualitates ⁊ (quod plus eſt) in eodem qualitatis gn̄e cum felicitate ⁊ infelicitate, in eo ſcilicet, quod Ariſtoteli habitus ⁊ diſpoſitio vocat̄. Sed ne quis erret, animaduertendum eſt duplicem eſſe felicitatem. alteram q̄dem inchoatam. quam dei gratia homo in hac vita virtutum ſtudiis conſequitur, ⁊ hanc dicimus eſſe in prima ſpecie qualitatis: alteram vero perfectam ⁊ omnibus numeris abſolutam, cuius nemo ante mortem compos fit, quę et cum ſummo bono deoqꝫ eiuſdem eſt ſubſtantię, vt ſupra

probatum eſt: eamqꝫ ob infinitatem ſub nullo prędicamẽto collocandam cenſem⁹. Proinde recte dixit Boethius non bonum vltra iure vocari, q̃ careat bono, hoc eſt, quicunqꝫ bonus eſt, eum habere bonum, ſiue virtutem, ſine malis felicitatem accipere, non perfectam quidem illã, ſed inchoatam quę non differt a virtute. ſed ei eſt eadẽ: quod ⁊ propheta teſtificans: Beatus vir, inquit, cui non imputauit dominus peccatum, nec eſt in ſpiritu eius dolus. Et beatus Ambroſius lib. de officiis ſecũdo: Certũ eſt ſolum ⁊ ſummum bonum eſſe virtutem. eamqꝫ abundare ſolam ad vitę fructum beatę, nec externis aut corporis bonis, ſed virtute ſola vitam pręſtari beatam per quam vita eterna acquiritur. Et ſubdit idem eodem in libro: In quo vna virtus eſt, concurrunt cętere. Quod ideo appoſui, ne quis forſan ſtultus ⁊ impius opinetur virtuti vitia, quę miſeros homines reddunt, cohęrere. Socrates apud Platonem: Quamobrem omnino neceſſarium eſt, inq̃t, o Callicles, temperatum virum, cũ (vt diximus) iuſtus et fortis ſit ⁊ pius, eſſe perfecte bonũ. Bonum vero bene honeſteqꝫ agere, quicquid agat. Eum autem qui bene agit, felicẽ eſſe atqꝫ beatũ. Improbum vero ac male agentem, eſſe miſerum. Quare probos m.ſ.pr.n.r.] Diuus Ambroſius officiorum libro primo: Ergo impius ipſe ſibi pœna eſt, iuſt⁹ aũt ipſe ſibi gratia. Et vtriqꝫ aut bonorum aut malorum operum merces ex ſeipſo ſoluitur. Silius Italicus libro. xiii.

Ipſa quidem virtus ſibimet pulcherrima merces.

Euenit igitur] Joannes Franciſcus Picus in commentariis ſecundi hymni heroici: Dicuntur in ea homines bruta conuerti, quorum affectus nimia voluntatis propenſione, viſuqꝫ rationis poſthabito, conſequuntur. Sic in leonem iracundus, in vulpem aſtutus, in ſuem venereus conuerti dicitur. Hinc apud Pythagoręos ⁊ Platonicos hominum transformatiões in brutã, quas lepide quoqꝫ Seuerinus adnotãs ſubindicauit. Antonius Codrus ſermõe primo: Sicut anima rationalis ⁊ proba formam pręſtat homini, ⁊ illum diuinitatꝫ participem facit: ſic irrationalis ⁊ improba pecori formam tribuit, ⁊ hominem a recto diſcedentẽ trãsformat in beluã. Corp⁹ ergo (vt vobis oſtẽdo) nõ facit hoiem, ſed aĩa. Unde recte Plato (vt reor) dicere ſolebat, οὐκ ἐστιν ἄνθρωπος τὸ ὁρώμενον,

id eſt non eſt homo id, quod videt Quare vos Codrum non videtis, ſed faciem, ſed manus & membra Codri. Ergo alienarum opum violentus ereptor, lupum ſe fecit. Qui inſidiator eſt & fraudulentus, aſtutam vapido portat ſub pectore vulpem. Qui libidinoſus eſt, & ſpurcis voluptatibus immerſus, in hircum ſe vel in ſuem transformauit. Qui linguam hunc & illum mordendo exercet, canis eſt. Ita & in alias beluas hominem mutari dicimus, cum deſerta ratione irrationalem ſumit appetitum.

## Metrum .III. libri .IIII.

VEla Neritii ducis
Et uagas pelago rates
Eurus appulit inſulæ,
Pulchra qua reſidens dea,
Solis edita ſemine,
Miſcet hoſpitibus nouis
Tacta carmine pocula.
Quos ut in uarios modos
Vertit herbipotens manus,
Hunc apri facies tegit,
Ille marmaricus leo
Dente creſcit & unguibus,
Hic lupis ſuperadditus
Flere dum parat, ululat.
Ille (tigris ut Indica)
Tecta mitis obambulat.
Sed licet uariis malis
Numen arcadis alitis
Obſitum miſerans ducem
Peſte ſoluerit hoſpitis,

Iam tamen mala remiges
Ore pocula traxerant,
Iam ſues cerealia
Glande pabula uerterant.
Et nihil manet integrum,
Voce, corpore, perditis.
Sola mens ſtabilis ſupereſt,
Monſtra quæ patitur, gemit.
O leuem nimium manum,
Nec potentia gramina,
Membra quæ ualeant licet,
Corda uertere non ualent.
Intus eſt hominum uigor
Arce conditus abdita.
Hæc uenena potentius
Retrahunt hominem ſibi
Dira, quæ penitus meant
Nec nocentia corpori
Mentis uulnere ſæuiunt.

¶ Carmen eſt Glyconiũ, ſimile ſexto primi voluminis, verũ in hoc fere priĩn⁹ pes trocheus eſt, vltimo tantum vſu excepto, vbi ſpõdeus primã regionẽ tenet: quẽ ſi q̃s ita legerit, Mentis hulcere ſeuiũt, vbiq; prime regionĩ trocheum dederit, at ea communis eſt ſpondeo, trocheo, ⁊ iãbo, vt ⁊ ſupra docuim⁹, ⁊ facile nobis aſtipulabit, q̃cũq; diligẽter Catullũ, Horatiũ, Senecã tragicũ, Terentianũ, ⁊ ex recẽtiorib⁹ Marullũ legerit. Ait autẽ Phia, multo peſtilẽtiora eſſe animi vitia Circes magicis incantationibus ⁊ veneficiis, quę corporibus tantũ, non etiam mentib⁹ nocuiſſe tradunt. Uitia vero teterrimam animis pniciẽ inferunt. Neritii ducis] Ulyſſis. Nerit⁹ (vt lib. x. docet Strabo) mõs ẽ frõdoſus in inſula Neritus,

Ithaca, quam tenuit Ulyſſes, qui dicitur inde dux Neritius Ouidius:

Neritus.

*Pro duce Neritio docti mala noſtra poetæ*
*Scribite, Neritio nam mala plura tuli.*

Circe.

Pelago] mari, per mare. Rates] naues Qua] in qua inſula. Dea] Circe. Hęc (vt Homerus ſcribit) filia fuit ſolis ex Perſe oceani filia, ſoror Oetę Colchorum regis. magicę ſapientię peritiſſima. Habitauit autem in Aea inſula editiori in loco, quem circum errabant & vrſi & leones, quos illa veneficiis cibo & potui immiſtis ex hominibus feras fecerat, tamen in homines non ſęuiebant, ſed veluti canes adulabantur. Illa ſocios Ulyſſis vertit in porcos, pręter Eurylochum, qui fraudem in ędificio eſſe ſuſpicatus, non intrauit. Legatur Homerus libro odyſſeę. x. Uergilius Aeneidos. vii. Ouidius. xiiii. metamorp. Diodorus vero Siculus libro quinto. Solis. e. f.] vel filia ſolis, vt ait Homerus, cui Maro ſubſcribit:

*Diues inaceſſos vbi ſolis filia lucos*
*Aſſiduo reſonat cantu.* et Ouidius:
*Venerat in ſyluas & filia ſolis eaſdem.*

vel (vt Diodoro placet) ex patre Solis neptis, ex matre Hecate proneptis eius. Carmine] incantatiõe. Uerg.

Carmen.

*Carminibus Circe ſocios mutauit Vlyſſi.*

Quos] hoſpites. Ut] poſtq̃. In varios mo] in diuerſas beluarũ formas. Uertit] mutauit. Herbipotẽs] herbis potens. Marmaricus] ab Africę regione, vbi plurimi ſunt leones. Dente creſcit & vnguibus.] maiores ſibi & dentes & vngues transformatus in leonem accepit. Superadditus] perperam legunt indocti, nuper additus. Ululat] prima extẽta poſitum, quam Maro contraxit:

*Ac formæ magnorum vlulare leonum.*

Tigris.

Tigris indica] Sic Iuuenalis ſatyra. xv.

*Indica tigris agit rabida cum tigride pacem.*

Pomponius Mela libro tertio. Syluę aliis quoq; dira animalia, verum & tigres ferunt vtiq; Hyrcanię ſęuum ferarum genus, & vſq; eo pernix, vt illis longe quoq; progreſſum equitem conſequi, nec tantum ſemel, ſed aliquoties etiam curſu vnde cœperit, ſubinde repetito, ſolitũ

& facile ſit. Cauſa ex eo eſt, quod vbi ille interceptos earum catulos citus cœpit auehere, & rabiem appropinquantium fruſtraturus, aſtu vnum de pluribus omittit, hę proiectum accipiũt, & ad cubilia ſua referũt, rurſumq́; & ſępius remeant, atq́; idem efficiunt, donec ad frequentiora, q̃ adire audeãt, profugus raptor euadat. Tigris (vt diuus Ambroſius libro hexameron ſexto refert) vbi vacuum raptę ſoboli cubile reperit, ilico veſtigiis raptoris inſiſtit. At ille q̃uis equo vectus fugaci, videns tamen velocitate poſſe pŭerti, nec euadendi vllum ſuppetere ſibi poſſe ſubſidium, technã huiuſmodi fraude molitur: vbi ſe contiguum viderit, ſphęrã de vitro proiicit. At illa imagine ſui ludit, & ſobolem putat, reuocat impetum, colligere fœtum deſiderans. Rurſus mani ſpecie retenta, totis ſe ad comprehendendum equitem viribus fundit, et iracundię ſtimulo velocior, fugienti imminet. Ille iterum ſphęrę obiectu ſequentem retardat. Nec tamẽ ſedulitatẽ matris memoria fraudis excludit. Caſſam verſat imaginem, & quaſi lactatura fœtus reſidet. Sic pietatis ſuę ſtudio decepta, & vindictam amittit & prolẽ. Mitis] nemini vim inferens. Sic ex Homeri ſententia Ouidius:

Mille lupi, miſtiq́; lupis vrſiq́; leæq́;
Occurſu fecere metum, ſed nulla timenda,
Nulla'que erat noſtro iactura in corpore vulnus,
Quin etiam blandas mouere per aera caudas,
Noſtra'que adulantes comitant ueſtigia.

Licet] q̃uis. Numen] potentia. Arcadis alitis.] Mercurii in Arcadię monte Cyllene geniti, qui fingitur a poetis alatus. Ducem] Vlyſſem. Soluerit] liberauerit. Peſte] pernicie, in ſuem transformatiõe. Hoſpitis] Circes. Mercurii enim tum conſilio, tum beneficio (vt refert Homerus) Vlyſſes ne in beluam transformaretur, ſeruatus eſt. Unde Ouidius Homerum imitatus,

Pacifer huic dederat florem Cyllenius album,
Moly uocant ſuperi, nigra radice tenetur
Tutus eo, monitis'que ſimul cæleſtibus intrat.

Ille domum Circes

Remiges] Ulyſſis ſocij. Mala] noxia, venefica, pnicioſa. Traxerant] biberant. Cerealia pabula] panes. Glande] porcorum pabulo. Uerterant] mutauerant. Uoce] loquela. Corpore] deeſt et. Nihil] ſubaudi preter mentem. Super] inſuper. Monſtra] transformationes. Uergilius:

Que ne monſtra pij paterentur talia manes.

Leuem] parum efficacem. Manū] potentiā. Licet] quãuis. Corda] animos. Hec venena] vitia. Potentius] efficacius ꝙ Circes venena. Sibi] ei ipſi. Acyrologia eſt metri gratia. Dira] peſtifera. Penitus] intra animū. Mentis vulnere.] quod profecto maxime ledit hominem. Diuus Ambroſius libro epiſtolarū quinto: Nullus enim maior eſt dolor, ꝙ is q peccati mucrone vulnerat conſcientiam: neqꝫ vllum grauius eſt onus, ꝙ peccatorum ſarcina ⁊ pondus flagitiorū. Deprimit animam, curuat vſqꝫ ad terram, ne ſe erigere poſſit. Grauia fili, grauia nimis delictorum pondera. Idē libro de officijs primo: Uides conuiuium peccatoris, interroga conſcientiam eius, Nonne grauius omnibus fœtet ſepulchris? Intueris letitiam eius, ⁊ ſalubritatem miraris corporis, filiorum atqꝫ opum abundantiam. Introſpice hulcera, ⁊ viuacis aīe eius, cordiſqꝫ mœſtitudinē. Rurſus officiorū tertio: Que enim pœna grauior, ꝙ interioris vulnus conſcientie? Lodouicus Bigus:

Breui damnoſa uoluptas
Nequitiæ tranſit, ſed uulnerat oſſa, medullas,
Mentem, animum'que ſimul. Idem:
Fallimur heu miſeri, non eſt extrinſecus ullum
Flagitium: in medio pectore regna tenet.
Vulnus hiat lœtale, tamen medicina paratur
Nulla, nec à nobis curritur ad medicum.
Ilia ſi doleant, terras peragramus & æquor,
Curam animi nullus deficientis habet.

Nos quoqꝫ olim iuuenes admodum, in elegijs moralibus ſic luſimus ſuper re minime ludicra:

Splendida magnifici cernis conuiuia regis,

Aſtantes pueros, aurea uaſa uides.
Illius mentem ſi forte uidere liceret,
Hulcera perſpiceres ſordidiora luto,
Innumeras peſtes, & plurima monſtra uideres,
Inferno longe plus fugienda cane.

Proſa quarta libri quarti.

TVm ego: Fateor inquã, nec iniuria dici uideo uitioſos, tametſi humani corporis ſpeciẽ ſeruent, in beluas tñ animorũ qualitate mutari. Sed quorum atrox ſcelerataq́ mens bonorum pernicie ſæuit, idipſum eis licere noluiſſet. P. Nec licet, inquit, uti conueniẽti monſtrabitur loco: ſed tamen ſi idipm quod eis licere creditur, auferatur, magnã ex parte ſceleratorum hominum pœna releuetur. Etenim quod incredibile cuiquam forte uideatur, infeliciores eſſe neceſſe eſt malos cũ cupita perfecerint, quàm ſi ea quę cupiunt, implere non poſſint. Nam ſi miſerum eſt uoluiſſe praua, potuiſſe miſerius eſt, ſine quo uoluntatis miſeræ langueret effectus. Itaq; cum ſua ſingulis miſeria ſit, triplici infortunio neceſſe eſt urgeantur, quos uideas ſcelus uelle & poſſe & perficere. B. Accedo inquam, ſed uti hoc infortunio cito careant, patrandi ſceleris poſſibilitate deſerti, uehementer exopto. P. Carebũt (inqt) ocyus, quàm uel tu forſitan uelis, uel illi ſeſe exiſtimẽt eẽ cariturοs.

Neq; em̄ eſt aliquid in tam breuibus uitæ me tis ita ſerum, quod expectare longū immor talis præſertim animus putet. Quorum ma- gna ſpes & excelſa facinorum machina, re- pentino atq; inſperato ſæpe fine deſtituitur. Quod quidem illis miſeriæ modum ſtatuit. Nam ſi nequitia miſeros facit, miſerior ſit ne- ceſſe eſt diuturnior ne.ꝗ. Quos infeliciſſimos eſſe iudicarem, ſi non eorum malitiam ſaltē mors extrema finiret. Etenim ſi de prauitatis infortunio uera concluſimus, infinitā liquet eſſe miſeriam, quam eſſe conſtat æternam. B. Tum ego, mira quidem (inquam) & conceſſu difficilis illatio: ſed his eam, quæ prius conceſ ſa ſunt, nimium conuenire cognoſco. P. Re- cte (inquit) exiſtimas: ſed qui concluſioni acci dere durum putat, æquum eſt uel falſum ali quid præceſſiſſe demonſtret, uel collationem propoſitionum non eſſe efficacem neceſſariæ concluſionis oſtēdat. Alioquin conceſſis præ cedentibus, nihil prorſus eſt, quod de illatiōe cauſetur. Nam hoc quoq; quod dicam, non minus mirū uideat, ſed ex his q̄ ſumpta ſunt, æque eſt neceſſarium. B. Quidnam inquā? P. Feliciores eſſe (inqt) improbos ſupplicia lu- entes, q̄ ſi eos nulla iuſtitiæ pœna coerceat. Neq; id nūc molior, q̄d cuiuis ueniat in mētē,

corrigi ultione prauos mores, & ad rectum ſupplicij terrore diduci, cæteris quoq; exemplum eſſe culpanda fugiendi. Sed alio quodã mõ infeliciores eſſe improbos arbitror impunitos, tametſi nulla ratio correctionis, nullus reſpectus habeatur exẽpli. B. Et qs erit (inq̃) præter hos alius modus? P. Et illa, bonos (inquit) eſſe felices, malos uero miſeros nõne cõceſſimus? B. Ita eſt inquã. P. Si igitur (inqt) miſeriæ cuiuſpiam bonum aliquod addat, nõne felicior eſt eo, cuius pura ac ſolitaria ſine cuiuſpiam boni admixtione miſeria eſt? B. Sic uidetur inquã. P. Quid ſi eidem miſero, qui cunctis careat bonis, præter ea quibus miſer eſt, malum aliud fuerit annexum, nonne multo infelicior eo cenſendus eſt, cuius infortunium boni participatiõe releuatur? B Quid ni inquã? P. Habent igitur improbi, cũ puniuntur, quidẽ boni aliquid annexũ, pœnã ipſam ſcilicet, quæ ratione iuſtitiæ bona eſt: ijdemq; cum ſupplicio carẽt, ineſt eis aliquid alterius mali ipſa impunitas, quã iniquitatis merito malum eſſe confeſſus es. B. Negare non poſſum. P. Multo igitur infeliciores improbi ſunt, iniuſta impunitate donati, quàm iuſta ultione puniti. Sed puniri improbos iuſtum, impunitos uero elabi, iniquum eſſe manife-

ſtum eſt. B. Quis id neget? P. Sed ne illud quidem (ait) quiſquam negabit, bonum eſſe omne, quod iuſtum eſt, contraq́; q̃d iuſtum eſt, malum liquet eſſe. B. Tum ego: Iſta quidem conſequentia ſunt, Sed quæſo (inquam) te, nulla ne animarum ſupplicia poſt defunctum morte corpus relinquis? P. Et magna quidem, inquit, quorum alia pœnali acerbitate, alia uero purgatoria clemẽtia exerceri puto. Sed nunc de his diſſerere conſilium non eſt. Id uero hactenus egimus, ut quæ indigniſſima tibi uidebatur malorum poteſtas, eã nullam eſſe cognoſceres: quosq́; impunitos querebare, uideres nunq̃ improbitatis ſuæ carere ſupplicijs. Licentiam, quã cito finiri precabaris, nec longam eſſe diſceres; infelicioremq́; fore, ſi diuturnior: feliciſſimam uero, ſi eſſet æterna. Poſt hæc miſeriores eſſe improbos iniuſta impunitate dimiſſos, quàm iuſta ultione punitos. Cui ſententiæ conſequens eſt, ut tum demum grauioribus ſupplicijs urgeantur, cum impuniti eſſe creduntur. B. Tum ego, cum tuas (inquam) rationes conſidero, nihil dici uerius puto. At ſi ad hominum reuertar iudicia, qs ille eſt, cui hæc non credenda modo, ſed ſaltem audienda uideantur? P. Ita eſt, inquit,

illa. Nequeunt enim oculos tenebris aſſuetos ad lucem perſpicuæ ueritatis attollere: ſimilesq; auibus ſunt, quarum intuitum nox illuminat, dies cæcat. Dum enim non rerum ordinem, ſed ſuos intuentur affectus, uel licentiam, uel impunitatem ſcelerum putant eſſe felicem. Vide autem, quid æterna lex ſanciat. Melioribus animum ſi confirmaueris, nihil opus eſt iudice præmium deferente, tu te ipſe excellentioribus addidiſti. Si ſtudium ad peiora deflexeris, extra ne quęſieris ultorem, tu te ipſe in deteriora detruſiſti: ueluti ſi uicibus ſordidam humum, cælumq; reſpicias, cunctis extra ceſſantibus, ipſa cernendi ratione nunc cœno, nunc ſideribus intereſſe uidearis. At uulgus iſta non reſpicit. Quid igitur? his ne accedamus, quos beluis ſimiles eſſe monſtrauimus? Quid ſi quis amiſſo penitus uiſu, ipſum etiam ſe habuiſſe obliuiſceretur intuitum, nihilque ſibi ad humanam perfectionem deeſſe arbitraretur, num uidentes eadē cæcos putaremus? Nonne illud quidem acquieſcent, quod æque ualidis rationum nititur firmamentis, infelicio res eſſe eos qui faciūt, q̄ qui patiant̄ iniuriā? B. Vellē (inq̄) has ipſas audire ratiōes. P. Oēm (inquit) improbum nō ſupplicio dignum ne

gas? B. Minime inquam. P. Infelices uero eſſe qui ſunt improbi, multipliciter liquet. B. Ita eſt inq̃. P. Qui igitur ſupplicio digni ſunt, miſeros eſſe num dubitas? B. Conuenit inq̃. P. Si igitur cognitor (ait) reſideres, cui ſupplicium inferendum putares, ei ne qui feciſſet, an qui pertuliſſet iniuriam? B. Nec ambigo (inq̃) quin perpeſſo ſatisfacerem dolore facientis. P. Miſerior igitur tibi iniuriæ illator, q̃ acceptor eſſe uideretur. B. Conſequitur inquã, P. Hac igitur, alijsq; de cauſis ea radice nitentibus (q turpitudo ſuapte natura miſeros faciat) apparet, illatam cuilibet iniuriam, nõ accipientis, ſed inferẽtis eſſe miſeriam. Atqui nunc (ait) contra faciunt oratores. Pro his enĩ qui graue quid, acerbumq; perpeſſi ſunt, miſerationem iudicum excitare conantur: cum magis admittentibus iuſtior miſeratio debeatur, q̃s non ab iratis, ſed à propicijs potius, miſerantibusq; accuſatoribus ad iudicium, ueluti ęgros ad medicum duci oporteat, ut culpæ morbos ſupplicio reſecarent: quo pacto defenſorum opera uel tota frigeret: uel ſi prodeſſe hominibus mallet, in accu ationsha bitum uerteretur. Ipſi quoq; improbi ſi eis aliq̃ rimula uirtutẽ relictã fas eſſet aſpicere, uitiorũq; ſordes pœnarũ cruciatus ſe depoſituros

uiderent, compenſatione adipiſcendæ probitatis, nec hos cruciatus eſſe dicerent, defenſorumq́ operam repudiarent, ac ſe totos accuſatoribus iudicibusq́ permitterent. Quo fit, ut apud ſapientes nullus prorſus odio locus relinquat. Nam bonos quis niſi ſtultiſſimus oderit: malos uero odiſſe, ratione caret. Nā ſicuti corporum languor, ita uitioſitas quidā eſt quaſi morbus animoꝝ. Cum ægros corpore minime dignos odio, ſed potius miſeratione iudicemus, multo magis non inſequendi, ſed miſerandi ſunt, quorum mentes omni languore atrocior urget improbitas.

Hac proſa primum quidem fatetur Seuerinus vitioſos, tametſi ſpeciem humani corporis retineāt, animorum tamen qualitate in beluas tranſformari. Uerum id ſibi mirabile cum primis, indignumq́ videri ait, in tantam vilitatem abiectos in bonorum perniciem graſſari poſſe, & male concupita perpetrare. Cui veriſſimis rationibus occurrens Philoſophia duo diſſerit a vulgari quidē opinione longe aliena, nec tamē minus vera. Quorū alterū eſt. multo miſeriores improbos fieri, quū libidini ſuę fecerūt ſatis, q̄ cū perperā appetita exequi nequerint. Alterum vero, minus miſeros eſſe malos, facinorum ſuorū pœnas expendētes: tametſi nulla correctionis ratio. nullus exempli reſpectus habeatur, q̄ ſi eos impune ad tempus elabentes nulla iuſtitię pœna coerceat. Conuenienti loco] in huius libri proſa ſexta. Multo igitur infeli.] Socrates apud Platonem in Gorgia: Secūdum vero ſentētiam meam o Pole, qui iniuriatur, iniuſtueq́ eſt, omnino eſt ante alios miſer: miſerior autem, ſi iniuriarū pœnas nunq̄ luat: minus vero miſer, ſi luat, ſuppliciūq́ iuſſum apud deos hominesq́ reportet. Diuus Auguſtinus libro de ciuitate dei 12. capite 3. Et cum in pœnis eſt

natura vitioſa, excepto eo quod natura eſt, etiã bo
bonum eſt, quod impunita non eſt. hoc enim eſt iuſti
omne iuſtum, proculdubio bonum.

## ¶Metrum IIII. libri quarti.

QVid tantos iuuat excitare motus,
  Et propria fatum ſolicitare man
Si mortem petitis, propinquat ipſa
  Sponte ſua, uolucres nec remoraƭ equ
Quos ſerpens, leo, tigris, urſus, aper
  Dente petunt, ijdem ſe tamen enſe pe
An, diſtant quia diſſidentq; mores,
  Iniuſtas acies, & fera bella mouent,
Alternisq; uolunt perire telis?
  Non eſt iuſta ſatis ſæuitiæ ratio.
Vis aptam meritis uicem referre?
  Dilige iure bonos, & miſereſce malis.

Carmen eſt dicolon diſtrophon altero verſu hende
labo cõſtans, altero elegiaco pentametro. Execra
Philoſophia mores hominum efferatos, qui cum
mis periculis ſint obnoxij, nihilo ſecius inuicẽ bell
rendis mortem properant, & mutua ſtrage deſęuin
boni iure ſint diligendi, mali vero magis miſerãdi.
ſequendi. Fatum] mortem. Enſe] gladio. Le
elegia Tibulli, cuius initium.

Quis fuit horrendos primus qui protulit enſes?

Miſereſce] miſerere. Miſereſco deductũ eſt a mi
quod apud veteres fuit perſonale verbum. Enn
bro annalium quinto:

Cogebant hoſteis lachrymantes, vt miſererent.

## Proſa V. libri quarti.

HInc ego, Video (inquam) quæ ſit uel felicitas, uel miſeria in ipſis proborum atque improborum meritis conſtituta. Sed in hac ipſa fortuna populari, nonnihil boni malive ineſſe perpendo. Neque enim ſapientium quiſpiam exul, inops, ignominioſusque eſſe malit potius quàm pollens opibus, honore uerendus, potentia ualidus, in ſua permanẽs urbe florere. Sic enim clarius teſtatiusque ſapiẽtiæ tractatur officium, cum in contingentes populos regentium quodã modo beatitudo tranſfunditur, cum preſertim carcer, lex, cæteraque legalium tormenta pœnarum pernicioſis potius ciuibus (propter quos etiam conſtituta ſunt) debeãtur. Cur hæc igitur uerſa uice mutentur, ſcelerumque ſupplicia bonos premant, premia uirtutum mali rapiant, uehementer admiror, quæque tam iniuſtæ cõfuſionis ratio uideatur, ex te ſcire deſidero. Minus etenim mirarer, ſi miſceri omnia fortuitis caſibus crederem. Nunc ſtuporem meũ deus rector exaggerat, qui cũ ſæpe bonis iucunda, malis aſpera, contraque bonis dura tribuat, malis optata concedat: niſi cauſa deprehẽdatur, quid eſt quod à fortuitis caſibus differre uideatur? P. Nec mirum, inquit, ſi quid ordinis ignorata rationis

temerarium confuſumq́ credat. Sed tu quã-uis cauſam tantæ diſpoſitionis ignores, tamẽ quoniam bonus mundum rector temperat, recte fieri cuncta ne dubites.

Hactenus diſſeruit malos om̃es miſeros eſſe, ⁊ animorum qualitate degenerare in beluas, bonos autem beatos, ⁊ deos euadere. Uerum his Seuerinus nondũ om̃i ex parte conſolatus, priſtinę ſuę dignitatis memor, ⁊ exilium, acceptamq́ contumeliam etiam num ęgre ferens (quanquam ante probatum eſt fortunę bona non eſſe vera) neminem tamen vel ſapientum viuere dicit, qui non fortunę bona calamitatibus ⁊ ſupplicijs anteponat, quę paſſim ab improbiſſimo quoq́ virtute prędıtis infligi lamentatur, vt vincula, vt carceris ſqualores, vt verbera, quę ex legum prędſcripto pernicioſis conſtituta ſunt. At hi impune euadunt, inſontes autem plectuntur. Cuius cauſam confuſionis admirabundus ex Philoſophia Boethius ſciſcitatur.

¶Metrum quintum libri .IIII.

Si quis Arcturi ſidera neſcit  
Propinqua ſummo cardine labi,  
Cur legat tardus plauſtra bootes,  
Mergatq́ ſeras æquore flammas,  
Cum nimis celeres explicet ortus,  
Legem ſtupebit ætheris alti.  
Palleant plenæ cornua lunæ,  
Infecta metis noctis opacæ,  
Quæq́ fulgenti texerat ore  
Confuſa Phœbe, detegat aſtra.  
Commouet gentes publicus error,  
Laſſantq́ crebris pulſibus æra.

Nemo miratur flamina cori
  Littus furenti tundere fluctu,
Nec niuis duram frigore molem
  Feruente Phœbi ſoluier æſtu?
Hic enim cauſas cernere promptum eſt,
  Illic latentes pectora turbant.
Cuncta quæ rara prouehit ætas,
  Stupetq́ ſubitis mobile uulgus.
Cedat inſcitiæ nubilus error,
  Ceſſent profecto mira uideri.

Exemplis colligit e cauſarum ignoratione admirationē oriri, qbus acceptis & penitus cognitis, hęc e medio tollitur, ſucceditq́ ſciētia. Carmen dicolon eſt diſtrophon. tametſi Nicolaus Perottus vir alioqui doctiſſimus, pa Nicolai Pe
rum perpenſa verſuum ratione, tradiderit hoc carmē eſſe rotti erra
dactylicū alcmaniū tetrametrum hypercatalectū, cuiuſ tum
modi eſt illud primi libri:

Heu quàm præcipiti merſa profundo.

Ab eo nanq́ differt hoc (quātum ad primum verſum pertinet) quod hic in prima regione ſemper trocheus, ibi nō trocheus, ſed ſpondeus vel dactylus eſt. Primus igitur huius carminis verſus, miſtus videt ex ſapphico & Alcmanio, conſtans primo trocheo, ſecundo ſpondeo vel dactylo, ac ſpondeo ſeu trocheo. Secundus autem verſus alcaicus eſt tetrameter, iambicus, conſtans pentemimeri iambica, dactylo & ſpondeo, differens ab illo Horatiū tantū poſtremo pede:

Vides vt alta ſtet niue candidum.

nam illuc dactylus eſt hic, ſpōdeus tēporibus ei reſidens. Quid ſi dixerimus & ſecundū verſum cōpoſitū ex alcaico dimidiato, & dimidiato Alcmanio? Sed hęc nemini miranda videantur, ſi Seuerinus noſter art' muſice longe doctiſſimus, ſuo iure verſib' nouis vtatur, q̄ apud alios latinos poetas minime inueniant: cū eum cōſtet tēporū proportiones diligenter obſeruaſſe, & ex arte muſica modulatos hos verſus ſane q̄dulciter ceciniſſe. Cardine]

cardini. Antiptoſis eſt. caſus enim pro caſu ponit. Sic Uergilius:

Et magno ſe corpore miſcet.

Arctophy lax pro corpori. Legat] pretereat. Bootes] arctophy-
Bootes lax. Bootes oritur tertio idus februarias, vt docet Ouidius in faſtis. Arctophylax autem interpretatur vrſi cuſtos. Idem etiam appellatur bootes. Manlius:

A tergo nitet arctophylax, idemq́ʒ bootes.

Et Cicero de natura deorum Arati verſum ita refert:

Arctophylax vulgo qui dicitur eſſe bootes:

Quod quaſi temone adiunctā pre ſe quatit arcton.

Arcturus Dicitur etiam arcturus, vt docet Lactantius grammaticus. Seruius tamen ſcribit arcturum proprie eſſe ſtellam in ſigno boote. cuius ortus & occaſus tēpeſtates grauiſſimas facit. Bootes autem non oritur, aut occidit, vt alia ſigna. Sed cū plauſtro proximus ſit, quod vertitur circa cardinē, in ipſa vertigine videtur occidere: & quum ſe eleuat, oriri. Huius manum ſiniſtram (autore Higino) circulus arcticus includit, vt neq; occidere, neq; oriri videatur. Ipſe enim poſitus ab arctico circulo ad eſtiuum definitur, inclinatus in longitudinem dextro pede, eſtiuo circulo nixus. Huius humeros & pectus a reliquo corpore diuidit circulus, qui per vtroſq; polos trāſiens tangit arietē & chelas. Hic quidem cū tauro, geminis, & cācro, & leone occidit. Ideo ſero occidere dicitur, quod magis erectus a pedibus peruenit ad terram. At exoriens citius, q̄ chelę videtur. Unde a poetis modo tardus, modo piger appellat̄. Huius enim occaſus quatuor ſignorū zodiaci tempus abſumit, vt diximus. Palleant] deeſt ſi vel cur. Palleant] obſcurentur deliquio. Infecta] obſcurata. Metis] obiectu. Noctis opace] terrę obſcurantis. Deliquium enim lunę fit ex interpoſitione terrę inter ſolem & lunam. Queq;] & quę. Fulgenti ore] clara facie. Texerat] occuluerat, condiderat, offuſcauerat. Natura eī fert, vt maius lumen offuſcet minora. Confuſa] defectione laborās. Detegat] ſplendere permittat. Laſſantq; crebris p. ęra] Nam vt ſcribit plinius libro ſecundo, capite duodecimo: Uiri ingentes, inter quos fuit Steſichorus, & Pindarus, crediderūt lunā eclipſim, & quaſi mortē pati ex cantationibus. vnde ne id luna pateret, diſſono crepitu ſuccurrebant. Hinc de

clamoſa muliere ſatyra ſexta Juuenalis:

Iam nemo tubas atq; æra fatiget:
Vna laboranti poterit ſuccurrere lunæ.

Autore Plutarcho. Aganice Agetoris Theſſali filia, qđ pleniluniorum defectuum eſſet gnara, tēpusq; prænoſceret quo lunam ab vmbra terræ intercipi cōtingeret, mentem mulierum exturbabat, illisq; ſe lunā deducere perſuadebat. Cori] venti. Frementi] grauiter reſonanti. Tundere] pcutere. Soluier] ſolui, liquefieri. Latentes] ſubaudiendum cauſæ. Inſcitiæ] ignorantiæ. Et animaduertendum in verſus ſcanſione per ſyneresim ex tetraſyllaba triſyllabam factam dictionē, ita vt i poſterior ſit conſonans, vt apud Senecam tragicum in ſapphico:

Cuncta diuitias metuit q; caſus.

## ¶Proſa ſexta libri quarti.

ITa eſt inquam. Sed cum tui muneris ſit latentium rerum cauſas euoluere, uelatasq; caligine explicare rationes: quæſo uti hinc decernas, & quoniam hoc me miraculum maxime perturbat, ediſſeras. P. Tum illa pauliſper arridēs, ad rem me omnium (inquit) quæſitu maximam uocas, cui uix exhauſti quicquam ſatis eſt. Talis nanq; materia eſt, ut una dubitatione ſucciſa, innumerabiles aliæ (uelut hydræ capita) ſuccreſcant, nec ullus fuerit modus, niſi quis eas uiuaciſſimo mentis igne coerceat. In hac enim de prouidentiæ ſimplicitate, de fati ſerie, de repētinis caſibus, de cognitione ac prædeſtinatione diuina, de arbitrij libertate q̃ri ſolet. Quę quanti oneris ſint, ipſe perpēdis. Sed quoniā hæc quoq; te noſſe,

quædam medicinæ tuæ portio eſt, quanq̃ an-guſto limite tẽporis ſepti, tamen aliquid deli berare conabimur. Quod ſi te muſici carmi-nis oblectamẽta delectãt, hãc pauliſper opor tet differas uoluptatem, dum nexas ſibi ordi ne contexo rationes. B. Vt libet inq̃. P. Tum uelut ab alio orſa principio, ita diſſeruit: Oĩm generatio rerũ, cunctusq; mutabiliũ naturarũ progreſſus, & quicquid aliquo mouetur mo do, cauſas, ordinem, formas, ex diuinæ men-tis ſtabilitate ſortitur. Hæc in ſuæ ſimplicita-tis arce poſita, multiplicem rebus gerendis modum ſtatuit: qui modus cum in ipſa diui-næ intelligentiæ puritate conſpicitur, proui-dentiã nominatur: cum uero ad ea, quæ mo-uet atq; diſponit refertur, fatum à ueteribus appellatum eſt. Quæ diuerſa eſſe facile lique-bit, ſi quis utriuſq; uim mẽte cõſpexerit. Nã prouidentia eſt ipſa illa diuina ratio in ſum-mo omnium principe conſtituta, quæ cuncta diſponit. Fatum uero inhęrens rebus mobili-bus diſpoſitio, per quam prouidẽtia ſuis q̃q; nectit ordinibus. Prouidẽtia nãq; cũcta pari-ter, q̃uis diuerſa, q̃uis infinita, cõplectit. Fatũ uero ſingula digerit in motũ, locis, formis, ac temporibus diſtributa: ut hæc tẽporalis ordi nis explicatio, in diuinę mentis adunata pro-

ſpectu, prouidentia ſit: eadem uero adunatio digeſta atq; explicata temporibus, fatum uocetur. Quæ licet diuerſa ſint, alterum tamen pendet ex altero. Ordo nanq; fatalis ex prouidentiæ ſimplicitate procedit. Sicut enim artifex faciendæ rei formam mente percipiens, mouet operis effectũ, & quod ſimpliciter præſentarieq; proſpexerat, per temporales ordines ducit: ita deus prouidentia quidem ſingulariter ſtabiliterq; faciẽda diſponit, fato uero hæc ipſa, quæ diſponit, multipliciter ac tẽporaliter adminiſtrat. Siue igitur famulantibus quibuſdam prouidẽtię diuinis ſpiritibus fatũ exercetur, ſeu anima, ſeu tota ſeruiente natura, ſeu cæleſtibus ſiderum motibus, ſeu angelica uirtute, ſeu dæmonum uaria ſolertia, ſeu aliquibus horum, ſeu oĩbus fatalis ſeries texitur: illud certe manifeſtum eſt, immobilem ſimplicemq; gerẽdarum formam rerum eſſe prouidentiam: fatum uero eorum (quæ diuina ſimplicitas gerenda eſſe diſpoſuit) mobilẽ nexum atq; ordinẽ temporalem. Quo fit, ut omnia quæ fato ſubſunt, prouidentiæ quoq; ſubiecta ſint, cui ipſum etiam ſubiacet fatum. Quædã uero quę ſub prouidẽtia locata ſunt, fati ſeriem ſuperãt. Ea uero ſunt, quæ primæ propinqua diuinitati ſtabiliter fixa, fatalis or

dinem mobilitatis excedunt. Nam ut orbiũ circa eundem cardinem ſeſe uertentium qui eſt intimus,ad ſimplicitatem medietatis accedit,cæterorumq́ extra locatorum ueluti cardo quidam,circa quem uerſentur,exiſtit: extimus uero maiorem ambitu rotatus,quãto à puncti media indiuiduitate diſcedit, tanto amplioribus ſpatijs explicatur : ſi quid uero illi ſe medio connectat & ſociet, in ſimplicitatem cogitur,diffunditq́ ac diffluere ceſſat. Simili ratione,quod longius à prima mẽte diſcedit,maioribus fati nexibus implicatur. Ac tanto aliquid fato liberũ eſt,quanto illũ rerũ cardinẽ uicinius petit. Quod ſi ſupernæ mentis hæſerit firmitati motu carens, fati quoq; ſupergredit̃ neceſſitatem. Igitur uti eſt ad intellectũ ratiocinatio, ad id quod eſt, id quod gignitur,ad æternitatem tempus, ad punctũ medium circulus:ita eſt fati ſeries mobilis ad prouidẽtiæ ſtabilem ſimplicitatem. Ea ſeries cælum ac ſidera mouet, elementa in ſeinuicẽ temperat, & alterna commutatione transformat. Eadem naſcentia,occidentiaq́ oĩa per ſimiles fœtuum ſeminumq́ renouat progreſſus. Hæc actus etiã, fortunasq́ hoĩm indiſſolubili cauſarum connexione conſtringit: quæ cum ab immobilis prouidentiæ proficiſcan-

tur exordiis, ipſas quoque immutabiles neceſſe eſt eſſe. Ita enim res optime geruntur, ſi manens in diuina mente ſimplicitas, indeclinabilem cauſarum ordinem promat: hic uero ordo res mutabiles, & alioquin temere fluituras, propria incommutabilitate coerceat. Quo fit, ut tametſi uobis hunc ordinem minime conſiderare ualentibus, confuſa omnia perturbataque uideantur, nihilominus tamen ſuus modus ad bonum dirigẽs cuncta diſponat. Nihil eſt enim quod mali cauſa ne ab ipſis quidem improbis fiat, quos (ut huberrime demõſtratum eſt) bonum quærentes prauus error auertit, ne dũ ordo de ſummi boni cardine proficiſcens, à ſuo quenque deflectat exordio. Quæ uero (inquies) poteſt ulla iniquior eſſe cõfuſio, quàm ut bonis tum aduerſa tum proſpera, malis etiam tum optata tum odioſa contingant? Num igitur ea mentis integritate homines degunt, ut quos probos improbosve cenſuerint, eos quoque (uti exiſtimant) eſſe neceſſe ſit? Atqui in hoc hominum iudicia depugnant, & quos alii præmio, alii ſupplicio dignos arbitrantur. Sed concedamus, ut aliquis poſſit bonos malosve diſcernere. Num igitur poterit intueri illã intimam temperiem (uelut in corporibus dici ſolet) animorum?

Non enim diſſimile eſt miraculum neſcienti, cur ſanis corporibus, his quidem dulcia, illis uero amara coueniant: cur ægri etiam quidã lenibus, quidam uero acribus adiuuant. At hoc medicus, qui ſanitatis ipſius atq; ægritudinis modum temperamentumq́; dignoſcit, minime miratur. Quid uero animorum aliud ſalus uidetur eſſe, q̃ probitas? Quid ægritudo, q̃ uitia? Quis enim alius uel ſeruator bonorum uel malorum depulſor, q̃ rector ac medicator mentium deus? Qui cũ ex alta prouidentiæ ſpecula reſpexerit, quid unicuiq; coueniat agnoſcit, & quod conuenire nouit, accõmodat. Hinc iam fit illud fatalis ordinis inſigne miraculum, cum à ſciente geritur, quod ſtupeant ignorantes. Nam ut pauca (quæ ualet ratio humana) de diuina profunditate pſtringam, de hoc quem tu iuſtiſſimum, & æqui ſeruantiſſimum putas, omnia ſcienti prouidentiæ diuerſum uidetur. Et uictricem quidem cauſam dijs, uictam uero Catoni placuiſſe familiaris noſter Lucanus admonuit. Hic igitur quicquid citra ſpem uideas geri, rebus quidem rectus ordo eſt, opinioni uero tuæ peruerſa confuſio. Sed ſit aliquis ita bene moratus, ut de eo diuinum iudicium pariter humanumq́; conſentiat: ſed eſt animi uiribus in-

firmus,cui ſi quid eueniat aduerſi,deſinet co lere forſitan innocentiam, per quam non potuit retinere fortunam.Parcit itaq; ſapiẽs diſpenſatio ei ,quem deteriorem facere poſſit aduerſitas: ne cui non conuenit laborare,patiatur. Eſt alius cunctis uirtutibus abſolutus, ſanctusq; ac deo proximus , hũc cõtingi quibuſlibet aduerſis nefas prouidentia iudicat, adeo ut ne corporeis quidem morbis agitari ſinat . Nam ut quidam me quoque excellentior ait,

ἀνδρὸς ἱεροῦ σῶμα δυνάμεις οἰκοδομοῦσιν

Fit autem ſæpe uti bonis ſumma rerum regenda deferatur , ut exhuberans retundatur improbitas. Alijs mixta quędã pro animorũ qualitate diſtribuit: Quoſdam remordet,ne longa felicitate luxurient : alios duris agitari ſinit,ut uirtutes animi patiẽtiæ uſu atq; exercitatione confirment. Alij plus æquo metuunt,quod ferre poſſunt:alij plus æquo deſpiciunt,quod ferre non poſſunt.Hos in experimentum ſui triſtibus ducit . Nonnulli uenerandum ſeculi nomen, glorioſæ precio mortis emerũt : quidam ſupplicijs inexpugnabiles exẽplum cæteris prætulerunt,inuictã malis eſſe uirtutem. Quæ q̃ recte atq; diſpoſite, & ex eorũ bono(quibus accidere uident)fiãt,

nulla dubitatio eſt. Nam illud quoq;, quod improbis nunc triſtia, nunc optata proueniunt, ex eiſdem ducitur cauſis: ac de triſtibus quidem nemo miratur, q eos male meritos oēs exiſtimāt: quorū quidem ſupplicia cū cæteros ab ſceleribus deterrent, tū ipſos quibus inuehuntur, emendant. Læta uero magnum bonis argumentū loquuntur, quid de hmōi felicitate debeant iudicare, quā famulari ſępe improbis cernant. In qua re illud etiā diſpenſari credo, q forſitan alicuius tā præceps atq; importuna natura eſt, ut eū in ſcelera potius exacerbare poſſit rei familiaris inopia: huius morbo prouidentia collatæ pecuniæ remedio medetur. Hic fœdatam probris conſcientiam ſpectans, & ſecum fortunam ſuam comparās, forſitan pertimeſcit, ne rei cuius iucundus uſus eſt, ſit triſtis amiſſio. Mutabit igitur mores, ac dum fortunā metuit amittere, nequitiam derelinquit. Alios in cladem meritā præcipitauit indigne acta felicitas. Quibuſdā permiſſum puniendi ius, ut exercitij bonis, & malis eſſet cauſa ſupplicij. Nam ut probis atq; improbis nullum fœdus eſt, ita ipſi inter ſe improbi nequeunt cōuenire. Quid ni, cum à ſemetipſis diſcerpentibus conſcientiam uitijs quique diſſentiant, faciantq; ſæpe, quæ

cum geſſerint, non fuiſſe gerēda diſcernant? Ex quo ſæpe ſumma illa prouidentia protulit inſigne miraculum, ut malos mali bonos facerent. Nam dum iniqua ſibi à peſſimis quidam perpeti uidentur, noxiorum odio flagrantes, ad uirtutis frugem rediere: dum ſe eis diſſimiles ſtudent eſſe, quos oderant. Sola eſt enim diuina uis, cui mala quoque bona ſunt: cùm eis competenter utendo, alicuius boni elicit effectum. Ordo enim quidam cuncta complectitur, ut quod ab aſſignata ordinis ratione diſceſſerit, hoc idem, licet in aliū tamen ordinem relabatur, ne quid in regno prouidentiæ liceat temeritati,

ἀργαλέον δέ με ταῦτα θεὸν ὡς πάντ᾽ ἀγορεύειν.

Neq; enim fas eſt homini cunctas diuini operis machinas, uel ingenio comprehendere, uel explicare ſermone. Hoc tantum proſpexiſſe ſufficiat, quod naturarum omnium proditor deus idem ad bonum dirigens cuncta diſponat: dumq; ea quæ protulit, in ſui ſimilitudine retinere feſtinat, malum omne de reipublicæ ſuæ terminis per fatalis ſeriem neceſſitatis eliminat. Quo fit, ut quæ in terris abundare credūtur: ſi diſponentē prouidētiam ſpectes, nihil uſquā mali eſſe perpēdas.

Sed uideo iam dudum te & pondere quæſtionis oneratum, & rationis prolixitate fatigatum, aliquam carminis expectare dulcedinẽ. Accipe igitur hauſtum, quo refectus, firmior in ulteriora contendas.

Hydra Excetra

Hac proſa Philoſophia cauſas eorum reddit, quę ſupra Boethius attigit, ſibiq; ſupra modum miranda uideri dixit, niſi ratio deprehẽdatur. Ait autem hęc om̃ia a diuinę intelligentię prouidentia, ſeu fato progreſſus ſuos ſortiri, & quid inter dei prouidentiã, ac fatum interſit, docet. Tui muneris] officij tui. Euoluere] excutere. Uelatas] obductas. Caligine] tenebris ignorantię. Quęſo] rogo. Petit ſibi cauſas explicari eorum, quorum admiratione tenetur. Exhauſti] exhauſtionis. Hydrę] Latine dicitur excetra, quam Simonides nonaginta capita habuiſſe canit, Alcęus quinquaginta, ex quibus ſi quod amputaretur, duo renaſcebantur. Hanc Hercules adiutus ab Iolao ſuperauit, qui reciſum continuo caput ſubiectis flãmis inurebat Herculis iuſſu, vt eſt apud Heſiodum. De hac meminit Ouid: ana Deianira:

Quæq; redundabat fœcundo uulnere ſerpens
Fertilis, & damnis diues ab ipſa ſuis.

Seneca tragicus:

Quid ſæua lernæ monſtra numeroſum malum,
Non igne demum vicit, & docuit mori?

Quidam ſcribunt hydram in lerna Arginorum palude extitiſſe aquas euomentem, quę vaſtabãt vicinas ciuitates, in qua vno meatu clauſo, multi erũpebãt. Quod Hercules videns, loca ipſa exuſſit, & ſic aquę meatus clauſit. Socrates in Euthydemo Platonico: Hercule quidem multo ſum imbecillior, qui pugnare ſimul non valuit aduerſus hydram ſophiſticam, cui propter ſapiẽtiam pro vno ſermonis capite amputato, multa repullulabant: ac etiam aduerſus cancrum ſophiſtam quẽdam ex mari

aduentantem, & nuper (vt arbitror) aduectum naui, a q̃ cum Hercules ad ſiniſtram angeretur, verbiſq; acriter morderet, nepotẽ ſui Iolai auxiliũ implorauit, q ſummopere illi ſuccurrit. Mentis igne] intellectus vigore. In hac] materia. De pro. ſimpli.] Quinq; quæſtiones recenſet, easq; obſcuriſſimas, & nunq̃ ſatis explicatas, ad propoſitam materiã ptinentes. Sed quoniam hęc quoq;] Promittit Philoſophia ſe explicaturam rei petitę cauſas. Septi] circũdati tu & ego. Omnium generatio rerum] Acutiſſima pariter & iucundiſſima differtatio de diuina ꝓuidentia & fato. Stabilitate] conſtãtia, immutabilitate. Sortitur] nanciſcitur. Hęc] diuina mens. In arce] ſummitate. Gerendis] adminiſtrandis. efficiendis. Statuit] pręſcribit. Puritate] ſimplicitate. Conſpicitur] conſideratur. Quę] prouidẽtiã & fatum. Nam prouidẽtia] Deſcribit prius prouidentiam, deinde & fatum. Fatum vero inhęrẽs] Ex Chryſippi Stoici ſententia, Fatum eſt ſempiterna quędam & indeclinabilis ſeries rerum, & catena voluẽs ſemetipſa ſeſe, & implicans p ęternos conſequentię ordines, ex quibus apta connexaq; eſt. De fato qui plura noſſe cupit, legat M Tullium, & Marſilium Ficinum Platonicum. Landinum in ſexto Aeneidos cõmentario, Gellium libro ſexto, & Euſebiũ lib. 6. de pręparatione euãgelica. Prouidentia nanq;] Oſtendit, quid interſit inter prouidentiam & fatũ. Quę l. d. f. a. t. p. e. a.] Docet quo participent ea, quę modo diuerſa eſſe cẽſebat. Quędam vero] Ait quędam tametſi diuinę prouidẽtię ſubiecta ſint, fatalem tamen ſeriem ſuperare. Nam vt orbium] Pulcherrima orbium ſimilitudine docet alia maioribus fati nexibus implicari, alia minoribus, nonnulla vero fatalẽ ſupergredi neceſſitatem. Extimus] extremus orbis. Illi] puncto. Cogitur] conſtringitur. Tãto] ſubaudi, magis. Igitur vti] Graphica comparatio. Quemadmodum (inq̃t) ratiocinatio eſt ad intellectũ, & id quod gignit, ad id quod eſt, & tempus ad ęternitatem, & circulꝰ ad punctum medium, ita mobilis fati ſeries eſt ad ſtabilem & immobilem prouidentię ſimplicitatẽ. Ea ſeries] Quatenus fati vis ſe explicet oſtendit. Indeclinabile] ineuitabilem. Fluituras] fluctuaturas. Quo fit] Pulcherrima concluſio, & philoſophia ſane q̃ digna. Quę vero inquies] Occurrit tacitę obiectioni, quam Boethiũ Fatum.

verbis ſubiicit. & oſtendit longe aliter deum atque mortales iudicare, deique iudicia eſſe abyſſum multam, & ſenſibus noſtris cogitationibusque inacceſſam. Num] nunquid. Degunt] viuunt. Cenſuerint] exiſtimauerint. Uti] quemadmodum. Temperiem] temperatam conſtitutionem. Num enim diſſimile] Pulcherrimã adfert comparationem. Aſciente] deo. Ignorantes] homines. Perſtringam] colligam, & breuiter complectar. Aequi] equitatis, imitatione Maronis. Lucanus] M. Anneus Lucanus natione Hiſpanus, patria Corduběſis fuit. Scripſit opus de bello Ceſaris & Pompeii, cui titulus Pharſalia, Saturnalia, Syluarum libros decem Tragoediam Medeam, quam non abſoluit, de incẽdio vrbis, de incendio Troię cũ Priami calamitate. Orpheum, fabulas complures & epiſtolas. Ex libris Pharſalię tres primos emendauit cum vxore Argẽtaria, reliquos imperfectos, atque inemendatos reliquit propter intempeſtiuum interitum a Nerone imperatum. Uerſus eius ſunt in libro Pharſalię primo:

Lucanus.

Nec quicquam iam ferre poteſt, Cęſarve priorem,
Pompeiusve parem. quis iuſtius induat arma,
Scire nefas, magno ſe iudice quiſque tuetur,
Victrix cauſa deis placuit, ſed victa Catoni.

M. Tullius in oratione pro Quinto Ligario: Cauſa tamen dubia, quod erat aliquid in vtraque parte, quod probari poſſet. Nunc melior certe iudicanda eſt, quam etiã dii adiuuerunt. Familiaris noſter] Ueri enim poetę de philoſophię familia ſunt. Unde ait Horatius:

Scribendi recte ſapere eſt & principium & fons.

Citra ſpem] preter ſpem & expectationem tuam. Sed ſit aliquis] Oſtẽdit varias & diuerſas diuinę diſpenſationis rationes. Quidã. m q ex.] theologus grecus, eoque philoſophia preſtantior. Nam quod aiunt indocti, excellẽtior me, id eſt, ꝑ me, plane ridiculum eſt. Subiecit autẽ grecum theologi, quẽ non dubito inter chriſtianos preſtantem fuiſſe, verſum:

ἀνδρὸς ἱεροῦ σῶμα δυνάμεις οἰκοδομοῦσι.

In quo animaduertendum, in dictione ἱεροῦ produci ob liquidam ſequentem, vt apud Homerũ & Perſium μέγα prima ſyllaba legitur extenta, tametſi quidam mutent

ſin κ, legentes ἱκρου̃. Latine ſic ſonat ad verbum facta interpꝛetatio. Uiri ſacri coꝛpus virtutes ędificauere, Uerſus autem hunc in modum reddi poteſt:

Sacri hominis corpus virtutes ædificarunt.

Miſta] partim proſpera, partim diuerſa. Ne lõ.f.lu.] Nam vt ait Ouidius,

Luxuriant animi rebus plerunqꝫ ſecundis,
Nec facile eſt ęqua commoda mente pati.

Alios d.agitari f.] Baptiſta Mantuanus libꝛo ſyluarũ ſecundo:

Rebus aduerſis agitata virtus
Creſcit, & robur cruciata longo
Sumit attritu, meliusqꝫ terſo
Candic at ore.
Ocium clari fugiunt honores,
Nobiles ducit labor ad triumphos.
Sudor inſignes iter ad coronas
Monſtrat apertum.

Triſtibꝰ] aduerſis. Pꝛobꝛis] vitiis. Exercitii] ſubandi cauſa. Nam vt pꝛobis atqꝫ impꝛobis] Pulchꝛe ait impꝛobos nõ ſolũ a pꝛobis diſcoꝛdare, ſed inter ſe quoqꝫ nullã habere conueniẽtiã: at cũ ſemetipſis diſcoꝛdare, vitiis conſcientiam diſcerpentibus.

ἀργαλέον δ' ἐμὲ ταῦτα θεῶν ὡς πάντ' ἀγορεύειν.

Gręcus verſus heroicus eſt (ni falloꝛ) Homeri, qui ad verbum interpꝛetatus ſic ſonat: Difficile autem eſt me ſermone explicare, quemadmodum deus omnia regat, et ſua pꝛouidentia diſponat. Uerſus latino ſermone ſic reddi poteſt:

Difficile eſt ſic hęc me dicere cuncta deorum.

Pꝛoditoꝛ] pꝛoductoꝛ, conditoꝛ. Hauſtu] Metaphoꝛa ab iter facientibus ſumpta, qui hauſtu vini accepto refecti, pergunt itinere inſtituto.

## Metrum ſextum libri IIII.

SI uis cælſi iura tonantis
Pura ſolers cernere mente,

Aſpice ſummi culmina cæli.
Illic iuſto fœdere rerum
Veterem ſeruant ſidera pacem.
Non ſol rutilo concitus igne,
Gelidum Phœbes impedit axem.
Nec quæ ſummo uertice mundi
Flectit rapidos urſa meatus,
Nunquam occiduo lota profundo,
Cætera cernens ſidera mergi,
Cupit oceano tingere flammas.
Semper uicibus temporis æquis
Veſper ſeras nunciat umbras,
Reuehitque diem lucifer almum.
Sic alternos reficit curſus
Alternus amor, ſic aſtrigeris
Bellum diſcors exulat oris.
Hæc concordia temperat æquis
Elementa modis, ut pugnantia
Vicibus cedant humida ſiccis,
Iunganturque fidem frigora flammis,
Pendulus ignis ſurgat in altum,
Terræque graues pondere ſidant.
Hiſdem cauſis uere tepenti
Spirat florifer annus odores,
Aeſtas cererem feruida ſiccat,
Remeat pomis grauis autumnus,
Hyemem defluus irrigat imber.

Hæc temperies alit ac profert
Quicquid uitam ſpirat in orbe.
Eadem rapiens condit, & aufert,
Obitu mergens orta ſupremo.
Sedet interea conditor altus
Rerumq́ꝫ regens flectit habenas,
Rex & dominus, fons & origo,
Lex & ſapiens arbiter æqui,
Et quæ motu concitat ire,
Siſtit retrahens, ac uaga firmat.
Nam niſi rectos reuocans itus,
Flexos iterum cogat in orbes,
Quæ nunc ſtabilis continet ordo,
Diſſepta ſuo fonte fatiſcant.
Hic eſt cunctis communis amor.
Repetuntq́ꝫ boni fine teneri.
Quia non aliter durare queant,
Niſi conuerſo rurſus amore
Refluant cauſæ, quæ dedit eſſe.

Carmen hoc eiuſdem generis eſt cum quinto primi voluminis. Probat eo Philoſophia id, quod paulo ante dixit, om̄ia videlicet mala deū oīm principē extra reipublicę ſuę terminos eliminare, & om̄ia in officio cōtinere, ac res omnes alioqui temerariis motibus fluitaturas, optimo tēperamento coercere. Reiude ſupra eandē propemodū materiam in vltimo ſecundi voluminis carmine. Celſi] altiſſimi. Iura] potētiā. Tonantis] dei. Pura] perturbationibus & vitiis purgata. Solers.] Ingenioſus, pſpicax, acuta cōtēplatiōe vīēs. Cernere) videre. Culmina] ſublimes partes. Illic] in cęlo. Veterem pacē] antiquam concordiam. Phœbes] lunę. Axem] currum, vehiculum. Summo vertice]

apud polum ſeptentrionalem, de quo poeta:

*Hic uertex nobis ſemper ſublimis, at illum*
*Sub pedibus ſtyx atra uidet, manesq; profundi*

Rapidos meatus] veloces mot⁹. Urſa] grece ἄρκτος Higinus ſcribit effigiem vrſe ſtellis figuratam, non occidere. Negant inquit Oceani vxorem id recipere, quum reliqua ſidera eo perueniant in occaſum, quod Tethys Iunonis ſit nutrix, cui Caliſto ſuccubuerat, vt pellex. Idem etiam docet Ouidius libro ſecundo metamorph. Ideo aũt reuera non occidit, quia quum ſupra nos ſit polus arctic⁹, ſemp a nobis videtur. Sic Maro:

*Arctos Oceani metuentes æquore tingi.*

Oceano tingere flammas] occidere. Aſtrigeris] celeſtibus. Uicibus] per vices. Sidant] deorſum vergant, deprimantur. Iiſdem cauſis] ex eadẽ mundi cõcordia. Spirat] ſpirando emittit. Florifer] flores ferens. Annus] Hic equaliter in quatuor diuiditur partes, iuxta illud poeticum:

Quatuor anni partes.

*Temporibusq; parem diuerſis quatuor annum.*

Sunt autem ver, eſtas, autumnus, hyems. Ut ꝑ Macrobius ait libro vii. ver deus omniũ fabricator calidum fecit ⁊ humectũ, ſicca eſt eſtas ⁊ calida, autumnus ſiccus frigid⁹, hyems humida pariter ⁊ frigida eſt. Pomis] Ouidius libro de remedio amoris primo:

*Poma dat autumnus, formoſa eſt meſſibus æſtas,*
*Ver præbet flores, igne leuatur hyems.*

Grauis] plenus, abundans. Defluus] deorſum fluẽs. Hec tempe.] moderatio et concordia. Uitam ſpirat] viuit. Eadem] temperies. Condit] abſcondit. Obitu] occaſu, morte. Mergens] obruens. Conditor] creator. Aequi] equitatis. Concitat] imperat, cogit. Ire] moueri. Siſtit] ſtare iubet. Retrahens] ad ſe vocans. Uaga] mobilia. Firmat] ſtabilit. Itus] motus. Iterum] rurſum. In orbes flexos] motus circulares qui rectis longe ſunt perfectiores. Diſſepta] ſeparata. Suo fonte] a deo principio ſuo. Fatiſcãt] diſſoluantur. Non aliter] non alio modo. Refluant] reuertantur. Cauſe] ad cauſam primam. Eſſe] eſſentiam. Sic ⁊ ſupra libro tertio cecinit:

Repetunt proprios quæque recurſus,
Redituque ſuo ſingula gaudent,
Nec manet ulli traditus ordo,
Niſi quod fini iunxerit ortum,
Stabilemque ſui fecerit orbem.

Marſilius Ficinus in commentario oratione ſecunda, capite primo: Trinitatem Pythagorici philoſophi rerũ omnium menſuram eſſe voluerunt, ob eam arbitror ratio nẽ, quod deus ternario numero res gubernat, atque etiã res ipſæ ternario numero terminantur. Hinc Maronis illud:

Numero deus impare gaudet.

Nempe ſummus ille autor primo ſingula creat, ſecundò capit, tertio perficit. Singula quoque in primis ab illo perenni fonte effluunt, dum naſcuntur: deinde in eundem refluunt, dum ſuam illam originem repetũt. Poſtremo perficiuntur, poſtquam in ſuum principium redierunt.

## Proſa ſeptima libri. IIII.

IAm ne igitur uides, quid hæc omnia quæ diximus conſequatur? B. Quid nam inquã? P. Omnem (inquit) bonam prorſus eſſe fortunã. B. Et qui (inquã) fieri poteſt? P. Attẽde (inquit) cum omnis fortuna uel iucunda uel aſpera, tum remunerandi exercendive bonos, tum puniendi corrigendive improbos cauſa deferat, patet quod omnis bona eſt, quã uel iuſtam conſtat eſſe, uel utilem. B. Nimis quidẽ, inquã, uera ratio. Et ſi quã paulo ante docuiſti prouidentiã, fatumve cõſiderem, firmis uiribus eſt nixa ſententia. Sed eandem (ſi placet) inter eas, quas inopinabiles paulo ante poſuiſti, numeremus. P. Et qui, inquit? B. Quia id hominũ

ſermo cõmunis uſurpat, & quidem crebro, quorundam malam eſſe fortunam. P. Vis ne igitur (inq̃) pauliſper uulgi ſermonibus accedamus, ne nimiũ uelut ab humanitatis uſu receſſiſſe uideamur? B. Vt placet inquam. P. Nonne igitur bonum cenſes eſſe, quod prodeſt? B. Ita eſt inquam. P. Quę uero aut exercet, aut corrigit, prodeſt? B. Fateor inquã. P. Bona igitur? B. Quid ni? P. Sed hæc eorũ eſt, qui uel in uirtute poſiti, contra aſpera bellũ gerunt, uel à uitijs declinãtes, uirtutis iter arripiunt. B. Negare (inquam) nequeo. P. Quid uero iucunda, quę in præmium tribuitur bonis, num uulgus malam eſſe decernit? B. Nequaquam. Verum uti eſt, ita quoq; eſſe optimam cẽſet. P. Quid reliqua, quæ cũ ſit aſpera, & iuſto ſupplicio malos coerceat, num bonam populus putat? B. Imo omnium (inquã) quæ excogitari poſſunt, iudicat eſſe miſerrimam. P. Vide igitur, ne opinionem populi ſequentes, quiddam ualde inopinabile confecerimus. B. Quid inquam? P. Ex his enim (ait) quæ conceſſa ſunt, euenit eorum q̃dem, qui ſunt uel in poſſeſſione, uel in adeptione uirtutis, omnem (quæcunq; ſit) bonam, in improbitate uero manentibus, omnem peſſimam eſſe fortunã. B. Hoc (inquam) uerũ eſt, tametſi

nemo audeat confiteri. P. Quare (inquit) ita uir ſapiens moleſte ferre non debet, quoties in fortunæ certamen adducitur: & uirum fortem non decet indignari, quoties increpuit bellicus tumultus. Vtriq; enim, huic quidem gloriæ propagandæ, illi uero confirmandæ ſapientiæ difficultas ipſa materia eſt. Ex quo etiam uirtus uocatur, quòd ſuis uiribus nitens, non ſuperet aduerſis. Neq; enim uos in prouectu poſiti uirtutis, diffluere delicijs & emarceſcere uoluptate ueniſtis: ſed prælium cum omni fortuna nimis acre conſeritis; ne uos aut triſtis opprimat, aut iucunda corrūpat, firmis medium uiribus occupate. Quicquid autem infra ſubſiſtit, aut ultra progreditur, habet contemptum felicitatis, non habet præmium laboris. In ueſtra eſt enim ſitum manu, qualem uobis fortunā formare malitis. Omnis enim quę uidetur aſpera, aut exercet, aut corrigit, aut punit.

¶ Ex iis quę ſupra eruditiſſime tum de diuinā prouidentia tum de fatali ſerie diſſeruit, pulchram nec minus veram deducit illationem, aiens: Tametſi vulgo aliter videat, omnem quidem fortunam eſſe bonam. cum vel iuſta ſit, vel vtilis. Proinde viro ſapienti non eſſe grauiter ferendum, ſi in fortunę certamen adducat, quo eius exercitata virtus magis ac magis enitteſcat. Qui] quo modo Nixa] firmata, ſuſtentata, ſuffulta. Inopinabiles] incredibiles, a vulgi opinione ſemotas. paulo ante] proſa quarta et ſexta huius libri. Qui] cur, quo-

modo. Ut] quomodo,ſicut. Nonne igitur bonū cenſes] Syllogiſmus eſt tertij primę figurę modi. Quicqd prodeſt,bonum eſt: Fortuna aūt exercēs aut corrigēs, prodeſt. Eſt igitur bona. Hec] fortuna, quę vel exercet,vel corrigit. Inopinabile] incredibile, ⁊ alienū ab opinione ſapientum. Quare inqt] Ex iam dictis infert, viro ſapienti minime dolendum, cum aduerſus aſperā fortunam certare cogitur,ſic enim virt⁹ ⁊ probatur, et magis eluceſcit.Unde Ouidius:

Quæ latet,inq́; bonis ceſſat non cognita rebus,
Apparet virtus,arguiturq́; malis.

Et Silius Italicus libro quarto de Romanis:
Iuuat ire periclis
Ad decus, & dextra memorandum condere nomen,
Quale dedit nunq̄ rebus fortuna ſecundis,

Rurſus in eodem:
Explorant aduerſa viros,per'que aſpera duro
Nititur ad laudem virtus interrita cliuo.

Glorię propria] Fauſtus Andrelinus:
Fortia difficiles ſuperantia pectora caſus,
Inclyta perpetuæ nomina laudis habent.

Uirtus vocatur] Unde virtus appellata ſit,oſtendit,q̄d ſuis ſcilicet viribus nitens,non ſuperetur aduerſis. M. Cicero libro tuſculanarum quęſtionum ſecundo:Appellata eſt enim ex viro virtus. Uiri autem propria maxime eſt fortitudo,cuius munera duo maxima ſunt,mortis do loris contemptio. Utendum eſt igitur his,ſi virtuti cō potes, vel potius ſi viri volumus eſſe, quoniam a viris virtus nomen eſt mutuata. Lactantius in libro de opificio:Uir,inquit,nominatus eſt,quod in eo maior vis eſt, q̄ in fœmina. Et hinc virtus nomen accepit.

## Metrum .VII.libri .IIII.

Bella quis quinis operatus annis
Vltor Atrides,Phrygiæ ruinis
Fratris amiſſos thalamos piauit,

Ille dum Graiæ dare uela claſſi
Optat,& uentos redimit cruore,
Exuit patrem,miſerumq́ triſtis
Fœderat natæ iugulum ſacerdos.
Fleuit amiſſos Ithacus ſodales,
Quos ferus uaſto recubans in antro,
Merſit immani Polyphemus aluo.
Sed tamen cæco furibundus ore,
Gaudium mœſtis lachrymis rependit.
Herculem duri celebrant labores,
Ille centauros domuit ſuperbos,
Abſtulit ſæuo ſpolium leoni,
Fixit & certis uolucres ſagittis,
Poma cernenti rapuit draconi,
Aureo læua grauior metallo,
Cerberum traxit triplici catena,
Victor immitem poſuiſſe fertur
Pabulum ſæuis dominum quadrigis.
Hydra combuſto perijt ueneno.
Fronte turbatus Achelous amnis,
Ora demerſit pudibunda ripis.
Strauit Antæum Libycis arenis,
Cacus Euandri ſatiauit iras.
Quosq́ preſſurus foret altus orbis,
Setiger ſpumis humeros notauit,
Vltimus cælum labor irreflexo
Suſtulit collo,precjumq́ rurſus

Vltimi cælum meruit laboris.
Ite nunc fortes, ubi celſa magni
Ducit exempli uia. cur inertes
Terga nudatis? ſuperata tellus
Sidera donat.

¶ Trium fortiſſimorum exẽplis oſtendit, nõ niſi ꝑ diffi cilia ⁊ ardua iter eſſe ad virtutem ⁊ gloriam. Non igiṫ detrectãdũ eſt certamẽ, nõ recuſandus labor, q̃ virtutꝫ ⁊ ſapiẽ nobꝫ materia ſuggeriṫ, iuxta poeticos illos ꝟſus:

Quiſquis enim duros caſus virtutis amore
Vicerit, ille ſibi laudem'q; decus'q; parabit.
At qui deſidiam, luxum'q; ſequetur inertem,
Dum fugit oppoſitos incauta mente labores,
Turpis, inops'q; ſimul miſerabile tranſigit æuum.

Bis quinis] decem. Ultor] vindex, raptor Helenẽ. Atrides. Atrides] Agamemnon Atrei filius. Horatius in epiſt.

Neſtor componere lites
Inter Peliden feſtinat & inter Atriden.

Phrygiẽ] Troiẽ. Ruinis] excidio. Fratris] Mene lai. Amiſſos tha.] ereptam coniugem Helenam, mulie Pio. rum longe pulcherrimã. Piauit] purgauit. Maro:

Et culpam miſerorum morte piabunt.

Senſus eſt, Raptum Helenẽ quẽ libidinoſus Paris ꝑpe trauit, Agamẽnon vindice bello, ⁊ Troiẽ ſubuerſiõe pur gauit. Scelera enĩ vindicta purgantur, emoliunturq̈. Agamemnon. Ille] Agamemnon. Hic ad bellum troianũ proficiſcẽs, cum apud Aulidem reliquos Grẽciẽ principes expecta ret, imprudẽs Dianẽ ceruam occidit. Quare dea irata, in tantam tempeſtatem mare excitauit, vt Grẽcorum claſſis inde diſcedere non poſſet. Cum aũt etiam peſte laborarent, conſultus Calchas, reſpondit: Dianẽ iram Iphigenia. Agamemnonio ſanguine eſſe placandam. Tandem igiṫ Agamemnonis quoq̈ cõſenſu adducta Iphigenia, ⁊ ma ctata eſt. Uergilius Aeneidos libro ſecundo:

Sanguine placaſtis ventos & uirgine cæſa,

Cum primum iliacas Danai ueniſtis ad oras.

Alii tradunt Iphigeniam a Diana fuiſſe ſacerdoti ſubreptam, ac illius loco ceruam ſuppoſitã. Graię claſſi] gręcorum nauibus. Redemit] emit. Uentos] ſubaudi proſperos. Cruore] ſanguine filię ſuę. Exuit] depoſuit. Patrem] paternam pietatem. Sic Naſo:

Poſtq̃ pietatem publica cauſa

Rexq́ꝫ patrem vicit, caſtumq́ꝫ datura cruorem

Flentibus ante aram ſtetit Iphigenia miniſtris.

Fœderat] fœdere facto incidit ⁊ mactat. Natę] Iphigenię. Itachus] Ulyſſes. Sodales] ſocios. Propert.

Paulatim ſocium iacturam fleuit Vlyſſes.

Ferus] truculentus, ab humanitate nimis alienus. Merſit] abſorpſit, recondidit. Polyphemus] Hic fuit Neptuni filiꝰ ex Thoa Phorci filia, ad quẽ cũ Ulyſſes in Siciliam profectus cum duodecim comitibus perueniſſet, tres cados optimi vini ſecum portans, admiratꝰ eſt magnitudinẽ, formãq; hoĩs vnicũ oculũ in frõte habẽtis, q̇ ſolꝰ ſub antro tollebat lapidẽ, qualẽ viginti boũ iuga vix mouere potuiſſent. Ab eo igiť ſciſcitatꝰ eſt Ulyſſes, quod genus hominum, qui mores eſſent, ⁊ ꝑ Iouem obſecrauit, vt liceret ſibi tuto abire. Ille vero ſuperbe reſpondens, non timere Iouem dixit, duosq; ex comitibus Ulyſſis apprehendens, ritu ferę, immaniter deuorauit, totidemq; poſtridie abſumpſit prima luce: idem etiã veſperi fecit. Quamobrem Ulyſſes ſibi iam ⁊ reliquis timens, cadum optimi vini, quod ſecum tulerat Polyphemo obtulit, ⁊ vt ſibi ac cęteris parceret, obſecrauit. Qđ Cyclops ſe facturum promiſit, ſi rurſus ſibi vinum offerret. Oblato itaq; tertio poculo mẽte alienatus, in medio antro immane corpus dormiturus extendit. Hunc igiť Ulyſſes vino ſomnoq; ſepultum animaduertẽs, immiſſo in oculum telo excęcauit. Sed exurgẽs tandẽ Cyclops, cum aperire antri oſtium gregibus cogeretur, immanẽ exinde lapidem amouit, veruntamen exeuntes pecudes manibus palpabat. Quod cum Ulyſſes cum comitibus animaduertiſſet, induti pecudum pelles, cyclopis manus effugere. Lege Homerum libro Odyſſeę nono. Herculem] Hercules Iouis et Alcmenę filius fuit, qui robore

Polyphemus.

ac fortitudine cęteris hoīb⁹ ſupra ꝙ̄ credibile eſt, pſtitit) Hui⁹ varię res geſtę tradūt a Diodoro ſiculo, Ouidio, Seneca tragico, Nicolao Perotto in cornucopię, ⁊ cęteris. Duri labores] Herculei labores prouerbialiter celebrant, de quo noſter Eraſmus abunde adagiorū chiliade tertia, prouerbio primo. Centauros] Hi fuerunt theſſali ex anteriori parte viri, ex poſteriori equi. Hercules optabat eos e Peleo monte depellere, ſed ipſe prior iniuſtum bellum nolebat inferre. Curauit igitur a Pholo ſuſceptus hoſpitio, vt pręſtātiſſimi vini cad⁹ ꝓmeret. Odore tracti centauri, vinum rapere tentauerunt. Hercules occaſionem nactus, oēs aut interemit, aut inde fugauit. Spolium] pellem, qua pro ſcuto vſus eſt. Leoni] Vaſtus hic ⁊ immanis leo fuit, ⁊ q̄ armis domari nō poterat. Hercules obſeruato ſpeluncę aditu, egredientem comprehēdit, ⁊ ſtrangulauit. Fixit] traiecit. Certis] ineuitabilib⁹. Volucres] ſtymphalides. Claudia.

Adagium. Centauri. Leo.

Solus Amazonio cinctus Stymphalidas arcu
Appetis.

Hercules Stymphalides aues ab ipſis nubibus ſagittis petūt enectasq́ deiecit. Erant aūt aues aquaticę in Stymphalo palude Arcadię, tantę magnitudinis, vt ſolis radios obūbrare dicerentur. Poma] Hercules mala aurea ex hortis Heſperidū tulit, dracone, q̄ ea die noctuq́ peruigil cuſtodiebat, interempto. Cernenti] vigilanti. Lęua] ſiniſtra manu. Cerberum] Hercules audiens Pirithoum a Cerbero infernali cane extinctū, ⁊ Theſea apud inferos detentū, eo properauit, et capto Cerbero, tripliciq́ (quod tria capita haberet) catena deuincto, Theſea liberauit. Victor immitem] Diomedē Thracię regem, qui equos ſuos aduenarum carne paſcebat occidit, eumq́ iumentis comedendum obiecit. Hydra] De hac diximus ſupra. ⁊ Claudianus:

Stymphalides. Aurea mala. Cerberus. Diomedes.

Non cadere Antęo, non creſcere profuit hydræ.

Fronte] Cum Hercules ⁊ Achelous propter Deianiram certarent, Achelousq́ ſe in varias formas transmutaret, tandem cum in taurum fruſtra ſe trāsformaſſet, victus Achelous, alteroq́ cornu mutilatus, pudore ſe in ſuum fluuium coniecit. Statius libro thebaidos quarto:

Achelous.

Et Herculea turpatus gymnade vultus
Amnis, adhuc imis vix truncam attollere frontem
Auſus aquis, glauco'que caput ſummerſus in antro
Mœret, anhelantes ęgreſcunt puluere ripæ.

Antęum] Hic Neptuni filius ex terra ſuſceptus, ſexaginta cubitis adoleuit vt autor eſt Pherecydes. Id diu fabuloſum viſum eſt, anteq̃ ſuprema eius oſſa Olympiã allata, miraculo fidẽ feciſſent. Plutarchus ait Romanorum ducem Sertoriũ apud Tigẽnam oppidum Libyę, effoſſo ſepulchro, quod incolę Antei dictitabant, humanum cadauer inuſitatę molis inueniſſe. Anteus (vt fabulantur) proſtratus, a terra matre vires accipiebat, & q̃dẽ maiores. Ea re cognita, a terra abſtinuit Hercules, et ſublime domuit. Deſcribit hoc certamen eleganter Lucanus libro Pharſalię quarto: Cacus] Hic ſecundum fabulam Vulcani filius fuit, ore ignem ac fumum vomẽs, qui vicina omnia populabatur. Veritas tamen ſcd̃m philologos & hiſtoricos hoc habet, hunc fuiſſe Euandri nequiſſimum ſeruum, ac furem. Sunt qui dicunt eum, occupato circa Vulturnum & Campaniam regno, dum tractat etiam ea, quę conceſſerant in Euandri Arcadum regis iura, duce Hercule, qui tum forte aderat, oppreſſum fuiſſe. De hoc Vergilius libro octauo. Setiger] aper. Erymantheum aprum viuum cepit Hercules aſtu, quo narrat Polyenus. Verſabatur (inquit) Erymantheus aper in quadam val'e niuibus oppleta: quod vbi animaduertit Hercules ex eo vallis ſupercilio, qua maior niuiũ vis erat, feram iactis lapidibus inceſſebat, ita irritata, dum in Herculem conatur irruere, incidens in altitudinem niuium, demerſaq̃ nullo negocio ab Hercule capta eſt, quã tergo impoſitam Mycenas detulit et in media cõcione dimiſit, cum ſumma omnium trepidatione (vt canit Apollonius) et in primis Euryſthei, qui ſe conieciſſe dicitur in vas eneum. Vltimus cę. ] Hercules pro Atlante cęlum humeris ſuſtinuiſſe dicitur Claudianus:

Antęus.

Cacus.

Euander.

Aper erymantheus.

Hercules cælũ ſuſtinuit.

Te maximus Atlas
Horruit, impoſito quum premerere polo.

Ad Atlantẽ ꝑfect⁹ eſt Hercules, cũ didiciſſet a Nereo

ſe malis Heſperidũ potiri non poſſe ſine illius ope. Sed interim dũ Atlas Herculi operã nauat, ipſe cęlũ ſubijt: quũq; iam recepturus Atlas non videretur, Herculis aſtu eluſus eſt. Impetrat, vt ille tandiu cęlo ſuccedat, quo ad ferendo oneri puluillum ſibi aptet, atq; ita correptis malis, quę humi iacebant, eueſtigio victor abijt. Precium] pręmium.

# SEVERINI BOETHII DE conſolatione philoſophiæ liber quintus.

## Proſa prima libri. V.

Dixerat, orationiſq; curſum ad alia quædam tractanda & expe dienda uertebat. B. Tum ego, Recta quidem (inq̃) exhortatio, tuaq; prorſus autoritate digniſſima. Sed quod tu dudum de prouidentia quæſtionem pluri bus alijs implicitam eſſe dixiſti, re experior. Quęro em̃ an eſſe aliqd oĩno, & qdnã eſſe ca ſum arbitrere. P. Tũ illa, Feſtino (inqt) debitũ pmiſſionis abſoluere, uiãq; tibi, quo in patriã reueharis, aperire. Hæc autem etſi peru tilia cognitu, tñ à ppoſiti noſtri tramite pauliſper auerſa ſunt. Verendũq; eſt, ne deuijs fatigatus, ad emetiendũ rectũ iter ſufficere nõ poſſis. B. Ne id (inq̃) prſus uereare. Nã qetis mihi loco fuerit, ea qbus maxĩe delector, agnoſcere. Simul cũ om̃e diſputatiõis tuę latus indubitata fide conſtiterit, nihil de ſequẽtibus ambigaẽ.

P. Tū illa, Morē(inqt)gerā tibi, ſimulq́ ſic ex orſa eſt: Siqdem (inquit)aliquis euentum temerario motu, nullaq́ cauſarum connexione productū, caſum eſſe definiat, nihil omnino caſum eſſe confirmo, & præter ſubiectæ rei ſignificationē, inanē prorſus eſſe uocē decerno. Quis enim coercente in ordinem cuncta deo, locus eſſe ullus temeritati reliquus pōt? Nam nihil ex nihilo exiſtere uera ſententia eſt, cui nemo unquā ueterum refragatus eſt: quanq̄ id illi non de operante principio, ſed de materiali ſubiecto, hoc eſt, de natura oīm rationū, quaſi quoddā iecerint fundamentū. At ſi nullis ex cauſis oriat̃ aliquid, id de nihilo ortum eſſe uidebitur. Quod ſi hoc fieri neqt, nec caſum quidem huiuſcemodi eſſe poſſibile eſt, qualē paulo ante definiuimus. B. Quid igitur inq̄? Nihil ne eſt, q̄d uel caſus, uel fortuitum iure appellari queat? An eſt aliquid (tametſi uulgus lateat) cui uocabula iſta cōueniant? P. Ariſtoteles meus, id (inquit) in phyſicis & breui, & ueri propinqua ratione definiuit. B. Quo nam (inq̄) modo? P. Quoties aliquid (ait) cuiuſpiam rei gratia geritur, aliudq́ quibuſdā de cauſis, q̄ quod intendebatur, obtingit, caſus uocat̃: ut ſi quis colendi agri cauſa fodiēs humū, defoſſi auri pondus inueniat.

Hoc igitur fortuito quidē creditur accidiſſe, uerū non de nihilo eſt. Nam proprias cauſas habet, quarum improuiſus, inopinatusq́ꝫ concurſus caſum uidetur operatus. Nam niſi cultor agri humum foderet, niſi eo loco pecuniā ſuam depoſitor obruiſſet, aurum nō eſſet inuentum. Hæ ſunt igitur fortuiti cauſæ compendii, quod ex obuiis ſibi & confluentibus cauſis, nō ex gerētis intētione prouenit. Neqꝫ enim uel qui aurum obruit, uel qui agrū exercuit, ut ea pecunia reperiret, intendit: ſed (uti dixi) quod ille obruit, hunc fodiſſe conuenit, atqꝫ cōcurrit. Licet igitur definire, caſum eſſe inopinatum ex confluentibus cauſis in his, quæ ob aliquid geruntur, euentum. Concurrere uero atqꝫ confluere cauſas, facit ordo ille ineuitabili connexione procedēs, qui de prouidētiæ fonte deſcendens, cuncta ſuis locis tēporibusq́ꝫ diſponit.

## IOHANNIS MVRMELLII in quintum Boethij de conſolatione philoſophiæ librū, cōmentarius.

PRoximo volumine diſſeruit Philoſophia, ſolos quidem bonos potentes eſſe, malos autem omnes imbecilles, malum item nihil eſſe: cum optimi maximi regis prouidentia, ⁊ fatalis neceſſitatis ſerie in bonū (vt in finē ſuum) omnia dirigantur. Ex quo fit, vti (quod Boethio perperā videbatur) bonis nōnūꝗ mala accidāt, quod aduerſitas eis potiſſimū virtutis exercendę materia eſt, iuxta illud Ouidianum:

Scilicet aduerſis probitas exercita rebus,
Materiam triſti tempore laudis habet.

Uerum cum ſupra dictum ſit, fatum ab immobilis prouidentie exordijs proficiſci, ⁊ ita ipſas quoq; fatales connexiones immobiles eſſe oportere, dubium ſit, quo modo ſtare poſſit humani libertas arbitrij cum ineuitabili diuine prouidentie fatiq; neceſſitate. Fruſtra quoq; credi videtur, caſum quippiam eſſe: cũ nihil cadere poſſit, quod dei prouidentiã non promeruerit. Toto igitur hoc libro de caſu, liberoq; hominis arbitrio diſputatur. Primũ autem quid ſit caſus exponitur, idq; hunc in modũ: Caſus eſt inopinatus ex cõfluentibus cauſis in his, que ob aliud geruntur, euentus. Sed quod tu dudum de prouidentia dixiſti, re experior] Ita eſt legere in codicibus antiquis. Eſt autem ſenſus, Sed experior re, id eſt, experientia verũ cognoſco, id quod tu dixiſti dudum de prouidentia, puta talem eſſe materiam, vt vna dubitatione ſucciſa innumerabiles alie, velut hydre capita ſuccreſcant. In aliis exemplaribus, additis quibuſdam, hec leguñt. Sed quod tu dudum de prouidentia queſtionẽ pluribus aliis implicatam eſſe dixiſti, re experior. Hec] an caſus aliquid ſit, ⁊ quid ſit. Tramite] methodo, via compẽdioſa. Decerno] ſtatuo. Nihil ex nihilo exiſtere] puta naturaliter ⁊ per cauſas particulares. Nã deus vniuerſalis omnium cauſa ex nihilo mundum creauit. De operãte principio] de cauſa efficienti. Rationum] formarum. In phyſicis] libro phyſicorum ſecundo. Caſus

## Metrum primum libri quinti.

RVpis Achemeniæ ſcopulis, ubi uerſa ſequentum
Pectoribus figit ſpicula pugna fugax,
Tigris & Euphrates uno ſe fonte reſoluunt,
Et mox abiunctis diſſociantur aquis.
Si coeant, curſumq; iterũ reuocentur in unũ,
Confluat alterni quod trahit unda uadi,
Conueniant puppes & uulſi flumine trunci,
Mixtaq; fortuitos implicet unda modos.

Quos tamen ipſa uagos terræ decliuia caſus,
Gurgitis & lapſi defluus ordo regit.
Sic quæ permiſſis fluitare uidetur habenis,
Fors patitur frenos, ipſaq́ꝫ lege meat.

Hoc elegiaco pulchra quadam ſimilitudine docet Philoſophia, caſum nō eſſe de nihilo, tametſi nō ſit de agētis intentione. Quēadmodum eñ, ſi duorū fluminū curſus iungant, naues quoqꝫ ⁊ trunci in diuerſis adhuc alueis ab aqua recepti, neceſſitate fluuiorū in vnū tandē alueū defluētium cōiunguntur, licet hoc pręter ſpem intentionemqꝫ accidat: ita ⁊ caſus, etſi non ex agentis animo ſit, ſuas tamē peculiares cauſas habet. Rupis achemenię] montis Armenię aut Parthię. Achemenem Parthorum regem Porphyrio voluit eſſe, ⁊ ex Achemenidarū ꝓgenie deriuatos Perſarum reges Herodotus ſcripſit. Hinc
Achemenius Achemenius Perſicus, Parthicus vel Armeni⁹. Luca.

Paſſus achemenijs longe decurrere campis.

Scopulis] ſaxis prominentibus. Ubi] Ordō eſt, Ubi pugna fugax verſa figit ſpicula pectoribus ſequentum. Senſus eſt, E monte maioris Armenię, cui iuncti ſunt
Parthi Parthi (q̄ teſte Trogo cominus in acie pręliari, aut obſeſſas expugnare vrbes neſciunt: pugnant itaqꝫ aut procurrentibus equis, aut terga dantibus. ſępe etiam fugā ſimulant, vt incautiores aduerſum vulnera inſequentes habeant. plerunqꝫ in ipſo ardore certaminis pręlia deſerunt, ac paulo poſt pugnā ex fuga repetūt. Unde poeta:

Fidentemq́ꝫ fuga Parthum, verſisq́ꝫ ſagittis)

Tigris vno eodemqꝫ fonte Tigris ⁊ Euphrates oriuntur. Pugna fugax] gens Parthorū fugiēdo pugnās. Tigris] hic a celeritate ⁊ curſu nuncupatus eſt. nam tigris Medorū lingua (vt Solinus aliiqꝫ tradunt) ſagittam ſignificat, omniumqꝫ fluuiorum velociſſimū canit Dionyſius. Alij tamen a tigride animali dictum volunt tigrim. Diuus Hieronymus: Tigris, inq̄t fluuius de paradiſo exiens iuxta ſcripturę fidem pergenſqꝫ contra Aſſyrios, ⁊ poſt multos circumit⁹ vt vult Joſephus) in mare rubrū effluens. Uocatur aūt hoc nomine propter velocitatem, inſtar beſtię nimia pernicitate currētis. Hoc nomē teſte

Franciſco Pico, facit genitiuum tigrios, tigritos, tigri-dos, ⁊ attice τίγρεως. Euphrates] nomē ſumpſit ex eo. Euphrates quod bona ferret. De hoc Hieronymus: Euphrates flu-uius Meſopotamię, in paradiſo oriens. Porro Saluſtius autor certiſſimus aſſerit tā Tigris ꝙ Euphratis in Ar-menia fontes demonſtrari. Ex quo animaduertimus ali-ter de paradiſo ⁊ fluminibus eius intelligēdum. Diodo-rus Siculus libro tertio: Poſt Nilum enim ⁊ Gangem flumina totius Aſię nobiliora, Euphrates ac Tigris ex Armenię montibus fontes habēt. Diſtant aūt ab inuicē ſtadijs mille ⁊ quingentis, delatiqꝫ per Mediam ⁊ Pare tanos, deſcendūt in Meſopotamiam quā vndiqꝫ circun-dantes, regioni nomē indiderūt. Deinde per Babyloniā fluentes, in mare rubrum deferuntur. Strabo libro geo graphię xi. Creſcit Amanus multum in latum ⁊ altum, ⁊ multifidus eſt. Pars auſtralior eſt Taurus, q̇ Armeniā diſterminat a Meſopotamia. Hinc fluunt Tigris ⁊ Eu-phrates, qui Meſopotamiam circūdant, ⁊ apud Baby-lonios inuicem cohęrent. Deinde in mare perſicum emit tūt, quorum Euphrates maior eſt, ⁊ plus regionis flexu oſo alueo percurrit. Fontes habet in parte Tauri borea li, fluit ad occidentem per Armeniam (quę maior appella tur, vſqꝫ in Armeniam minorem, quam a dextris habet. a ſiniſtris vero Liſanam: Deinde ad auſtrum flexus, con finijs iūgitur Cappadocum, quę ad dextram relinquit, ad ſiniſtram Comagenorū confinia, rurſumqꝫ a Sicinſi-na, etiam Sophina maioris Armenię ad ſiniſtrā relicta, progreditur in Syriam, atqꝫ iterum flexum alium capit in Babylonios, ⁊ Perſicum ſinum. Tigris ex eodē monte Seleuciā illatus, ad Euphratē accedit, ibiqꝫ efficit Me-ſopotamiam: Deinde in eundem ſinum intrat. Euphra-tis ac Tigridis fontes inter ſe diſtant ad ſtadia duo mil lia ⁊ quinquaginta. Hactenus Strabo. Uno fonte] fontibus vnius ⁊ eiuſdē Armenię montis, cui teſte Stra bone nomen eſt Tauro. Abiunctis] ſeparatis. Quos tamē] Ordo eſt. Quos vagos caſus declima, id eſt, de-cliuitates terrę, ſubaudi tegunt, ⁊ quos caſus vagos de-fluus ordo gurgitis lapſi regit.

## ¶Proſa ſecunda libri quinti.

ANimaduerto inquā, idqꝫ uti tu dicis, ita eſſe

conſentio. Sed in hac hærētium ſibi ſerie cau ſarum, eſt ne ulla noſtri arbitrii libertas, an ipſos quoq; humanorum motus animorum fatalis catena conſtringit? P.Eſt,inquit. Neq; enim fuerit ulla rationalis natura, quin eidē libertas aſſit arbitrii. Nam quod ratione uti naturalis poteſt,id habet iudiciū,quo quodq; diſcernat per ſe,igitur fugienda optādave di noſcit. Quod uero quis optandum eſſe iudicat,petit: refugit uero, q̄d exiſtimat eſſe fugi endum.Quare quibus ineſt ratio, ipſis etiam ineſt uolendi nolendiq; libertas.Sed hāc non in omnibus æquam eſſe conſtituo. Nam ſupernis diuiniſq; ſubſtantiis & perſpicax iudicium,& incorrupta uolūtas,& efficax optatorū præſto eſt poteſtas. Humanas uero animas liberiores quidem eſſe neceſſe eſt,cum ſe in mentis diuinæ ſpeculatione conſeruāt:minus uero,cū dilabuntur ad corpora:minuſq; etiam,cum terrenis artubus colligantur.Extrema uero eſt ſeruitus,cū uitiis deditæ, à rationis ꝓprię poſſeſſione ceciderint.Nam ubi oculos à ſummę luce ueritatis ad inferiora & tenebroſa deiecerint,mox inſcitiæ nube caligant,pernicioſis turbātur affectibus.Quibus accedēdo conſentiendoq;, quā inuexere ſibi adiuuant ſeruitutem, & ſunt quodammodo

propria libertate captiuæ. Quæ tamē ille ab æterno cūcta proſpiciēs, ꝓuidētię cernit intuitus, & ſuis quæq; meritis p̄deſtinata diſponit.

πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει.

Dubitat hoc loco Boethius, ſciſcitaturq;, ſit ne ulla humani libertas arbitrii, an ipſos quoq; animarum motus fatalis neceſſitas conſtringat. Cui Philoſophia reſpondet, omni rationali naturę libertatem adeſſe arbitrii, ſed ſupernis diuiniſq; ſubſtantiis maiorem, deinde tametſi non ęqualem, tamen proximam humanis animis ſe in diuinitatis contemplatione conſeruātibus: minus uero liberas eas eſſe, cum ad corpora dilabunt, minusq; etiā, cum terrenis artubus colligantur. Animaduertendum autem hoc totum ex Platonis opinione dictum, quaſi animę ſint, anteq; corporibus coniungātur. Extremā uero ſeruitutē eſſe dicit earum, quę ſceleribus mancipatę propriam amiſerint libertatem. Inſcitię] ignorantię. Caligant] obſcurantur, tenebreſcunt.

πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει.

Homerici verſus pars eſt poſterior ex iliados libro tertio, id eſt, omnia videt, & omnia audit.

Aſpicit omnia, & omnia inaudit.

¶Metrum. II. libri quinti.

PVro clarum lumine Phœbum
Melliflui canit oris Homerus.
Qui tamen intima uiſcera terræ
Non ualet aut pelagi, radiorum
Infirma perrumpere luce.
Haud ſic magni conditor orbis,
Huic ex alto cuncta tuenti
Nulla terræ mole reſiſtunt,
Non nox atris nubibus obſtat,
Vno mentis cernit in ictu
Quæ ſint, quæ fuerint, ueniantq;.

Quem (quia reſpicit omnia ſolus)
Verum poſſis dicere ſolem.

Carmen hoc eiuſdem generis eſt cum penultimo quarti voluminis. Præfert eo Philoſophia diuinæ prouidentiæ perſpicacitatem ſolis claritati. de quo Homerus:

Sol qui cuncta videt, quiq; omnia maximus audit.

Hic enim tametſi maximo ſplendore mirifice refulgeat, terrarum tamen intima penetrare nequit. Prouidentiæ vero lumen inmēſum cuncta non inſpicit ſolum, ſed etiã penitiſſima quæq; eorũ perſpicit. Neq; ei vlla vel noctis caligo, vel terræ moles obſiſtere valet. Phœbum] ſolē. Melliflui] melle fluentis. Canit] carmine laudat, cum alibi, tum in Iliados tertio, vt & paulo ante dictum eſt. Et tu ſol, qui vniuerſa & vides, & audis. Uide Plinium libro naturalis hiſtoriæ 2. cap. 6. Perrumpere] penetrare. Cuncta tuenti] omnia intuenti. Priſca Sibylla in libro Iuſtini Philoſophi & martyris, interprete Franciſco Pico:

Vnus enim deus eſt, ſolus, non editus, ingens,
Omnia conſpiciens, non viſilis, induperator,
Quem moritura caro potis eſt comprendere nunquam.

## ¶Proſa tertia libri quinti.

TVm ego: En, inquam, difficiliori rurſus ambiguitate confundor. P. Quænam, inquit, iſta eſt? iam enim quibus perturbare, cõiecto. B. Nimium, inquam, aduerſari ac repugnare uidetur, prænoſcere uniuerſa deum, & eſſe ullũ libertatis arbitrium. Nam ſi cũcta proſpicit deus, neque falli ullo modo poteſt, euenire neceſſe eſt, quod prouidētia futurum eſſe præuiderit. Quare ſi ab æterno nõ facta hominum modo, ſed etiam conſilia, uolunta

tesq́ꝫ prænoſcit, nulla erit arbitrij libertas. Neque enim uel factũ aliud ullum, uel quælibet exiſtere poterit uoluntas, niſi quam neſcia falli prouidentia diuina præſenſerit. Nam ſi res aliorſum q̃ prouiſæ ſunt, detorqueri ualent, non iam erit futuri firma præſcientia, ſed opinio potius incerta: quod de deo credere nefas iudico. Neqꝫ enim illam probo rationem, qua ſe quidam credunt hũc quæſtionis nodũ poſſe diſſoluere. Aiunt eñ non ideo quid eſſe euenturum, quoniam id prouidentia futurũ eſſe proſpexerit, ſed ecõtrario potius: quoniã q̃d futurũ eſt, diuinã prouidẽtiã latere nõ poſſit: eoq́ꝫ modo neceſſarium eſt, hoc in contrariam relabi partẽ. Neqꝫ enim neceſſe eſt contingere, quę prouident: ſed neceſſe eſſe quę futura ſunt, prouideri. Quaſi uero, quæ cuiuſqꝫ rei cauſa ſit, pręſciẽtia ne futurorũ neceſſitatis, an futurorũ neceſſitas prouidẽtiæ, laboretur. At nos illud demõſtrare nitamur, quo modo ſe habeat ordo cauſarũ, neceſſariũ eſſe euentũ præſcitarum rerũ, etiam ſi præſciẽtia futuris rebus eueniendi neceſſitatem non uideatur inferre. Etenim ſi quiſpiam ſedeat, opinionem quæ eum ſedere coniectat, ueram eſſe neceſſe eſt. At econuerſo rurſus ſi de quopiam uera ſit opinio, quoniam ſedet, eum ſedere neceſſe

eſt. In utroq; igit̃ neceſſitas ineſt, in hoc quidē ſedendi, at uero in altero ueritatis. Sed non idcirco quiſq; ſedet, quoniam uera eſt opinio: ſed hæc potius uera eſt, quoniam quēpiam ſe dere præceſſit. Ita cum cauſa ueritatis ex altera parte procedat, ineſt tamen communis in utraq; neceſſitas. Similia de prouidentia futuriſq; rebus ratiocinari oportet. Nam etiam ſi idcirco, quoniam futura ſunt, prouidentur: non uero ideo, quoniam prouidentur, eueniunt: nihilominus tamē à deo uel uentura prouideri, uel prouiſa euenire neceſſe eſt: quod ad perimendam arbitrij libertatem ſolum ſatis eſt. Iam uero q̃ præpoſterum eſt, ut æternæ præſciētiæ temporalium rerum euentus cauſa eſſe dicatur? Quid eſt autem aliud arbitrari, ideo deum futura (quoniam ſunt euentura) prouidere, q̃ putare quę olim acciderūt, cauſam ſummæ illius eſſe prouidentiæ? Ad hæc, ſicuti cum quid eſſe ſcio, idipſum eſſe neceſſe eſt: ita cum quid futurum noui, idipſum futurū eſſe neceſſe eſt. Sic fit igit̃, ut euentus præſcitę rei nequeat euitari. Poſtremo ſi quid aliquis aliorſum quàm ſeſe res habet, exiſtimet, id non modo ſcientia non eſt, ſed eſt opinio fallax, à ſcientiæ ueritate longe diuerſa. Quare ſi quid ita futurū eſt, ut eius certus ac

neceſſarius non ſit euentus, id euenturum eſſe præſciri qui poterit? Sicut enim ſcientia ipſa impermiſta eſt falſitati: ita id quod ab ea concipit, eſſe aliter q̃ concipit, nequit. Ea nanq; cauſa eſt, cur mendacio ſcientia careat, q̄ ſe ita rē quãq; habere neceſſe eſt, uti eam ſeſe habere ſcientia cõprehendit. Quid igit? Quonã modo deus hæc incerta futura prænoſcit? Nam ſi ineuitabiliter euentura cenſet, quæ etiã non euenire poſſibile eſt, fallitur, quod ſentire nõ modo nefas eſt, ſed etiã uoce ꝓferre. At ſi uti ſunt, ita ea futura eſſe decernit: ut æque fieri ea uel nõ fieri poſſe cognoſcat, q̃ eſt hęc p̄ſciẽtia, q̃ nihil certũ, nihil ſtabile cõprehẽdit? Aut qd hoc refert uaticinio illo ridiculo Tireſiæ,

Quicquid dicam, aut erit, aut non?

Quid etiam diuina prouidentia humana opinione præſtiterit, ſi (uti homines) incerta iudicat, quorũ eſt incertus euẽtus? Quod ſi apud illum rerũ omnium certiſſimũ fontem, nihil incerti eſſe poteſt: certus eorum eſt euentus, quæ futura firmiter ille præſcierit. Quare nulla eſt humanis conſilijs actionibusq; libertas: quas diuina mens ſine falſitatis errore cuncta proſpiciens, ad unũ alligat & cõſtringit euentum. Quo ſemel recepto, quantus occaſus humanarum rerum cõſequatur, liquet. Fruſtra

enim bonis malisq́; præmia, pœnæve propo nuntur, quæ nullus meruit liber ac uoluntarius motus animorum. Idq́; omnium uidebitur iniquiſſimum, quod nunc æquiſſimum iudicatur, uel puniri improbos, uel remunerari probos: quos ad alterutrum non propria mittit uoluntas, ſed futuri cogit certa neceſſitas. Nec uitia igitur, nec uirtutes quicquã fuerint, ſed omnium meritorum potius miſta atq; indiſcreta confuſio. Quoq́; nihil ſceleratius excogitari poteſt, cum ex prouidentia rerum omĩs ordo ducatur, nihilq́; liceat conſilijs humanis, fit ut uitia quæq; noſtra ad bonorum omnium referantur autorem. Igitur nec ſperandi aliquid, nec deprecandi ulla ratio eſt. Quid enim uel ſperet quiſquã, uel etiã deprecet, quando optanda omnia indeflexa ſeries connectit? Auferetur igitur unicum illud inter homines deumq́; cõmercium, ſperandi ſcilicet & deprecandi. Si quidem iuſtæ humilitatis precio inæſtimabilẽ uicem diuinæ gratiæ promeremur: qui ſolus modus eſt, quo cum deo colloqui homines poſſe uideantur, illiq́; inacceſſæ luci prius quoq;, quàm impetrent, ipſa ſupplicãdi ratione coniungi: quæ ſi recepta futurorum neceſſitate nihil uirium habere credantur, quid erit, quo ſum-

mo illi rerum principi connecti atq; adhærere poſſimus? Quare neceſſe erit humanū genus (uti paulo ante cantabas) diſſeptum atq; diſiunctum ſuo fonte fatiſcere.

Hac proſa dubitabundus Boethius de libero hoīs arbitrio, & dei præſcientia diſſerit, quę quo modo ſimul poſſint conſiſtere, vt alteri alterum non officiat, minime videt. Nam recepta diuinę præſcientię neceſſitate, omnia ſerie quadam indeflexa conſtringi tenerique videntur. Quod ſi ita eſſet fruſtra ſperarent homines, aut deprecarentur, quę futurę neceſſitatis legibus implicata mutari, alioq; conuerti nequirent. Aut quid hoc refert v.i.r. Tireſię] Senſus eſt, aut quid, quaſi dicat, nihil hoc diſtat ab illo ridiculo Tireſię vaticinio, quod eſt apud Horatium libro ſermonum ſecundo:

O Laertiade, quicquid dicam, aut erit, aut non,
Diuinare etenim magnus mihi donat Apollo.

Tireſias Thebanus cum forte duos angues coeuntes percuſſiſſet, in fœminam fuit cōuerſus, ac ſeptem annos in eo ſexu duraſſe fertur. Rurſusq; cum eoſdem ſerpentes verberaſſet, in priſtinum ſexum reuerſus eſt. Quod quidem ne quis omnino fabuloſum putet, legat & Pliniū in ſeptimo naturalis hiſtorię, & diuum Auguſtinum de cōiugijs veteris ac nouę legis, qui aſſerunt quibuſdam id accidiſſe. Ceterum Tireſias ab Ioue Iunoneq; contendentibus, vtrius maior in coitu voluptas ſit, maris an fœminę: iudex electus, maiorem eſſe fœminę voluptatem affirmauit. Qua ſententia Iuno irata, illum obcęcauit. Iupiter vero pro oculis ademptis ei Tireſias

Scire futura dedit, pœnamq; leuauit honore.

Callimachus & Propertius eo dicunt obcęcatum Tireſiam, quod Pallada nudato corpore ſe leuātem in aquis aſpexiſſet. Hinc prouerbium, τυφλότερος τιρεσίου, cęcior Tireſia, de eo qui ſupra modum cęcutit. Uti paulo ante cantabas] carmine ſexto quarti libri.

¶Metrum IIII. libri quinti.

QVænam diſcors fœdera rerum
Cauſa reſoluit? quis tanta deus
Veris ſtatuit bella duobus,
Vt quæ carptim ſingula conſtent,
Eadem nolint miſta iugari?
An nulla eſt diſcordia ueris,
Semper'q; ſibi certa cohærent?
Sed mens cæcis obruta membris,
Nequit oppreſſo luminis igne
Rerum tenues noſcere nexus.
Sed cur tanto flagrat amore
Veri tectas reperire notas?
Scit ne, quod appetit anxia noſſe?
Sed quid nota ſcire laborat?
Et ſi neſcit, quid cæca petit?
Quis enim quicquam neſcius optet?
Aut quis ualeat neſcita ſequi?
Quoue inueniat, quis ue repertam
Queat ignarus noſcere formam?
An cum mentem cerneret altam,
Pariter ſummam & ſingula norat?
Nunc membrorum condita nube,
Non in totum eſt oblita ſui,
Summam'q; tenet ſingula perdens.
Igitur quiſquis uera requirit,
Neutro eſt habitu. nam neq; nouit,
Nec penitus tamen omnia neſcit.

Sed quam retinens meminit, ſummam
Conſulit, alte uiſa tractans,
Vt ſeruatis queat oblitas Addere partes.

Carmen eſt eiuſdem generis cum proximo, quo Seueri nus admirabūdus obſtupeſcit, cauſam deſiderans, cur ea duo vera, alterum de diuina preſcientia, alterū de arbitrii noſtri libertate, ſeparatim ſecretim perpēſa, fidē admittant: eadem aūt coniuncta, minime nobis cohærere videātur. Carptim] ſeparatim. Iugari] cōiungi. Sed mens] Ignorātię animi noſtri imputat, quod rerū veritatē perſpicere non valemus. Obruta] oppreſſa. Cęcis membris] corpore caliginem obliuionēq; animo inferenti. Luminis] intellectus. Igne] vigore. Tenues nexus] ſubtiles cōiunctiones. Sed cur] Platonicum hoc eſt. In dialogo enim Platonis de virtute, qui Menon inſcribit, Socrates Menonem Ariſtippi & Gorgię auditorem ad id perducit, quod impoſſibile eſt nos inueſtigando aliquid cognoſcere: aut ſi inueſtigādo aſſequimur, cognoſcimusq;, illud alias cognouimus. Itaq; id cognoſcere non aliud eſſe, q̃ reminiſci, & in memoriam reuocare. Quo enim tramite (inquit Menon) inueſtigabis o Socrates, quod quidem quid ſit omnino ignoras. quale tibi proponēs, id quod ignoras inquires: aut etiā ſi in illud incidas, quonam ſigno id quod ignoraueras, illud eſſe agnoſces? Cui Socrates, intelligo (inquit) quid velis o Menon. at tu animaduertis ne, q̃ litigioſam argumentationem in medium adduxiſti, quod ſcilicet homo neq; quod neſcit, neq; quod ignorat, inquirit. nam ſi noſcit, nulla inquiſitione opus eſt, ſed neq; quod neſcit, id inueſtigat. Non enim nouit, quid quęrat. Quare tandem colligit, nihil inueſtigando nos diſcere poſſe, niſi quę antea ſciuimus, etiam eodem modo. Mentem altam] diuinam. Cerneret] contemplaretur. Summam] vniuerſalem propoſitionem. Singula] ſingularia. Neutro eſt habitu] Boethius cum magis ſit Platonicus, q̃ Ariſtotelicus, medium tamen ſe prębet inter vtrūq; philoſophū, & eorū cōcordiam ſe traditurū aliqū pollicit⁹ ē: q̄d an pſtiterit, de⁹ nouit. Ariſtotelis ſentētia eſt, nihil incōmodi accidere, aliq̄ mō ſcire, q̄d q̄s diſcit, & aliq̄ mō ignorare. Nā nihil abſurdi eſt, ſi ſcit q̄dāmodo

non poſſunt? Si igitur prænotio nullam futu ris rebus adijcit neceſſitatem (quod tu etiam paulo ante fatebare) quid eſt, quod uoluntarij exitus rerum ad certũ cogantur euentum? Etenim poſitionis gratia, ut quid cõſequatur, aduertas, ſtatuamus nullã eſſe præſcientiam. Num igitur (quantũ ad hoc attinet) quæ ex arbitrio eueniũt, ad neceſſitatẽ coguntur? B. Minime. P. Statuamus iterũ eſſe, ſed nihil rebus neceſſitatis iniũgere, manebit (ut opinor) eadem uoluntatis integra atq; abſoluta libertas. Sed præſcientia (inquies) tametſi futuris eueniendi neceſſitas non eſt, ſignũ tamen eſt, neceſſario ea eſſe uentura. Hoc igitur modo etiam ſi præcognitio nõ fuiſſet, neceſſarios futurorũ exitus eſſe conſtaret. Omne etenim ſignũ, tantum qđ ſit oſtendit, non uero efficit, quod deſignat. Quare demonſtrandũ prius eſt, nihil nõ ex neceſſitate cõtingere, ut prænotionẽ ſignum eſſe huius neceſſitatis appareat. Alioquin ſi hæc nulla eſt, ne illa quidem eius rei ſignũ poterit eſſe, quę nõ eſt. Iam uero probationẽ firma ratione ſubnixã conſtat, nõ ex ſignis, neq; petitis extrinſecus argumẽtis, ſed ex cõuenientibus neceſſarijsq; cauſis eſſe ducendã. B. Sed qui fieri poteſt, ut ea nõ proueniant, quæ futura eſſe prouidẽtur. P. Quaſi

aa v

uero nos ea quæ prouidētia futura eſſe præ-
noſcit,non euētura credamus: ac nō illud po
tius arbitremur, licet eueniant, nihil tamē ut
euenirēt,ſui natura neceſſitatis habuiſſe. Qđ
hinc facile perpendas licebit. Plura etēm dū
fiunt,ſubiecta oculis intuemur: ut ea quæ in
quadrigis moderādis atq; flectēdis facere ſpe
ctant aurigæ, atq; ad hunc modū cætera. Nū
igitur quicq̄ illoꝝ ita fieri,neceſſitas ulla com
pellit? B.Minime.P.Fruſtra eñ eſſet artis effe
ctus, ſi omnia coacta mouerentur. Quæ igit
cum fiunt, carent exiſtendi neceſſitate, eadē
priuſq̄ꝫ fiāt,ſine neceſſitate futura ſunt,Quare
ſunt quædam euentura, quoꝝ exitus ab omi
neceſſitate abſolutus ſit. Nam illud quidem
nullum arbitror eſſe dicturum, ꝙ quæ nunc
fiunt,priusquā fierent,euentura non fuerint.
Hæc igitur etiam præcognita liberos habēt
euentus. Nam ſicut ſcientia præſentium ni-
hil his quæ fiunt, ita præſcientia futurorum
nihil his, q̄ uentura ſunt, neceſſitatis impor-
tat. Sed hoc(inquis)ipſum dubitatur,an eaꝝ
rerum quæ neceſſarios exitus non habent,
ulla eſſe poſſit prænotio. Diſſonare etenim
uidentur: putasq; ſi prouideantur, conſequi
neceſſitatem: ſi neceſſitas deſit,minime præ-
ſciri: nihilq; ſcientia comprehendi poſſe, niſi

certũ. Quod ſi quæ incerti ſunt exitus,ea q̃ſi cérta ꝓuidenť,opinionis eſſe caliginẽ,nõ ſciæ ueritatẽ. Aliter em̃ ac ſeſe res habeat arbitra rí,ab integritate ſciẽtiæ credis eſſe diuerſum. Cuius erroris cauſa eſt,ꝙ oĩa q̃ qſq; nouit,ex ípſoꝶ tantum ui atq; natura cognoſci exiſtimat q̃ ſciũtur, quod totũ cõtra eſt. Omne em̃ quod cognoſciť,nõ ſecũdũ ſui uim, ſed ſecundũ cognoſcentiũ potius cõprehenditur facultatẽ. Nam ut hoc breui liqueat exẽplo, unã eandemq; corporis rotũditatem aliter uiſus, aliter tactus agnoſcit. Ille eminus manens, totum ſimul iactis radijs intuetur: hic uero cohærens orbi atq; cóniunctus, circa ipſum motus ambitum, rotunditatem partibus cõprehendit. Ipſum quoq; hominem aliter ſenſus, aliter imaginatio,aliter ratio,aliter intelligentia intuetur. Senſus enim figuram in ſubiecta materia conſtitutam,imaginatio uero ſolam ſine materia iudicat figurã. Ratio uero hanc quoq; tranſcendit, ſpeciemq; ipſam q̃ ſingularibus ineſt,uniuerſali conſideratiõe perpendit. Intelligẽtiæ uero celſior oculus extitit. Supgreſſa nãq; uniuerſitatis ambitũ,ipſam illã ſimplicẽ formã pura mẽtis acie cõtueť. In quo illud maxĩe cõſiderãdũ eſt. Nã ſupior uis cõphẽdẽdi,amplectiť ĩferiorẽ, inferior uero ad ſupiorẽ

nullo modo cõſurgit. Neq; enim ſenſus extra materiã ualet, uel uniuerſales ſpecies imagina tio cõtuet, uel ratio capit ſimplicẽ formã, ſed intelligentia quaſi deſup ſpectans concepta forma, quæ ſubſunt cuncta dijudicat: ſed eo modo quo formã ipſam, q̃ nulli alij nota eſſe poterit, cõprehendit. Nam & rationis uniuerſum, & imaginationis figurã, & materiale ſenſibile cognoſcit. Nec ratione utens, nec imaginatione, nec ſenſibus, ſed illo uno ictu mentis formaliter (ut ita dicam) cuncta proſpiciens. Ratio quoq; cũ quid uniuerſale reſpicit, nec imaginatione, nec ſenſibus utens, imaginabilia uel ſenſibilia cõprehendit. Hæc eſt enim, q̃ cõceptionis ſuæ uniuerſale ita definit, Homo eſt aial bipes rationale, q̃ cum uniuerſalis notio ſit, tamẽ imaginabilẽ ſenſibilemq; eſſe rem nullus ignorat, q̃d illa nõ imaginatiõe, uel ſenſu, ſed rationali cõceptione cõſiderat. Imaginatio quoq; tametſi ex ſenſibus uiſendi formandiq; figuras ſumpſit exordiũ, ſenſu tñ abſente ſenſibilia quæq; colluſtrat, nõ ſenſibili, ſed imaginaria ratione iudicãdi. Vides ne igitur, ut in cognoſcẽdo cuncta, ſua potius facultate q̃ eorũ quæ cognoſcũtur, utantur? Neq; id iniuria. Nam cũ omne iudicium iudicãtis actus exiſtat, neceſſe eſt ut ſuam quiſq; operam nõ

ex aliena, ſed ex propria poteſtate perficiat.

¶ Diluit ea Philoſoſophia, quę Seuerinus hęſitabundus obiecit, ⁊ ſingulatim obiectionū nodos enodat, oſtēdens dei pręſcientiā, et humani arbitrij libertatē ſimul cōſiſtere. Diuus Hieronymus in Iouinianū cap. xxxii. Liberi arbitrii nos condidit deus. nec ad virtutes. nec ad vitia neceſſitate trahimur. Alioquin vbi neceſſitas eſt, nec damnatio, nec corona eſt. Sicut in bonis operibus pfector eſt deus (nō eſt eñ volētis, neq; currentis, ſed miſerētis ⁊ adiuuātis dei vt puenire valeam⁹ ad calcē, ſic in malis atq; peccatis ſemina noſtra ſunt incētiua, perfectio diaboli, cum viderit nos ſup fundamentum Chriſti ędificare fœnū, ligna, ſtipulā, tūc ſupponit incēdium. Quod ita demū] Quod Boethius liberū arbitriū p prouidentiam nobis auferri ſuſpicabat eiuſmodi ratione collegit: Quicqd eſt futurū, aut neceſſario eſt futurū, aut contingenter. Si neceſſario, perit libertas arbitrii. Si contingēter, qui pōt eſſe pręſciētia, cum de cōtingentibus nō ſit ſcientia, ſed magis cōiectura? Primum igit incipit philoſophia oñdere, pręſcientiā futuris reb⁹ neceſſitatē nō imponere, deinde probat de cōtingentib⁹ ⁊ incertis certam apud deū eſſe poſſe pręſcientiā. Quero eñ] Hoc loco Philoſophia tuet aliquo modo rationem eam, quā ſupra Boethius omnino improbauit, non eo futura euenire, qd deus ea previdit, ſed quia futura ſunt, deū preuidiſſe. Hęc ratio bona eſt in eo, qd liberum arbitriū a neceſſitate vindicat: verum in hoc falſa, quod futura pręſcientię cauſam ponit. Que qa pſcientiam] Senſus eſt, Quero ex te Seuerine, cur illā ſoluentiū rationē minus efficacem putes, an ideo quod pręſcientiam futuris rebus cauſam neceſſitatis eſſe non exiſtimes. verum age modo ſi neceſſario res futuras ſentis, vnde trahis iſtius cauſam neceſſitatis, niſi ex pręſcientia? Si igit tibi demonſtrauero hāc prenotionē diuinā nō imponere futuris neceſſitatē quod ⁊ tute paulo ante fatebaris nihil erit quo liberū arbitriū impediri putes. Quantū ad hoc attinet] i. ad hanc concluſionē, q ait pręſcientiā eſſe neceſſitatis futurorū cauſam. Sed pſcientia inquies] Tacitę qſtioni occurrit. Si forte Seuerinus obieciſſet hūc in modū: Eſto vt nulla ſit futuris ex pſcientia neceſſitas, eſt tamen ſignum, ea neceſſario eſſe futura. Huic

Philoſophia ſic reſpondet. Pari ratiõe etiam ſi nulla foret prænotio, neceſſarius futuri conſtaret euentus. Cuius rei ratio hęc eſt, Signum nõ efficit rẽ eã, cuius eſt ſignũ, ſed tantũ qđ ſit oñdit. Verbi gratia, hedera ante caupo nam ſuſpẽſa vinũ venale ſignificat, non efficit, vt id ſibi venale habeat. Quaſi vero] Senſus eſt, Non laboram' an euentura ſint quę pſciuntur, ſed an ſuapte natura, vt eueniãt, neceſſitatis aliquid patiant. Sed hoc inqes] Soluit eam dubitationem Philoſophia, quã Seuerin' ſupra his verbis propoſuit. Si quid ita futurum eſt, vt eius certus ac neceſſarius non ſit euentus, id euenturũ eſſe pręſciri qui poterit? Cuius erroris cauſa] Nunc Philoſophia tollendę alteri Boethianę dubitationi ſe accingit, quę eſt, an de incertis vlla poſſit eſſe pręſciẽtia, cum ſcientia nihil niſi certum cõphendatur. Proinde ſi incerta pro certis pręuideantur, id non eſſe pręſcientiam, ſed opinionis caliginem putat. Diluens aũt hęc obiecta Philoſophia, dicit huius erroris cauſam eſſe, qđ opinamur omnia, quę cognoſcuntur, ſuapte natura, non vi aut facultate cognoſcẽtiũ cõprehendi: quod falſum eſt. Si eñi cognitio rei quidem quę cognoſcitur, non autem cognoſcentis facultatem ſequeref, res ab omnibus vno eodemq; modo cognoſcerentur, neq; foret diuinę humanę intelligẽtię diſcrimen vllum: quod cũ ſit falſum, quis non videt? Ille] viſus. Eminus] elõginquo. Iactis] emiſſis. Hoc loco Platonis opinionem ſequitur, cui reclamat Ariſtoteles: quem impudentiſſima theologiſtarum turba contra veterum, eorũdemq; doctiſſimorũ theologorũ ſententiã nihil verita eſt in cęlum recipere. Sed ſupra hoc alibi commodius. Stoici cauſas eſſe videndi dicunt, radiorum ex oculis in ea quę videri queunt emiſſionem, aeriſq; ſimul intentionem. Democritus & Epicurus opinanf p imaginũ inſertus viſualẽ potentiã accidere, radioſq; quoſdã ab oculis exertos, ſimul atq; ſubiectę rei inſtiterint, rurſus in eoſdẽ redire inſertariq;. Ariſtoteles acutiſſimo vir ingenio, ſed Platone inferior, exiſtimat viſionẽ fieri rei viſibilis ſpecierũ intra oculos receptu. Empedocles imaginibus radios immiſcuit, idq; cõiunctim imaginis radios vocauit. Hipparchus autumat ab vtroq; oculo ad corporũ lineamenta exporrectos, pinde atq; manuũ admotu corpora ſumma pertractãre, apphenſionẽ eorũ ad viſualem vim referre. Plato per

Corradiātiā viſum fieri exiſtimat, lumine ab oculis q̄dē exerto ad aliquātū interualli p cognatū ſibi aerē effluente, a corporib⁹ vero illato occurſante illi, aerē𝗾 intermediū diffuſu amolitur𝗾 facilē cū viſuali igne intendente. Hec eſt ſ. corradiātia Platonica. Hic] tact⁹. Orbi] corpori rotūdo. Intelligētia] intellect⁹ incorporeus & a materia ſeiūctus. Exemplis oſtendit in cognoſcendo omnia ſuapte poti⁹ facultate, q̄ eorum q̄ cognoſcunt, vti.

## Metrum. V. libri. V.

QVondam porticus attulit
Obſcuros nimium ſenes,
Qui ſenſus & imagines
E corporibus extimis
Credant mentibus imprimi,
Vt quondam celeri ſtylo
Mos eſt æquore paginæ,
Quæ nullas habeat notas,
Preſſas figere literas.
Sed mens ſi proprijs uigens
Nihil motibus explicat,
Sed tantum patiens iacet,
Notis ſubdita corporum,
Caſſas𝗾 in ſpeculi uicem
Rerum reddit imagines,
Vnde hæc ſic animis uiget,
Cernens omnia notio?
Quæ uis ſingula proſpicit?
Aut quæ cognita diuidit?
Quæ diuiſa recolligit?
Alternum𝗾 legens iter,
Nunc ſummis caput inſerit,

Nunc deſidit in infima,
Tum ſeſe referens ſibi
Veris falſa redarguit.
Hæc eſt efficiens magis
Longe cauſa potentior,
Quàm quæ materiæ modo
Impreſſas patitur notas.
Præcedit tamen excitans,
Ac uires animi mouens,
Viuo in corpore paſſio.
Cum uel lux oculos ferit,
Vel uox auribus inſtrepit,
Tum mentis uigor excitus
Quas intus ſpecies tenet,
Ad motus ſimiles uocans,
Notis applicat exteris,
Introrſumq́ reconditis
Formis miſcet imagines.

¶Hoc carmine Glyconico Stoicos erroris iã dicti ſeminatores, puta qd res ex ſua potius natura, q̃ cognoſcentiũ facultate cõprehendant, acriter inceſſit Philoſophia, eorumq́ opinionẽ cõfutat. Aiebant ii cognitionem ſolũ ab exteriorũ corporũ ſimilitudinibus animo impreſſis pfici. quod ſi verũ foret, mens pateref ab externis reb9. ſed in cõfeſſo eſt apd oẽs q̃ recte philoſophant, intellectũ eſſe actiuũ: mentẽq́ quomodo intelligit, agere, nõ pati. Porticus] Stoicos ſignificat, de q̃bus in primo cõmẽtario diximus. Obſcuros] ex quorũ v̄bis implicatis vix põt colligi ſentẽtia. Qui] Stoici. Senſus] ſenſiones. E corporibus extimis] ex rebus exterioribus. Licẽter aũt po pduxit, q̃ corripiẽda eſt. Sed videt veteres imitat, q̃ dixerũt corp9 & corpor, ſicut dec9 & decor.

algus ⁊ algor, frigus ⁊ frigor. Ut] quemadmodum. Quondam] aliquando. Aequore] in planitie, ſuꝑficie, planoſpatio. Notis] prima contracta i. ſignis qua corpora extrinſecus imprimunt. Invicem] ad ſimilitudinem. Notio] cognitio. Quę vis] potentia. Sciendū tria eſſe genera intellectionum, quorum primum dicitur ſimplicium apprehenſio. hinc eſt quod ait Singula proſpicit: hoc eſt, ſingulatim et ſecretim rem vnamquanq; ⁊ ſimpliciter intelligit. Secundum, compoſitio aut diuiſio. vnde eſt Aut quę cognita diuidit? Quę diuiſa recolligit? Tertium, ratiocinatio, qua ex notis ea quę ignota erant, aſſequimur. Hinc dicit. Tum ſeſe referens ſibi, Veris falſa redarguit. Legens] tranſiens, percurrens: Alternum iter] modo aſcendendo ab infimis ad ſuprema, modo deſcendendo a ſummis ad ima. Deſidit] media extetna, id eſt, deſcēdit. Tum] deinde. Referēs] reducens. ⁊ quaſi in orbem ratiocinando recolligens. Pręcedit] hoc loco, vt fere ſolet, Platonem exprimit, qui rerum ſpecies ab initio animę inſitas exiſtimauit, ſed cōtagione terreni corporis eam ſopitam degrauatamq;, non agere, niſi externorum ſenſuum paſſione excitetur: excitatam vero ſpecie. quam ſenſus exterior impreſſit, euocari: ⁊ coniuncta ſpecie interna cum ea quam extrinſecus accepit, tum demum intelligere.

## Proſa quinta libri .V.

QVod ſi in corporibus ſentiendis, q̄uis afficiāt inſtrumenta ſenſuū forinſecus obiectæ qualitates, animi quoq; agentis uigorē paſſio corporis antecedat, q̄ in ſe actū mentis prouocet, excitetq; interim qeſcētes intrinſecus formas: ſi in ſentiēdis inq̄ corporibus, animus nō paſſiōe inſignit, ſed ex ſua ui ſubiectā corpori iudicat paſſionē, q̄to magis ea, q̄ cūctis corpoꝝ affectiōibus abſoluta ſunt, in diſcernēdo nō obiecta extrinſecus ſequunt,

ſed actũ ſuæ mẽtis expediũt? Hac itaq; ratiõe multiplices cognitiões diuerſis ac differentibus ceſſere ſubſtãtijs. Senſus em̃ ſolus cũctis alijs cognitionibus deſtitutus, imobilibus animãtibus ceſſit, quales ſunt cõchæ maris, q̃q; alia ſaxis hærẽtia nutriũtur. Imaginatio uero mobilibus beluis, qbus iã ineſſe fugiendi appetendive aliqs uidetur affectus. Ratio uero humani tãtũ generis eſt, ſicuti intelligentia ſola diuini. Quo fit, ut ea notitia cæteris p̃ſtet, q̃ ſuapte natura nõ modo propriũ, ſed cęterarũ q̃q; notitiarũ ſubiecta cognoſcit. Quid igitur, ſi ratiocinatiõi ſenſus imaginatioq; refragentur, nihil eſſe illud uniuerſale dicentes, q̊d ſeſe intueri ratio putat? Qđ em̃ ſenſibile uel imaginabile eſt, id uniuerſum eſſe nõ poſſe. Aut igitur ratiõis uerũ eſſe iudiciũ, nec quicq̃ eſſe ſenſibile, aut quoniã ſibi notũ ſit plura ſenſibus & imaginationi eſſe ſubiecta, inanẽ cõceptionẽ eſſe rõnis, q̃ q̊d ſenſibile ſit ac ſingulare q̃ſi q̊ddã uniuerſale cõſideret. Ad hæc, ſi ratio cõtra rñdeat, ſe qdem & quod ſenſibile, & q̊d imaginabile ſit, in uniuerſitatis rõne cõſpicere: illa uero ad uniuerſitatis cognitionẽ aſpirare nõ poſſe: quoniã eorũ notio corporales figuras non poſſit excedere. De rerũ uero cognitiõe, firmiori potius p̃fectioriq; iudicio

eſſe credendū. In huiuſmodi igitur lite nos, qbus tā ratiocinādi q̄ imaginandi etiā, ſentiendiq; uis ineſt; nonne rationis potius cauſam ꝓbaremus? Simile eſt, ꝙ humana ratio diuinā intelligentiā futura niſi (ut ipſa cognoſcit) nō putat intueri. Nam ita diſſeris, ſi qua certos ac neceſſarios habere non uideantur euentus, ea certo euentura præſciri nequeunt. Harum igitur rerum nulla eſt præſcientia; quā ſi etiā in his eſſe credamus, nihil erit quod nō ex neceſſitate proueniat. Si igitur uti rationis participes ſumus, ita diuinæ iudicium mentis habere poſſemus, ſicut imaginationē ſenſumq; rationi cedere oportere iudicauimus; ſic diuinæ ſeſe menti humanā ſummittere rationem iuſtiſſimū cenſeremus. Quare in illiús ſummæ intelligētiæ cacumen (ſi poſſumus) erigamur. Illic enim ratio uidebit, quod in ſe nō pōt intueri. Id aūt eſt, quo nā modo etiā, q̄ certos exitus nō habēt, certa tñ̄ uideat ac definita ꝑnotio, neq; id ſit opinio, ſed ſummę potius ſciētiæ nullis terminis incluſa ſimplicitas.

¶ Et eo quod ſupra tractatū eſt, cognitionem nō rei quę noſcit naturam, ſed cognoſcentis vim facultatemq; ſequi oſtendit, deū incerti euēt⁹ futura vt certa ꝑſcire, tāetſi hoc humana ratio minime cōcipiat. Nā ſi cognognoſcētz naturā ſeqt, tenendū eſt diuerſis ſubſtātiis diuerſas eē cognoſcēdi facultates, q̄rū alia ꝑſtet alii, ita vt q̄ ꝑfectioꝛ ſit, īferioꝛes q̄q; ī ſe habeat, ⁊ īꝑfectioꝛes ad

eam quę pręſtantior eſt, aſpirare non queant. Neq; enim ſenſus & imaginatio ad rationis iudicium ſeſe attollunt, neq; ratio poteſt comprehendere diuinę intelligentię modum, qui longe eſt abſolutiſſimus, & futura nobis incerta certiſſima pręſcientia complectitur.

## Metrum quintum libri. V.

QVàm uarijs terras aīalia pmeant figuris
Nanq; alia extento ſunt corpore, puluerem'q; uerrunt,
Continuū'q; trahūt ui pectoris incitata ſulcū.
Sunt qbus alarū leuitas uaga, ū bere't'q; uētos,
Et liquido longi ſpatia ætheris enatet uolatu.
Hæc preſſiſſe ſolo ueſtigia greſſibus gaudēt,
Vel uirides campos tranſmittere, uel ſubire ſyluas.
Quę uariis uideas licet oīa diſcrepare formis,
Prona tn̄ facies hebetes ualet īgrauare ſēſus.
Vnica agēs hoīm celſum leuat altius cacumē
Atq; leuis recto ſtat corpe, deſpicit'q; terras.
Hæc (niſi terrenus male deſipis) admonet figura,
Qui recto cælū uultu petis, exeris'q; frontē
In ſublime feras aīm q̄q;, ne grauata peſſum
Inferior ſidat mens corpore celſius leuato.

¶ Carmē eſt archilochiū dactylicū, cōſtās dactylico bucolico tetrametro.i.trib9 dactylis. vel ſpōdeis, vel alternis, & q̄rto pede tantū dactylo partē oratiōis finiente: deīn trib9 trocheis. Eo Phia humanę naturę dignitatē, pſtantiā'q; cōmemorat, atq; hoīem ex fortunę habitudie ſtaturaq;. ad cęleſtiū rerū amorē contēplationem'q; admoneri, vt q̄ ex oī animantiū gn̄e ſolus deſpectet humū,

vultuq; ſublato cęlū ſuſpectet. Alia extento] vt ſerpētes, & animalia reptilia. Enatet] euolet, metaphora eſt notiſſima. Trāſmittere] trāſire. Veteres dixerūt tramit Pronus to pro trāſmitto. Prona] terrā verſus inclinata. Ouid.

Prona'que cum ſpectent animalia cætera terram,

Os homini ſublime dedit, cælumq́; videre

Iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.

M. Tullius Cicero lib. de legibus primo: Artes innumerabiles repte ſunt docēte natura, quā imitata ratio res ad vitā neceſſarias ſolerter cōſecuta eſt. Ipſum aūt hominē de eadē natura nō ſolū celeritate mentis ornauit, ſed & ſenſus tanq; ſatellites attribuit, figurāq; corporis habilē atq; aptā ingenio humano dedit. Nam cum cęteras animātes abieciſſet ad paſtū, ſolū hominē erexit, ad cęliq; quaſi cognationis domiciliiq; priſtini cōſpectū excitauit: tum ſpeciem ita formauit oris, vt in ea penitus reconditores effingeret. Silius Italicus libro. xv.

Nonne uides hominum vt celſos ad ſidera vultus

Suſtulerit deus, ac ſublimia finxerit ora,

Cum pecudes, volucrumq́; genus, formas'que ferarum

Segnem atq; obſcœnam paſſim ſtrauiſſet in aluum?

Ad laudes genitum capiat ſi munera diuum,

Felix ad laudes hominum genus.

Lactātius lib. 2. de origine erroris, capite itē ſecūdo: Iuuat ergo velut in aliqua ſublimi ſpecula cōſtitutū, vnde vniuerſi exaudire poſſint, Perſianum illud proclamare:

O curuę in terras animæ, & cæleſtium inanes.

Cęlum potius intuemini, ad cuius ſpectaculū vos excitauit ille artifex verus deus. Ille vobis ſublimē vultū dedit. vos in terrā curuamini, vos altas mētes, & ad patrē ſuū cū corporibus ſuis erectas, ad inferiora deprimitis, tāq; vos pœniteat, nō q̄drupedes eſſe natos. Fas nō eſt celeſte animal cū terrenis, in terrāq; pgentibus pſari. Quid vos bnficiis cęleſtibus orbatis, pniq; in terrā veſtra ſpōte pcūbitis? Humi enī miſeri volutamini, cū deorſum q̄ritis, q̄d in ſublimi q̄rere debuiſtis? Diuus Amb. lib. hexamerō. vi. Caue o homo pecudū more curuari: caue, ne in aluū te nō tam corpore, q; cupiditate deflectas. Reſpice corporis tui formā, & ſpeciē congruentē celſi vigoris

aſſume. Si ſola animalia prona paſcant, cur te in edendo ſternis ipſe, quẽ natura nõ ſtrauit? Cur eo delectaris, in q̃ naturę iniuria eſt? Cur noctes & dies cibo intẽtus, pecorũ more terrena depaſceris? Cur illecebris corporalibus deditus, ipſum te inhonoras, dũ vẽtri atq; ei⁹ paſſionibus deſeruis? Cur intellectũ tibi adimis, quẽ tibi creator attribuit? Cur te iumẽtis cõparas, a quib⁹ te voluit de⁹ ſegregari, dicẽs: Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus nõ eſt intellect⁹? Aut ſi te edacitas equi, intẽperantiaq; delectat, & adhinnire ad fœminas voluptati eſt, delectet in freno maxillas tuas chamoq; cõſtringi. Si crudelitate paſceris, ferarũ hęc rabies eſt q̃ propter ſęuitiam truci dant, vide ne in te quoq; crudelitatis tuę ſtat immanitas.

## Proſa. VI. libri. V.

QVoniam igitur (uti paulo ante monſtratũ eſt) om̃e quod ſcitur, nõ ęx ſua, ſed ex cõprehendentiũ natura cognoſcitur, intueamur nũc, q̃tũ fas eſt, qs ſit diuinę ſubſtãtiæ ſtatus, ut q̃ nam etiã ſciã eius ſit, poſſimus agnoſcere. Deũ igit̃ æternũ eſſe, cũctorũ rõne degẽtiũ cõmune iudiciũ eſt. Quid ſit igit̃ ęternitas cõſideremus. Hęc em̃ nobis naturã pariter diuinã, ſciẽtiãq; patefecerit. Aeternitas igitur ẽ interminabilis uitæ tota ſimul & pfecta poſſeſſio. Qđ ex collationę tẽporaliũ clarius liquet. Nã qcqd uiuit in tpe, id pſens à pteritis in futura pcedit. Nihilq; eſt in tẽpore cõſtitutũ, qđ totũ uitæ ſuæ ſpatium pariter poſſit amplecti. Sed craſtinũ qdem nõdũ apphẽdit, heſternũ uero iã pdidit. In hodierna q̃q; uita nõ ãplius uiuitis, q̃ ĩ illo mobili trãſitorioq; momẽto. Qđ igitur tẽporis patitur cõditio-

nē, licet illud (ſicut de mūdo cēſuit Ariſtote les)nec cœperit unq̄ eē nec deſinat,uitaq́ꝫ eius cū tēporis infinitate tēdat, nōdū tñ tale eſt ut æternū eē,iure credatur.Nō em̄ totū ſimul infi nitæ licet uitæ ſpatiū cōphēdit,atq̄ꝫ cōplectit, ſed futura nondum tranſacta iam nō habet. Quod igitur interminabilis uitæ plenitudinē totam pariter comprehendit ac poſſidet,cui neq̄ꝫ futuri quicquid abſit,nec præteriti fluxe rit,id æternū eſſe iure phibetur. Idq́ꝫ neceſſe eſt,& ſui compos præſens ſibi ſemper aſſiſte re,& infinitatē mobilis temporis habere præ ſentem.Vnde quidam non recte,q cum audi unt uiſum Platoni,mūdū hunc nec habuiſſe initiū, nec habiturꝫ eſſe defectū, hoc modo cōditori conditū mūdū fieri coæternū putāt. Aliud eſt enim,p interminabilē duci uitam, qd mūdo Plato tribuit:aliud interminabilis uitæ totā pariter cōplexā eſſe pſentiā, qd di uinæ mētis ppriū eē manifeſtū ē. Neq̄ꝫ deus cōditis rebus antiqor uideri debet tpis quāti tate,ſed ſimplicis potius proprietate naturæ. Hūc em̄ uitæ imobilis pñtariū ſtatū, ifinitus ille tpaliū reꝝ motus imitat.Cūq́ꝫ eū effinge re atq̄ꝫ æq̄re nō poſſit,ex imobilitate deficit in motū,& ex ſimplicitate pñtiæ decreſcit in in finitam futuri ac præteriti quantitatem. Et cū totam pariter uitæ ſuæ plenitudinem ne-

queat poſſidere, hoc ipſo ꝙ aliquo modo nũquam eſſe deſinit, illud quod implere atq; exprimere non poteſt, aliquatenus uidet̃ æmulari, alligans ſe ad qualemcunq; præſentiã huius exigui uolucriſq; momenti. Quæ quoniã manentis illius præſentiæ quandã geſtat imaginem, quibuſcunq; contigerit, id præſtat ut eſſe uideãtur. Quoniam uero manere nõ potuit, infinitũ temporis iter arripuit, eoq; modo factum eſt, ut continuaret uitam eundo, cuius plenitudinem complecti nõ ualuit permanendo. Itaq; ſi digna rebus nomina uelimus imponere Platonẽ ſequentes, deum quidem æternum, mundum uero dicamus eſſe perpetuum. Quoniam igitur omne iudicium ſecundum ſui naturã, quæ ſibi ſubiecta ſunt, comprehendit. Eſt autem deo ſemper æternus ac præſentarius ſtatus. Sciẽtia quoq; eius, omnem temporis ſupergreſſa motionem, in ſuæ manet ſimplicitate præſciẽtiæ, infinitaq; p̃teriti ac futuri ſpatia cõplectens, oĩa quaſi iam gerãtur in ſua ſimplici cognitiõe cõſiderat. Itaq; ſi præſcientiã pẽſare uelis, q̃ cuncta dinoſcit, nõ eẽ p̃ſcientiã q̃ſi futuri, ſed ſcientiã nũq̃ deficiẽtis iſtãtiæ rectius exiſtimabis. Vñ nõ p̃uidẽtia, ſed p̃uidẽtia potius dicit̃, ꝙ porro ab rebus infimis cõſtituta, q̃ſi ab excelſo rerũ

cacumīe cūcta proſpiciat. Quid igit̃ poſtulas, ut neceſſaria fiāt, q̃ diuino lumine luſtrēt, cū ne hoīes q̄dē neceſſaria faciāt eſſe, q̃ uideāt? Num enim quæ præſentia cernis, aliquā eis neceſſitatē tuus addidit intuitus? B. Minime. P. Atqui ſi eſt diuini humaniq́ꝫ præſentis digna collatio, uti uos ueſtro hoc temporario præſenti quædā uidetis, ita ille oīa ſuo cernit æterno. Quare hæc diuina prænotio naturā rerum proprietatēq́ꝫ nō mutat. Taliaq́; apud ſe præſentia ſpectat, qualia in tempore olim futura prouenient; nec rerū iudicia cōfundit, unoq́ꝫ ſuæ mentis intuitu tam neceſſario q̃ nō neceſſario uentura dinoſcit. Sicuti uos cū pariter ambulare in terra hoīem, & oriri in cęlo ſolē uidetis, quanq̃ ſimul utrūq́ꝫ cōſpectū, tñ diſcernitis, & hoc uolūtariū, illud eſſe neceſſariū iudicatis. Ita igit̃ cuncta deſpiciēs diuinus intuitus, qualitatem rerū minime perturbat, apud ſe quidem præſentiū, ad conditionem uero temporis futurarum. Quo fit ut hæc nō ſit opinio, ſed ueritate potius nixa cognitio, cū exiturum quid eſſe cognoſcit, quod idem exiſtendi neceſſitate carere non neſciat. Hic ſi dicas, q̄d euenturū deus uidet, id non euenire nō poſſe: q̄d aūt nō pōt non euenire, id ex neceſſitate cōtingere, meq́ꝫ ad hoc nomē neceſſi

tatis aſtringas. Fatebor rem quidem ſolidiſſi
mæ ueritatis, ſed cui uix aliquis niſi diuini ſpe
culator acceſſerit. Reſpondebo nanq idem fu-
turum, cum ad diuinam notionem refertur,
neceſſarium: cum uero in ſui natura perpen-
ditur, liberum proſus atq abſolutum uideri.
Duæ ſunt enim neceſſitates, ſimplex una, ueluti
quod neceſſe eſt, oēs hoīes eſſe mortales. Alte
ra cōditionis, ut ſi aliquē ambulare ſcias, eum
ambulare neceſſe eſt. Quod enim quiſq nouit,
id eſſe aliter ac notū eſt, nequit. Sed hæc cōdi
tio minime ſecū illā ſimplicē trahit. Hāc enim
neceſſitatem non propria facit natura, ſed cō
ditiōis adiectio. Nulla enim neceſſitas cogit in-
cedere uoluntarie gradientē: quamuis eum tamē
cū gradit, incedere neceſſariū ſit. Eodem igit
modo ſi quid prouidentia pſens uidet, id eſſe
neceſſe eſt, tāetſi nullā habeat naturæ neceſſi-
tatē. Atqui deus ea futura, q ex arbitrij liber-
tate proueniūt, præſentia cōtuet. Hæc igit ad
intuitū relata diuinū, neceſſaria fiunt per cōdi
tionē diuinæ notionis: per ſe uero cōſiderata,
ab abſoluta naturæ ſuæ libertate nō deficiūt.
Fiunt igit proculdubio cuncta, q futura deus
eſſe pnoſcit: ſed eorum qdā de libero pficiſcun
tur arbitrio, q quamuis eueniāt exiſtendo, tamen
propriā naturā nō amittunt: quia priuſq fie-

rent, etiã non euenire potuiſſent. Quid igi͞t re fert non eſſe neceſſaria, cũ propter diuinæſci entiæ cõditionẽ modis oĩbus neceſſitatis in ſtar eueniãt? Hoc ſcilicet, ꝙ ea quę paulo ante propoſui, ſol oriens & gradiẽs homo: q̃ dum fiũt, nõ fieri nõ poſſunt, eoꝝ tñ unũ prius q̃ꝗ q̃ fieret, neceſſe erat exiſtere, alteꝝ uero mini me. Ita etiã q̃ p̃ntia deus habet, proculdubio exiſtunt: ſed eoꝝ hoc qdẽ de rerũ neceſſitate deſcendit, illud uero de ptãte faciẽtiũ. Haud igi͞t iniuria diximus, hæc ſi ad diuinã notitiã referã͞t, neceſſaria: ſi per ſe cõſiderent͞, neceſſi tatis eſſe nexibus abſoluta. Sicuti oĩe q̃d ſen ſibꝰ patet, ſi ad rationẽ referas, uelle eſt: ſi ad ſeipſũ reſpicias, ſingulare. Sed ſi in mea (inqes) ptãte ſitũ eſt mutare ꝓpoſitũ, euacuabo ꝓui dentiã: cũ quæ illa prænoſcit, forte mutauero. Rñdebo, Propoſitũ te quidẽ tuũ poſſe defle ctere, ſed quoniam & te id poſſe, & an facias, quoue cõuertas, præſens prouidẽtiæ ueritas intuetur, diuinã te præſcientiam non poſſe ui tare, ſicuti p̃ntis oculi effugere nõ poſſis intui tũ, q̃uis te in uarias actiones libera uoluntate cõuertas. Quid igi͞t inquies? Ex mea'ne diſpo ſitione ſcientia diuina mutabitur, ut cum ego nũc hoc, nunc illud uelim, illa quoqꝫ noſcẽdi uices alternare uideatur? Minime. Omne nãqꝫ

futurū diuinus præcurrit intuitus, & ad præ-
ſentiam propriæ cognitionis retorquet ac re
uocat. Nec alternat (ut tu exiſtimas) nūc hoc,
nūc illud pnoſcendi uices, ſed uno ictu muta
tiones tuas manens prçuenit atq; cōplectitur
Quam cōprehendendi omnia, uiſendiq; præ
ſentiam, nō ex futurarū prouentu rerū, ſed ex
ppria deus ſimplicitate ſortitus eſt. Ex quo
illud quoq; ſoluitur, quod paulo ante poſuiſti
indignum eſſe, ſi ſciētiæ dei cauſam futura no
ſtra præſtare dicātur. Hæc enim ſcientiæ uis
præſentaria notione cuncta complectens, re-
bus modum omnibus ipſa cōſtituit, nihil ue-
ro poſterioribus debet. Quæ cū ita ſint, ma-
net intemerata mortalibus arbitrij libertas.
Nec iniquæ leges ſolutis omni neceſſitate uo
luntatibus præmia, pœnasq; proponunt. Ma
net etiā ſpectator deſuper cunctorū præſcius
deus, uiſioniſq; eius præſens ſemp æternitas
cū noſtrorum actuum futura qualitate cōcur
rit, bonis prçmia, malis ſupplicia diſpenſans.
Nec fruſtra ſunt in deo poſitæ ſpes, precesq;,
quæ cū rectæ ſint, inefficaces eſſe nō poſſunt.
Auerſamini igitur uitia, colite uirtutes, ad re
ctas ſpes animum ſubleuate, humiles preces
in excelſa porrigite. Magna uobis eſt (ſi diſſi-
mulare nō uultis) neceſſitas indicta pbitatis,

cū ante oculos agitis iudicis cuncta cernētis.

Hac vltima huius eruditiſſimi cultiſſimiq́ operis proſa
docet ex dei prouidētia conſilijs hominum actionibusq́
nihil neceſſitatis imponi, idq́ vel potiſſimū hac ratione.
Deum ęternum eſſe, cunctorum ratione degentium com
mune eſt iudicium. Aeternitas aūt eſt interminabilis vi Aeterni
tę tota ſimul ꝛ perfecta poſſeſſio. in qua quidem nihil eſt
pręteritum, nihil futurum, verum pręſentia ſunt omnia.
Cognitio vero (vt paulo ante diſputatū eſt) modū ſequit̃
ꝛ naturam cognoſcentis: at modus cognoſcendi in deo
eſt tum ęternus, tum pręſentarius. omnia igit̃ tanq̃ prę-
ſentia ſcit deus: vnde ꝛ prouidentia potius q̃ pręuiden-
tia dicitur, quaſi ab excelſo rerum culmine infima quęq́
proſpiciat. Sed quę pręſentia videntur, nullam ab his, a
quibus conſpiciuntur, neceſſitatem accipiunt: quū nihil
rebus dum gerūtur, neceſſitatis imponat intuitus. Pro-
inde diuina prouidentia res futuras, quas tanq̃ pręſen
tes conſpicit, nulla neceſſitate aſtringit. Uti enim nos tē
porario hoc noſtro pręſenti quędā ſine neceſſitate vide-
mus, ita deus omnia ſimul ſuo ęterno contuetur, nec ob
id vel rerum naturam proprietatemq́ mutat, vel iudicia
cōfundit. Diuus Grego lib moraliū 10. Pręſcire dicit̃, q
vnāquāq́ rē añq̃ veniat, videt: ꝛ id qd futurū eſt, prius
q̃ pręſens fiat pręuidet. Quomodo deus eſt pręſcius, dū Præſcire
nulla, niſi quę futura ſunt, pręſciant̃? Et ſcimus, quia deo
futurū nihil eſt, ante cuius oculos pręterita nō tranſeūt,
futura non veniunt: quippe quia omne quod nobis fuit ꝛ
erit, in eius proſpectu pręſto eſt: ꝛ om̄e quod pręſens eſt,
ſcire poteſt potius q̃ pręſcire. Et quia ea, quę nobis futu
ra ſunt videt, quę tamē ipſi ſemper pręſto ſunt, pręſcius
dicitur: q̃uis nequaq̃ futurum pręuidet, quod pręſens vi
det. Nam ꝛ quęcunq́ ſunt, nō in ęternitate eius ideo vi
dentur, quia ſunt: ſed ideo ſunt, quia vidētur. In illo em̄
nec pręterita, nec futura reperiri queunt, ſed cuncta mu
tabilia immutabiliter durant: ꝛ quę in ſeipſis ſimul exi-
ſtere non poſſunt. illi ſimul omnia aſſiſtunt, nihilq́ in illo
pręterit, qd tranſit: quia in ęternitate eius modo quodā
incōprehenſibili cūcta volumina ſeculorum tranſeuntia
manent, currentia ſtant. Hęc ex Gregorii moralibus car
ptim deſumpta collegimus, eo quod ad hunc locum non
nihil facere videbantur. Deum quidē ęternum] Diſſe

Aeternus runt ęternum ꝛ perpetuũ. Aeternum enim dicitur, quod
Perpetuus interminabilis vitę plenitudinẽ ſimul complectitur per-
manendo. Perpetuũ, quod vitam eundo continuat. Sci
entia quoq; eius] Diuo Aurelio autore lib. de ciuit. dei
11. cap 21. Deus non more noſtro vel quod futurum eſt
proſpicit, vel quod pręſens eſt aſpicit, vel quod pręteritũ
eſt reſpicit, ſed alio modo quodam a noſtrarum cogitati
onum conſuetudine lõge lateq; diuerſo. Ille quippe nõ
ex hoc in illud cogitatione mutata ſed omnino incõmu-
tabiliter videt, ita vt illa quidem quę tẽporaliter fiunt, ꝛ
futura nondum ſint, ꝛ pręſentia iam ſint, ꝛ pręterita iam
non ſint: ipſe vero hęc omnia ſtabili ac ſempiterna pręſci
entia cõprehendat, nec aliter oculis, aliter mente. Non
enim ex animo conſtat ꝛ corpore nec aliter nunc, aliter
antea, aliter poſtea: quoniam non ſicut noſtra, ita eius
quoq; ſcientia trium tẽporum, pręſentis videlicet ꝛ prę-
teriti vel futuri varietate mutatur, apud quẽ nõ eſt immu-
tatio, nec momenti obũbratio. Nec enim eius intentio de
cogitatione in cogitationẽ tranſit, in cuius incorporeo
contuitu ſimul adſunt cuncta quę nouit: quoniam tẽpo-
ra ita nouit nullis ſuis tẽporalibus notionibus, quẽadmo-
dũ tẽporalia mouet nullis ſuis tẽporalibus motibus.
Hic ſi dicas] Repetit obiectionẽ ſupra motã, eamq; di-
luit eiuſmodi ratione, quam nemo niſi diuinorũ ſpecula-
Duo genera neceſſitatis tor intelligat. Duę ſunt etenim neceſſitates] Dilutionẽ
obiecti, tum latius, tum planius exponit, oſtendens duo
eſſe neceſſitatis genera, alterã quidẽ ſimplicẽ ꝛ abſolu-
tam, alteram vero neceſſitatẽ conditionis. Quia igitur
refert] .i. intereſt. Hoc ſcilicet] ſubaudi refert, ꝛ diluit
motam dubitationem. Sed ſi in mea, inquies] Aliam
adfert obiectionẽ, quam pro materię qualitate ſat lucu-
lẽto ſermone diluit. Quid igitur, inquies] Rurſus aliã
proponit dubitationẽ, quam ꝛ mox remouet, ꝛ refellit.
Quę cum ita ſint] Concludit humani libertatẽ arbitrij
ꝛ diuinam pręſcientiam ſimul conſiſtere: ſuper qua re la
Dialogus Laurentij Vallæ tius lege, ꝛ relege dialogum Laurentij Vallę, qui iuſte
ne taxet Seuerinum noſtrũ, meliusq; eo hanc materiam
expediat an ſophiſticis cauillis agat, ꝛ oratorijs fucis ob-
ducat veritatẽ, non eſt nũc meę facultatis iudicare. Ve-
rum id cenſurę, doctioribus relinquo. Spectator] So
lomon prouerbiorũ cap. 15. In omni loco oculi dñi con-
templantur bonos ꝛ malos. Hieronymus in quadam epi

ſtola. Omnium ſpeculatorem deum crede, & caue ne quid quod diuinis oculis indignum ſit, aut opereris, aut cogites. Bonis pręmia] Baptiſta Mantuanus:

Et ſcelus à ſuperis, & habet præmia virtus.

Auerſamini] Pulcherrima adhortatio ad pulcherrimas virtutes ſub huius operis pulcherrimi finem. Iudicis cũcta cernẽtis] Aurelius Prudẽtius in hymnorũ lib.

Sic tota decurrat dies;
Ne lingua mendax, aut manus;
Oculive peccent lubrici:
Ne noxia corpus inquinet;
Speculator adſtat deſuper,
Qui nos diebus omnibus
Actusq; noſtros proſpicit,
A luce prima in veſperum.
Hic teſtis, hic eſt arbiter,
Hic intuetur quicquid eſt,
Humana quod mens concipit.
Hunc nemo fallit iudicem.

Lodouicus Bigus ad Titum:

Viuere flagitio ſi vis Tite liber ab omni,
In deſolato ſit tua vita loco.
Atq; ibi quicquid ages, furtimve palamve, memento
Inſpectatorem ſemper adeſſe deum.

FINIS.

PROTESTATIO.

¶ In his commentariis & ceteris, quę vel edidimus, vel dei gratia ſumus edituri, nihil omnino approbamus, niſi quod a Romana tantum eccleſia decretum atq; aſſertũ fuerit, ſemper parati & verum a recte ſentientibus edoceri, & ſuperbis ſophiſtis veritate patrocinante refragari.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Fine

Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς,

μὴ φοβοῦ, ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος, ἢ ὅταν πληθυνθῇ ἡ δόξα τοῦ οἴκου αὐτοῦ, ὅτι οὐκ ἐν τῷ ἀποθνήσκειν αὐτὸν λήψεται τὰ πάντα, οὐδὲ συγκαταβήσεται αὐτῷ ἡ δόξα αὐτοῦ.

Ardua res, vicisse alios, victoria maior
Est, animi fluctus composuisse sui,
Subvertisse metus, et debellasse dolores,
Gaudia, spem gravi supposuisse jugo,
Seneca,

Si prudens es, animus tuus tribus temporibus dispensetur.
praesentia ordina, futura provide, praeterita recordare

Tollerabilius est bona non acquirere, quam acquisita amittere,

Socrates cum Athenis ad studium pergeret, magnum pondus auri in mare proiecit dicens, Mergam vos, ne mergar a vobis

aequat omnes cinis, Impares nascimur, pares morimur,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LABORATORIO RESTAURO
A. Lombardi 1971
Via Valsolda n. 125-127
Tel. 899908